Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES


Google Livres

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIAE LIBRI IX.

Interprete Laurentio Valla.

EIVSDEM HERODOTI LIBELLVS DE uita Homeri, Interprete Conrado Heresbachio.

VTRIVSQVE TRANSLATIO NVNC DENVO AD Graecum exemplar accuratius emendata.



Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

BASILEAE.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

DE HAC HERODOTI EDITIONE HAEC dicuntur.

IAurētij Vallæ trãslationem, librariorũ culpa uitiatã, repurgauit ante Cõradus Heresbachius, ut ipſemet ſcribit: præterea nouẽ circiter folia, quæ deerãt, primo libro adiecit, à ſe in Latinum ex Græco translata. Ipſe Homeri uitam tranſtulit. Nunc uerò à nouo totum opus recognitum: nec ſolum librariorum errata (quæ fuere plurima) correcta, uerùm etiam in ipſa translatione innumeri loci, & maximè difficilimi quiq; (quando in his maximè labi ſolent interpretes) ad mentem authoris ex Græco caſtigati: nonnulli etiam toti ſunt conuerſi.

HERODOTI VI-
TA E' SVIDA.

HErodotus historicus ex Halicarnasso claris ortus parentibus, nempe patre Lyxo, matre Dryone, fratrem etiam habebat Theodorum Relegatus in Samum à Lygdame Halicarnassēor tyranno, ibi & Ionicam linguam didicit. scripsitq; ea lingua libros historiarū nouem, exorsus à Cyro & Candaude Lydorū rege. Postea reuersus Halicarnassium, ubi exosum se popularibus suis uidisset, ultro Thuriū concessit Italiæ oppidum, iamtum Atheniēsium coloniam, ubi rel quū uitæ finiuit. sepultus in foro, ut aliqui memorant. Sunt qui tradant eundem in Pella obijsse. Claruit anno ab Vrbe cōdita trecentesimo, ut scribit Plinius libro duodecimo. Idem tradit Thurijs historiarum libros condidisse, quas Musarum nominibus inscripserit. Ipse alibi scribit Homerū & Hesiodum quadringentis nō amplius annis ante se claruisse. Scripsit & Homeri uitam, ut testatur idem Suidas ἐν τῷ ὁμήρῳ.

OMNI-

OMNIBVS NO-
BILITATIS VIRTV-
TVMQVE ORNAMENTIS
cumulatiſs. uiro D. Ioanni Go-grauio, principis Cliuenſis conſiliario, Conradus Heresbachius S.

HErodotus Halicarn. præter nouem hiſtoriarum libros, quos Muſarum nominibus inſcripſit, compendiũ quoque reliquit, quo Homeri uitam complexus eſt, id quod Suidas eiuſdem poëtæ uitã ſuccinctè ſuoq; more perſtringens teſtatur. Nempe ἐν τῷ ὁμήρῳ ad finem, ἡρόδοτος, inquit, ὁ ἱστορικὸς ἐγκαλῶν βίον ὁμήρου, μᾶλλον δὲ τὸν ἀοιδὸν διώτερον. Hunc libellũ cum nuper latinum à me factũ Herodoto apprimẽ dum curaſſem, uiſum eſt quantulum id cunq; eſt tuis uirtutib. conſecrare, cùm alijs pleriſq; cauſis adductus, tũ quòd tu pro exactiſsimo tuo iudicio, proq; auita atq; innata integritate non niſi caſtiſsimos autores diligas ἀκ ἀλα-

φσκοπιὴ Homero omnis uirtutis eruditionisq; parenti (ut Iustiniani uerbis in Pandectis præfantis utar) tantũ tribuas, adcoq; eius poëtę ingenio delecteris, ut identidẽ laxandi animi causa, Homeri carmina ad testudinẽ decãtare consueueris: maximè uerò, quo dicamentum aliquod atq; μνημόσυνον extaret necessitudinis nostræ iam olim inter parentes nostros coalitæ: sed quã nos iam inde à pueritia domi atque peregrè linguarum, meliorumq; studiorum commilitio firmatam, etiamnum in candẽ Principis nostri aulam asciti religiose fouemus. Nam uti nihil tũ in omnib. obeundis negocijs, tum in aulis maximè principũ suauius magisq; necessariũ, q; fidus & sincerus amicus: ita nulli sunt fermè amici uel cõstantiores, magisq; fidi, minusq; fucati, q; studiorũ similitudine copulati. Bene uale, & hanc nostram qualẽcunq; opellã boni cõsule, meq; quod facis mutuiter amare perge. Ex Hamboech, Nonis Nouembr. 1526.

Herodoti

HERODOTI HALICANASSEI DE GENERE VITAQ; Homeri libellus, à Conrado Heresbachio latinitate donatus.

HErodotus Halicarnasseus de genere, uita, atq; adeò ætate Homeri studens quàm uerissima referre, hæc tradidit: Cũ uetusta illa Aeolicorum urbs Cuma primum conderetur, eodem cùm aliæ permultæ omnisq; generis conuenæ cõfluxerunt, tũ è Magnesia illuc plericq; cõ migrarũt: inter quos fuit Melanopus Ithagene Crithonis filio genitus, homo fortunæ non perinde amplæ, attamen expeditæ. Hic Homeretis Cumani filiam duxit uxorem, procreatq; è legitimo toro fœmineam prolem, cui nomen indidit Critheidi. Moxq; ipse Melanopus una cum uxore uita functus est, commissa interim filia Cleonactis Argiui tutelæ, quo familiarissimè uti consueuerat. Porrò tempore interiecto, accidit fortè, ut puella ista è furtiuo concubitu prægnans deprehenderetur:

Cumæi

Melanopus.

Critheis

tur: id quod pauliſper ſuppreſſum dum Cleonax reſciuiſſet, uehementer rei indignitate commotus, Critheida ſeorſum ad ſe accerſitam acerbè obiurgauit, commemorans commiſſi apud populares ſuos in famiam. Poſtremò huiuſmodi quidpiam quo illam excuteret, comminiſcitur: Cumanitam tum in Hermei ſinus receſſu ædificantes, ubi Smyrnam urbē extruxiſſent: Theſeus autem uolens uxoris ſuæ memoriam relinquere, ab uxoris nomine Smyrnā appellauit: quippe id uxoris nomen erat. Theſeus aurē é primarijs Theſſalorum fuit, qui Cumam ædificabant, ab Eumelo Admeti filio ortus, uitæ facultatibus apprimè inſtructus. Hoc loco Cleonax per occaſionem Critheida obtruſit Iſmeniæ Bœotio, ex his qui coloniam illuc duxerāt in primis ſibi amico. Progreſſu deinde temporis, Critheis cū alijs mulieribus ad feſtum quoddam egreſſa, iuxta fluuium Melitem, ut quæ partui iam uicina eſſet, Homerum peperit, non cæcum, ſed uidentem, nominatq; eundem Meleſigenem à fluuio uidelicet, ad quem editus eſſet. Etiam num apud Iſmeniā ſe Critheis continebat: à quo poſtea digreſſa, manuaria induſtria ſe filiumq; alebat, aliunde alia ſumens opera; unde filium quoq; quā

Hermeus ſinus. Smyrna.

Theſeus.

Meleſigenes.

tum

tum potuit, honestis disciplinis erudiuit. Erat autem eo tempore Smyrnæ quidam nomine Phemius, qui iuuentuti illic literas musicenq; tradebat. Hic cũ citra uxorem uiueret, Critheidem cõduxit, quæ lanam illi exerceret, quã à discipulis mercedem acceperat. Illa uerò industria multa atque elegantia freta, Phemio cœpit impense placere, adeò, ut tandem Phemius eam uerbis ad coniugium solicitaret, referens cùm alia quibus ei fidem facere confidebat, tum præcipuè, quòd Melesigenem infilium esset adoptaturus, liberaliterq; simul aliturus instituturusq;. Siquidẽ hunc cernebat iam miram quandam & ingenij & indolis spem de se pollicerí. Persuasa igitur Critheis, Phemio assentitur. Melesigenes cùm naturæ bonitate præstãs, tum cura accedente institutioneq;, continuò omnes sui ordinis adolescentes facile præuertit: atq; non ita multo pòst eruditionis auctib. crescens, nihilo ipso Phemio in disciplinis factus inferior. Et cũ Phemius uita functus, uniuersa ei legasset, paulò pòst Critheis quoq; fato cõcedit. Melesigenes itaq; ludo præfectus, suiq; iam iuris effectus, in magna fuit hominum admiratione, non apud suos modò, uerùm apud exteros etiam, qui peregrè frequentes illuc

Phemius.

mercatus gratia conuenerant. Erat enim Smyrna emporium celebre, unde frumentum, quæ eodem è uicinis agris abundè conuecta, à peregrinis coemebantur. Externi autem cum ab opere cessarent, Melesigeni libenter uacabant. Commodum inter hos Mentes fuit nauicularius, qui è finib. Leucadis soluens, nauem mercatoriam in eius usum comparauerat, qua frumenta Smyrnam deueheret, uir (quantum illa ferebant tempora) & eruditus, & multarum rerum usu exercitus. Hic Melesigeni persuasit, ut relicto ludo secum nauigaret, accepturus & mercedem, & quæ ad profectionem essent necessaria. Ad hæc Melesigenes quãdiu iuuenis esset, urbes regionesque spectare operæprecium forte ducebat sibi, qui conscribendæ poëseos iam argumentum in animo concepisset, quanimirum occasione potissimum cum arbitror pellectum. Proinde relicto ludo cũ Mente nauigabat Melesigenes, quóque cunque locorum appulit, studiose uniuersa rimatus, contemplabatur si quid esset loci alicuius peculiare ac uernaculum, memoratuq; dignum, adeò, ut appareat commentarios eum profectionis suæ descripsisse, eorumq; quæ quoq; loco lustrando didicerit. Porrò cũ ex Hispania Thusciaq; delati

Mentes.

Cõmentarii profectionis Herodoti.

delari in Ithacam deucherentur, contigit Melesigenem oculis iam ante parum ualẽtem, extremè laborare: ita, ut Mentes negociorum gratia in Leucadem traiecturus, cum apud Mentorem Alcimi filium Ithacensem reliquerit, hominem sibi uehementer amicum: multis precibus adigens eundem, quo Melesigenis curam haberet tantisper, dum è Leucade reuerteretur ipse. Mentor uerò ægrotantem Melesigenem sedulò curauit, uir nimirum facultatibus pollens: qui'que ob egregiam æquitatem hospitalitatemqúe inter cæteros Ithacenses maximè prædicaretur. Atque hic accidit, ut de Vlysse multa Melesigenes percontãdo cognosceret. Narrantq; ipsi Ithacẽses, tum uisum eum amisisse ibidem. Atqui ego affirmare non dubitem, tum eum conualuisse, ac postea apud Colophonem prorsus cæcum factum, id quod ipsi quoque Colophonij mecum fatentur. At uerò Mentes è Leucade Ithacam reuersus, Melesigenem recepit, cum quo iam inde díu ultro citroq; nauigauit, donec Colophonem appulso euenit, ut in ueterem morbum reciderit: quem ubi effugere non daretur, uisu putatur priuatus. E' Colophone iam cæcus Smyrnã reuersus, ad poẽmata cõscribenda ani-

Mentes.

Homeri cæcitas.

da animum conuertit. Tempore deinde interiecto, cũ Smyrnæ uictu necessariisq; destituerentur, constituit Cumam profici-sci: Hermiq; campum transiens, ad eum lo-

Nouus murus

cum peruenit qui appellatur Nouus mu rus, Cumanorũ coloniam. Qui locus post Cumam habitabatur annis octo. Hic me-moratur primum Melesigenes pro coria-rij officina consistens, carmina hæc pronũ ciasse:

Αἰδὼς ξυνίωμ κιχρημένου, ἠδὲ λόμοιο,
εἰ πόλιμ ἄπινὲμ κιμὴμ ἱρίηπιδα πέρλω
ναίετε, Σαρδίνες πόδα νέατομ ὑψικόμοιο,
ἀμβρόσιομ τίνουσι ὕδωρ, βάθε τατομοῖο
ἔρμα Διὸς τοῦ ἐμ ἀθάνατος τίκτε ζωός.

Sardanæ.

Sardana, cuius hic commeminit, mons est ad Hermum fluuium. Nouumq; murum

Tychius

sicus. Coriario nomen erat Tychio, cui cõ tinuò auditis uersibus usus est hominẽ recipiendum, commiseratione nimirum motus, cũ uideret oculis tã miserè multa-tum, iussit præsentibus secum frui. Melesi genes ingressus sutrinam, considentibus illic poëtam suam ostendit: Amphiarai in

Amphiarai expedi cio.

Thebas expeditionem, atq; hymnos in de os à se scriptos. Et cum inter fabulandum crebras sententias in medium multamq; eruditionẽ afferret, in magna habitus est ab auscultantibus admiratione. Atq; iam

Hymni deorum.

tum

tum apud Nouum murum agens, è poëſi uictus ſubſidia habebat. Oſtẽditur ad noſtra uſq; tempora ibidem locus, ubi Meleſigenes ſedens, carmina ſua exhibuerit. Qui locus in magna illic haberur uenera-tione ab incolis, memoraturq; populus ar bor ab Homeri aduentu in eodem loco enata. Porrò egeſtate poſtea adactus, cum uix alimenta haberet, ſtatuit in animo Cumam ad feliciorem ſucceſsùm reuerti. Iturusq; hæc pronunciauit carmina:

Αἶψα πόδας μ' ἐφέουσιν ἐς αἰολίαν πόλιν ἀνδρῶν.
τῶν γὰρ κοὐ θυμὸς πρόφρων, κοὐ μῆτις ἀρίστη.

Proficiſcens igitur Cumam è Nouo muro, per Lariſſam iter fecit, utpote compendioſiſsimum. Vbi, ut Cumani narrant, flagitante ſocero, epigrãma hoc ſcripſit Midæ Phrygum regi Gordij filio, id quod etiam nunc in Gordij cippo inſcriptum uiſitur:

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, κέλομαι δ' ἐπὶ σήματι κεῖσθαι,
ἐς τ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
ἠελίου τε φάος λαμπρὸν καὶ γείτονα σελήνην,
εὖτ' ἂν τὰ μὲν νέεσθε πολυλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ
ἀγγελίην παρίοντι μίδης ὅτι τῆδε τέθαπται.

Reuerſus autẽ Cumam, in ſenum paſſim conuenticulis carmina ſua, quæ fecerat oſtendit, colloquijſq; ſuauitate auſcultantes in ſui admirationem facile protraxit.

Intelligens

Intelligēs igitur Cumanos poēsim suam recipere, pergit eosdem consuetudine sua oblectare, ac postremò huiusmodi conditionem proponere, ut si publicè eum alere uellent, urbem Cumanorum celeberrimam se redditurum. Qui præsentes hæc audierant, institutum probabant: addentes se quoq; adiuturos, si petitionem suam ad senatum referret, ut uotis suis fieret satis. Melesigenes his uerbis erectus, collecto senatu in curiam processit: rogaroq; eo cuius muneris erat, ut in senatum duceretur: ille nihil recusans, ubi opportunum uidebatur, hominem deduxit. Hic consistens Melesigenes, eadem uerba habuit in senatu, quæ paulo antè in conuenticulis de alimentis præstandis proposuerat. Vbi dixisset, egressus pro curia sedebat. Interim dum senatores agitarent, quid'nam par esset homini respondere, ut sumq; esset tum ei qui deduxerat, tū alijs omnibus quotquot in conuenticulis Melesigenem audierant, petitionem admittendam: unus tantum è senatoribus refertur Melesigenis postulatis calculo suo repugnasse, interq; alia multa, hæc quoq; cō memorasse: Si semel ὁμήρους, hoc est, cæcos, alendos susciperent, futurum ut continuò turbam haberent & multam inutilem. Atque

que hic primum Homeri nomẽ Meleſigenem inditum, à cæcitatis uidelicet calamitate. Nam Cumani cæcos ὁμήρους appellant. Iamq; inde qui prius Meleſigenes, nomen obtinuit Homeri. Breuiter hæc ſententia euicit, perq; prætorẽ fuit approbata, qua contendebatur non alendum Homerum. Hæc cum illi nunciata eſſet, uehementer commotus, his uerſibus calamitatem ſuã deplorabat: Homeri nomen.

δίη μ' ἄσης ὅτε πατὴρ ἐμὸς κύμα γενέσθαι
νήπιον αἰδοίης ἐπεμήνασι μητρὸς ἀτάσθων.
Κύμ ποτ' ἐπέργασαν βαθὺ δ' ἐς διηνέχεια
ναοὶ φρίκων θ' ἁρπεγῶν ἐπιβήτορες ἵππων,
ἀσπάσιοι μαλεροῖο πυρὸς κρίνοντες ἄρηα,
ἀσπίδα σμύργλῳ ἀλιγκέα ποντιοπόντην.
Κύμ τε δὶ ἀγλαὸν ὕδωρ ἱερὸν μίλητ θ',
ἔνθεν ἀναρνύμενοι κῦρα διὸς ἀγλαὰ τέκνα
ἀθηλήτῳ κλυτὸν ἄλσος χθόνα, καὶ πόλιν ἀνδρῶν.
δεῦρ' ἀπανιώμεθα ἱερὴν ὅπα φημὶ ἀοιδὴν.
ἀφραδέως τῶν μέν τε παθὼν τις φράσσεται ἄντις,
ὅς σφιν ἀνηνδίοισιν ἐμὸν δεμνήσατο πότμον.
κῦρα δ' ἐγὼ τλὼ μοι θεὸς ἄπασι γενομένῳ περ
τλήσομαι ἀκράαντα φέρων τιτληότι θυμῷ.
οὐδέτι μοι φίλα γυῖα μένει ἱερῆς ἐν ἰηχῆς,
πύματε θεμαίνεσι μίγας δέμας θυμὸς ἐπείγει
δῦμον ἐς ἀμοδαμὸν ἵκειν, ὀλίγον περ ἐόντα.

Cuma abiens ad Phoceam contendit, imprecans interim Cumanis neminem unquam

quam

quam fore clarum poëtam, qui tam ſtupidos celebraret. In Phocea autem eodem modo ſibi victum parauit, in conuenticulis uidelicet paſsim carmina ſua oſtentãs.

Theſtoridis. Erat autem eo tempore in Phocea Theſtorides quidam, qui pueros illic literas docebat, homo fidei parum probatæ: hic ſub odorata poëſi, huiuſmodi uerbis Homerum adoriebatur: Paratum ſe inquiens, & miniſtrare ei, & victum ſuppeditare, ſi carmina quæ meditatus eſſet, deſcribere pateretur, & alia ſubinde faciens, ad ſe deferret. Homerus iam miniſterij alicuius, atq; adeò neceſſariorum indigens, recipiendã hanc conditionem putauit. cõmoratuſq; apud Theſtoridem, minorem illam fecit Iliadem, cuius initium eſt:

Iliae minor Homeri.

ἶλιον ἀείδω, καὶ Δαρδανίην ἐὔπωλον,
ἣν πυρὶ πολλὰ πάθον Δαναοὶ θράσος ἄρηος.

Phocaidem quoq; quam uocant, Phocenſes apud ſe conditam ab Homero aſſerũt. Iam uerò Theſtorides, ubi Phocaidem atque alia pleraq; ab Homero communicata deſcripſiſſet, conſtituit è Phocea diſcedere, Homericq; poëſim pro ſua uenditare. Vnde factum, ut cum Homerum non perinde curam haberet, ille ad Theſtoridem huiuſmodi ſit uſus diſticho:

Θεσπίδης θνητοῖσι ἀνοίσει πόνον· ἀλλὰ τὸν Ὅμηρον

θεῖος

δυοῖν ἀφραστότερον πλεῖστα νέον ἀνθρώποιοιν.

Et Theſtorides quidem relicta Phocea in Chium conceſsit, ubi erecto ludo, carmina illà pro ſuis euulgans, egregiam ſimul & laudem ſibi parauit, & fructum haud quaquam uulgarem. Porrò Homerus ſuo eodemq; more uiuere pergebat apud Phocenſes, nimirum é poeſi uictum ubiq; habens. Tempore deinde nō ita multo póſt, uiri aliquot é Chio eruditi, audientes eadē carmina quæ iam ſæpius in Chio à Theſtoride pro ſuis recitari audierant, indicabant Chio hæc ipſa à quodam ludi magiſtro pro ſuis cum magno fructu oſtentari. Homerus intelligens continuò Theſtoridem eſſe, magno ſtudio properabat in Chium tranſmittere. Et cum portum adiſſet, neque offendiſſet nauem qua traiiceret, eſſent autem qui pro lignis deuehendis in Erythræam ſoluere pararent, bellè conuenire uidebatur, ſi per Erythræam iter faceret. Accedens igitur nautas, flagitauit ut comitem ſe nauigationis reciperent, multis blādisq; uſus uerbis, quibus quod poſceret perſuaderet. Nautæ admittentes hominis preces, iuſſerunt nauem eum conſcendere. Quo impetrato, Homerus conſidens in naui, his uerſibus nautis bene

precatur:

Κλῦθι ποσειδάων μιχλοδνεὶς ἐννοσίγαιε.
ἐυρυχόρ μιδέων, κδ' ἐμεῦ ἐπιλῶιο σ'.
ἀλὸς δ' ἔυρον πολὺν, καὶ ἀπήμονα νόσφιν ἰδ'ἄλλων
πάντων, οἱ νῆὸς πομποὶ κδ' ἀρχοὶ ἔασι.
ἀλὸς δ' ἐς ὑπώρεαν ὑψιρέμνοιο μίμαντος,
αὐδοίην μ' ἐνθόντα βροτῶν ἄσίαν ἐκνέεσθαι.
φῶτά τε τινάμιλλον, ὅς ἐμὲν νοὸν ὑπροφέρησι
ἠδύνατο ξυνὸν ξυνίειν, ξυνίλιν τε πρανέεσθαι.

Erythræa. Vbi uero secundo uento Erythræam appulissent, Homerus in naui id tẽporis stabulabatur. Postero die nautas rogauit, ut aliquem præberent, qui ad urbẽ eum perduceret. Illi obsecuti, ducem itineris unũ è suis permiserunt. Cumq; iam pergẽdo ad Erythræam appropinquasset, deprehendissetq; urbem asperam atq; montosam, in hæc prorupit carmina:

πότνια γῆ πάνδωρε, δόσπερ μιλήφορόν θ' ὕλβου,
ὡς ἄρα δὴ τὶς μὲν φωτῶν νόοχθος ἐτύχθης.
τοῖσι δὲ δύσβιος, καὶ τρηχεῖα, δὶς ἐχολώθης.

Ingressus deinde Erythræorum urbẽ percontatur de naui. Et cum fortè quidam occurrisset salutaturus, qui eum in Phocea uidisset, ab hoc contendit, ut secum dispiceret, si cubi nauis appareret, qua in Chium transmitteret. Atque ubi in portu nauibusq; nullum reperiretur traiectitiũ nauigium,

nauigium, ille Homerum ad eum locum ducit; ubi piſcatoriæ nauiculæ ſtationem habebant. Et forte fortuna incidit in quoſdam, qui in Chium erant traiecturi. Hos adiens precatur, ut Homerum tranſportarent. Verum illi nullis precibus permoti, nõ recepto Homeró ſoluerunt. Homerus autem hæc cecinit carmina:

Ναῦται κουροτέροι συνάρῃ ἰφθίμοι ἔστε,
πόλχάσιν ἀϋτήσι βίον δύσμορον ἔχοντες,
ἀνδάσθε ξυνίοτε Διὸς σίβας ὑψιμέδοντος.
δανὰ γὰρ μήτοτις ξυνὸς Διὸς, ὅσκ' ἀλίτηται.

At uerò in altum iam prouectis contigit, ut aduerſo uento rapti, eodem unde ſolue rant recurrerent, ubi etiamdum Homerũ in littoris crepidine conſidentem offende runt. Qui cogniſo nauis recurſu, hunc in modum eos alloquitur: Vos, o peregrini, uentus inuaſit aduerſus. Verum nunc adhuc me accipite, & ſecundo uento nauigabitis. Piſcatores autem pœnitentia ducti, quòd prius hominem non receperant, compellato eodem, iubent conſcendere (ſi uelit) nauem. Recepto Homero rurſus uela faciunt. Cũq; exacto itinere littus appuliſſẽt, piſcatores ad ſua quiſq; opera digreſſi, Homerum in littore ea nocte relinquũt. Vbi diluxit; itineri ſe accingẽs oberrãsq;,

ad eum locum peruenit, qui appellatur Pinus: illicq; quiescenti noctu pini fructus incidit, quē aliqui κρίβινον, alij κῶνον appellāt Homerus uerò hos ceciuit uersus:

Pinus locus.

ἄλκτις σὺν πίνῃ ἀμάνυα καρπὸν ἴησιν
ἴδηι ἐν κορυφῇσι πολυπίδακος Ἰδαίοισι,
ἔνθα σίδης τε ἄρυός τε ἐπιχθονίοισι βροτοῖσι
ἔστην νῦ τ' ἄμφω κεβρίονες ἄνδρε ἔχωσι.

Fo enim tempore Cumani Cebrenia ad Idam montem ædificare parabant, ubi ferrum tum effodiebatur. Caterum illinc abiens Homerus, uocem caprarū, quæ ibidem fortè pascebantur, secutus, in canes incidit pastoraies: qui cum ferocius eum adorirentur, uociferabatur. Quod audiens Glaucus, id enim erat capranio nomen, ac currit festinanter, compellatusq; canes ab Homero excussit. Atq; ubi diu multumque admiratus fuisset, quod nimirum cæcus existens eò locorum peruenerit, tandē accedens rogabat quisnam esset, & cuius rei indigens, quibusq; modis ad inhabitata illa uastaq; loca diuerterit. Homerus omnem suam calamitatem commemorans, ad commiserationem Glaucum pertraxit. Siquidem homo erat (ut apparet) cordatus. Excipiens igitur Homerum ad suum deduxit augurium, incensoq; igne cœnā instruxit:

Cebrenia.

Glaucus.

instruxit: qua appositа iussit cœnare secũ hospicem. At uero cum canes à cibo abstinentes non cessarent suo more cœnitantẽ adlatrare, Homerus Glaucum his uersibus alloquitur:

γλαῦκε πίπτωι ἐπιὼν τόδ' ἔπος τ' ἰνὶ φρέσι βάσσο.
πρῶτον μὲν καὶ δεῖπνον ἐπ' αὐλείοισι θύρῃσι
δῦναι, ὃς γὰρ ἄμεινον, ὃ γὰρ κεφὴ πρῶτον ἀκούει,
ἀνδρὸς ἐπερχομένου, καὶ ἐς ἔρκεα θυρὸς ἰόντος.

Hæc audiens Glaucus, lætatus est admonitione illa, habuitq; in magna hominem admiratione. Post cœnam mutuis colloquijs oblectabantur. Nam Homerus ubi errores suos urbesq; quas adijsset, enarrasset, Glaucus hæc audiens præ admiratione stupebat. Erat'que iam tum cubandi tempus, & quieti se dederunt. Postero die Glaucus cogitauit ad herum suum proficisci, animo hæc de Homero indicandi. Proinde commissis socio capris pascẽdis, Homerum intra tecta reliquit, promittẽs se quàm festinãtissimè iturum. Degressus ad Bolissum (id erat uicino huic loco nomen) heroq; suo adito, narrauit de Homero, quemadmodũ res habebat, quod nimirum pro miraculo hominis aduentũ duceret, demum rogat quid facere conueniat. Herus parum delectatus hoc nũcio, Bolissus.

cœpit cum Glauco expoſtulare, qui quoſlibet citra delectum errones mutilosq; reciperet aleretq;: tamen præcepit ut hoſpitem ad ſe perduceret. Glaucus uerò ad Homerum reuerſus ea narrauit, iuſſitque ſequi ſe in urbem: fore enim hæc ei ad felicē fortunæ ſucceſſum. Quibus non grauatim aſſentiens Homerus, caprarium ſequitur. Hic Chius Glauci herus, ubi in colloquium cum Homero ueniſſet, reperiſſetq; hominem eſſe cordatum, multaq; rerum peritia inſtructum, cœpit ſuadere ei ut apud ſe commoraretur, liberorumq; quos habebat adoleſcentes formandorum curam ſuſciperet. Ille accepta conditione, pueros ſibi cōcreditos erudiuit. Interim Cercopas, Batrachomyomachiam, Epicichlidas, & alia omnia quæcunq; iuuenilia ludicraq; huius poëtæ extant, apud Chium illum condidit in Boliſſo. Hincq; cœpit per urbem inclareſcere. Iam uerò Theſtorides ut primùm intellexit Homerum adeſſe, nauigans è Chio fugam capeſſit. Deinde progreſſu temporis Homerus impetrata ab hero Chij uiſendi copia, urbē adijt, Iudūq; illic inſtituit, & pueros carmina docebat. Id cū magna felicitate Chijs facere uideretur, multos ſibi admiratores conciliauit,

Homerus apud Chiū

Cercopes Batrachomyomachia.

Epicichlides.

ciliauit. Hinc igitur uictum parans tolera bilem, uxorẽ duxit, è qua duas suscepit filias: quarum una decessit innupta, alteram uiro Chio elocauit. Enimuero hic poesi manum admolitus, gratiam habuit benemerentibus. Et primum quidem Mentori Ithacensi in Odyssea, ut qui laborantẽ ex oculis sustinuerit in Ithaca: cuius beneficij gratia eundem ampliter poesi suæ inferciens, Vlyssis fingit sociũ, cuius fidei Vlysses Troiã nauigans, domũ familiamq; cõ crediderit, tanquam Ithacensium præstantissimo atq; æquissimo. Alijs etiã plerisq; locis eundem laudibus uehit. Siquidem Mineruã quoties cum aliquo humana specie congredi fingit, Mentori identidẽ tradit assimilatam deã. Ad hæc Phemio præceptori, simul & eruditionis & nutricationis gratiã in Odyssea retulit in hæc uerba:

Homeri uxor & filiæ.

Mentor.

Phemius.

κῆρυξ δ' ἐν χερσὶν κίθαριν περικαλλὲ' ἔθηκε
φημίῳ, ὅς τε πολλὸν ἰκάνοι πάντας ἀείδων.

Odyssea.

Et rursum:

αὐτὰρ ὁ φορμίζων ἐνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

Meminit & nauicularij, in cuius comitatu ultro citroq; nauigans, urbes locaq; plurima collustrauit. Huic nomen erat Mentæ. cuius commeminit his uersibus:

Mentes.

ἥντησ' ἀγχιάλοιο δαΐφρονος Ἀγχιάλοιο.

Ithacus.

ἠόη, ἀτὰρ ταφίοισι φιληρίτμοισιν ἀνάσσω.

Tychius. Habuit etiam Tychio coriario gratiam, ni mirum qui uenientem ad sutrinam apud Nouum murum hospitio exceperit. Hūc Iliadi inserit his uersibus:

Iliad. 7. αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠύτε πύργον,
χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ τύχιος κάμε τεύχων,
σκυτοτόμων ὀχ' ἄριστος ὕλην ἐνὶ δίχια ποιῶν.

A' poesi uero hac inclarescens Homerus, nō per Ioniam solum celebrabatur, sed in ipsam usque Græciam multus de eodem sermo perferebatur. Et cum iam eruditionis existimatione augescentem multi uiderent, inciderunt forte qui suaderent ut in Græciam se transferret. Quod consilium admittens, impense cupiebat adornato sti nere illuc demigrare. Commodum' que intelligens Argos multis egregijsq; elogijs celebratum, Athenas non item, proinde hanc poesi suæ effingens, in maiori Iliade, nempe nauium catalogo, Erechtheū his uersibus magnificè laudibus uehit:

Argos. Athenæ ab Homero celebratæ.

Iliados 2. δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη
θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

Macthens Mnesthea etiam prætorem Atheniēsium, tradit in exercitu tam pedestri quàm equestri ordinando peritissimum, id' que his carminibus:

rōp,

τῶν ἄνω ἡγεμόνων ἦός πανὸν μενεαίνω. Ibidem.
τῷ δ' ὄνπω τις ὁμοίῳ ἐναιχθόνιῳ γένετ' ἀνδρὶ
κοσμήσαι ἵππον τε, καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.

Aiacem uerò Telamonium ipsosq; Salaminios, Athenienſibus in nauium nomenclatura adnumerauit, ſic ſcribens: Salamin& Aiax. Iliados 2.

αὖας δ' ἐκκαίδεκα νέας ἄγεν Αἰακίδαο βίης
ἔστη δ' ἔσχατον ἐν κοίλῃσιν ἧσιν φάλαγγι.

Poſtremò in Odyſſea Mineruam, poſtquã cum Vlyſſe in colloquium uenerit, ad Athenienſium urbem, quam præcipuè colebat, conceſsiſſe fingit:

ἵκανε δ' ἐς μαραθῶνα, καὶ εὐρυχάρεις Ἀθήνας. Odyſſeæ 7.
δῦνε δ' ἐς ἐρεχθῆος πύκινον δόμον.

Hæc ubi hunc in modum meditatus compoſuiſſet, animo in Græciam traiiciendi, profectus Samum appulit, contigitq; forte ut eodem tempore Samij Apaturia feſtum agerent. Hic Samius quidam agnito Homero, utpote quem iam antè in Chio uidiſſet, ſodales ſuos aggreſſus, indicauit tanti hominis aduentum. Illi audita multa hominis prædicatione, iubebant adduci eum. Conuenit igitur Homerum Samius, & quandoquidem, inquit, hoſpes Apaturiorum feſtum agit ciuitas, inuitant te, tribules ad idem feſtum concelebrãdum. Homerus affuturum ſe dicit, & comitatur Apaturia.

fruitantem. Porrò cum iam illuc quò uocatus erat, pergeret, in mulieres impegit, quæ in triuio Curotropho sacra facerent. Sacrificia ex occursantis aspectu indigna ei, exclamat: Vir, inquiens, facessas à sacris. Homerus dictum illud in animo uolutens, rogabat quis nam esset qui loqueretur, & cui deo sacrificaret? Dux eius indicauit mulierem esse, quæ Curotropho sacrificaret. Quod audiens Homerus huiusmodi carmina illius sacris accinebat:

Curotrophos.

αὐδὴ μοι ἰκνεῖται κεραϊζόμεν, ἀμφὶ δὲ γυναῖκα
τὴν δὴ νέαν μὴν ἀὐπνοδὴ φιλότητα καὶ ἰυγὴν.
δὴ ἑστιηκοίδω πολυκρεοτάφοισι χέρυσιν,
ἦμὲν ὄρχ μὲν ἀταμβλήνατα, ὑμὸς δὲ μνοειν.

Vbi uerò ad sodalium collegium accessisset Homerus, iamq; in limine ædium consisteret, in quibus conuiuium instructum erat: aliqui narrant iam tum ardente ignepoctam cecinisse: alij postea accensum, quàm carmina ista canere inciperet:

Pheatria.

ἀνδρὸς μὲν σίφας πῶλος, πύργοι δὲ πόλης,
ἵπποι δ' ἐν πεδίῳ κόσμος, νῆες δὲ θαλάσσης.
κήματα δ' αὖξει ὄϊνον, ἀτὰρ γεραροὶ βροτοῖσιν
κῦνοι ἐν ἀγρῇ κόσμος τ' ἄποσιν ὁράᾳ,
αἰδοίη δὲ πυρὸς γεραρώτερος ὄϊκος ἰδέσθαι.

Ingressus autem reclinatus que, cum cæteris epulis fruebatur, in magno honore admirationeq;

mirationeq; ab accumbentibus habitus, ibidemq; ea nocte cubile sibi parauit. Postero die conspicati eum figuli, qui ad uiam in figlina laterunculos tegulasq; coquebant, cum intellexissent hominem esse eruditum, compellatum iusserunt canere, pollicentes cùm tegulas, tùm alia qualia eacunque essent, quæ haberent, se illi daturos. Homerus hæc illis cecinit carmina, quæ uocantur Caminus, id est, fornax. Caminus Homeri.

ἡμὶν δ' ὅσσοι μιαθὲν, διὰ σὸν ἔκεραμῆσε.
δὸς σύ γ' Ἀθηναίη, καὶ ὑπάρχοις χεῖρα καμόντι.
ἐν δὲ μιλανθείῃ κόσυμι, καὶ πάντα μάλ' ἰρὰ
φρυχθῆναί τε καλῶς, καὶ τιμῆς ὧνον ἀρέσθαι.
πολλὰ μὲν ἐν ἀγορῇ πωλούμενα, πολλὰ δ' ἀγῆται,
πολλὰ δὲ κερδῆσαι, ἡμὶν δὲ δὸς ὥς σφι νοῆσαι.
ἔρρ' ἴκ' ἀναιδείην τριφυγέτις ψυχόλιν ἄρουρα,
συχαλίην θ' ἕπεται κάμινος δικτήτορας (κτορ,
σύντριβ' ὁμῶς μάραγόν τε, καὶ ἄσβεστον, ἠδὲ τ' ἄβαμὸν θ' ὁμόθαμον θ' ἕε τῇ δὲ τέχνῃ κακὰ πολλὰ πορίζει.
πᾶθε πυραύστεα καὶ δάμαλα, σὺν δὲ κάμινον
πᾶσα κυκηθείη κεραμίων μέγα κωκυούντων,
ὄφρα γνῶ ὅτι πάϊς βρύκει, βρύκει δὲ κάμινος,
πάντ' ἐντοσθ' αὐτῆς κεραμήια λεπτὰ πεσοῦσα.
ἄνδρα καὶ ἀλλοῖα θυγάτηρ πολυφάρμακα κίρκη,
ἄγρια φάρμακα βάπτει, κάκα δ' αὐτέ τε καὶ ἰᾶται.
ἄνδρα δὲ καὶ χέρσων ἀγέτην πολιὸς κυβερνήτης,

ἄνδρ'

ἔνθ' ἥρακλείης χεῖρας φύγον, ὅτε' ἀπόλοντο,
τύφλοισιν τάδε ἔργα κακῆς, τύφλῃ δὲ κάμινος,
αὐτὰρ ἐπὶ ὀιμώξονται ὁρώατο ἔργα μενηνὲ.
χρείσσω δ' ἐρέω αὖτ' κακοδαίμονα τίχνην.
ἔς δὲ τὸ χ' ἁπαρκύψῃ περὶ ταῦτα πᾶν τὸ πρόσωπον
φλιχθείη, ὃς πάντις ἐπίσαμ τ' ἄισιμα ῥίζης.

At uerò in Samo hybernans Calendarum festo, potentiorum ædes ostiatim adiens, strenam accipiebat. Canebat autem ea carmina, quæ Eresione, hoc est, ramalia, uocantur: ducente eum, comitanteq; undecunque frequenti puerorum indigenarum choro:

Δῶμα προστραπέρηθ' ἀνδρὸς μίγα δυναμένοιο,
ὃς μίγα μὲν δώατα, μίγα δὲ βρίθει ὄλβι@ αἰεί,
αὐτὰρ ἀνακλινέων θύρα, πολλὸ@ γὰρ ἵκανοι
πολλὸς, σὺν πλείτῳ δὲ κεῖ ἐυφροσύνῃ τιθηλᾶται
ἁρμόνι' ἀγαθὴ, ὅσσα δ' ἄγγια μετὰ μὲν ἔπω.
κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἵρνοι μάλα.
τῇ παιδὸς δὲ γυνὴ κατὰ δίφρακα βάσα τα ὄμμι.
ἀμίονοι δ' ἄξουσι χρατοίπεδις ἐς τόδ' δῶμα.
αὐτὰ δ' ὑφαίνοι ἑδὸν ἐπ' ἀλίπτρῳ βυβαῖκ.
σεῦμαί σοι νῦμφα ἐνιαύσι@, ὥστι χαλὸν
ἔσα κ' ἐν προθύροισι, μὴ ἐ μὲν τι δόσεις, αὐτὰ μὰ
οὐχ ἱκέξομαι, ἐκ γὰ σφοιπόδου ἐνθάδ' ἔλθομι.

Atq; hæc carmina postea in Samo diu à pueris decantabantur, quoties ad Apollinis festum collecti conueniebant. Ineunte deinde

deinde uere, moliebatur Homerus è Samo Athenas proficisci: subuectusq; unà cum popularibus quibusdam, ad Ium appulit, ubi stationem non ad urbem, sed in littore habebant. Hic contigit Homerum grauiter ægrotare. Egressus igitur è naui in crepidine littoris iacebat ægrotus. Atq; ubi diutius illic ob nauigandi difficultatem in portu remorarentur, subinde plerique ex urbe Homero uacabant, eumq; audientes reuerenter obseruabant. Iam uerò nautis caeteris q; aliquot qui ex urbe conuenerant, illic apud Homerum considentibus, forte piscatorum ministri eodem appulerũt: qui è nauicula egressi, hęc uerba habuerũt: Agite uerò peregrini, audite nos, nũ quid eorũ quę ꝓponemus explicabitis? Ibi è præsentibus quidam iubebat eos proloqui. Illi, nos inquiũt, quæ cũq; cepimus, reliquimus: quæ uerò non cepimus, nobiscũ portamus. Et cum nemo id ænigmatis interpretari posset, piscatores explicabãt: significantes nimirum se, cum piscium nihil capere possent, desidentes in sicco pediculos uenatos. Et horum quotquot cepissent, abiecisse: quos non inuenissent, domũ retulisse. Quæ audiens Homerus, hæc dixit carmina:

Piscatorũ ænigma.

Troiæ

τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάασι,
ὄντι βαθυκλήρων, ὄντ' ἄσπετα μῆλα νεμέντων.

Atqui ex ægritudine hac extremum diem clausit Homerus in Io, non autem (ut arbitrantur aliqui) ænigmatis perplexitate enectus, sed morbo. Extinctus uero in Io Homerus, à comitibus suis atq; ciuib. qui ex urbe in colloquium cum eodem uenerāt, in littore ibidem honorificè sepelitur. Cuius sepulchro multo post tempore lenses, ubi poesis eius iam publicata ab omnibus celebraretur, huiusmodi inciderunt elegiacum:

ἐνθάδε τὸν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεσπεσίμνων.

Homerus Acolicus. Porrò quòd Acolicus fuerit Homerus, & non Ionicus, neq; Doricus, partim è iam dictis perspicuum esse poterit, partim etiam his coniecturis deprehenditur. Siquidem poetam tantum qui hominum peculiares mores in suam poesim transferre studuerit, par est aut laudatissimos excogitasse, aut patrios cõmemorare. Iam uerò carmina eius expendentes, indidem pronunciabitis. Nam cum sacrificij ritum huiusmodi quendam referat, aut ipse eundē tanquam probatissimum excogitauit, aut quod cum patrijs institutis cõueniret. Sic

enim

enim inquit:

ἄρνυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἴσοφαρον, καὶ ἴδριν,
μικρός τ' ἐξιτάμεν, καὶ ἀτειρέα τοι κνίσῃ ἰκάνειν,
δίπλυχα ποιήσασθαι, ἐπ' αὐτῶν δ' ἠμοδιὸν πεφάρ.

In his uersibus de ilibus nulla mentio, quibus in sacrificijs tamen utebantur cæteri præterquam unam Aeolicam gentẽ, quæ ilia non cõcremabat. Indicat præterea his quoq; uersibus, quòd Aeolicus cum esset, suæ gentis ritibus usus sit:

καῦε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὀβελούς, ἐπὶ δ' ὄβεσσα δίεσσε
κῶλα νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχεν πεμπάβολα χερσίν.

Aeoles enim soli intestina quinq; uerubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus. Etenim πίμπλα dicunt Aeoles pro πίμπρα. Atque hæc sanè de genere, uita, interituq; Homeri, à nobis relata sint. Cæterùm ætatem Homeri si quis diligenter rectèq; ratiocinetur, ex hisce facile deprehendet. Nempe ab expeditione Græcorum, quam Agamemnon & Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum pòst atq; triginta Lesbus oppidatim habitari cœpit, cum antea nullam prorsus haberet urbem. Post Lesbum habitatam annis uiginti, Cuma Aeolica & Phricotis appellata, cõdita est. Porro à Cuma annis duodeuiginti in Smyrnam Cumani colonias transtulerunt, quo tempore

Aeolum mos.

Homeri ætas.

tempore natus fuit Homerus. Ab Homero uerò nato anni sunt sexcẽti uigintiduo ad Xerxis usq; in Græciam traiectum, qui uidelicet iuncto Hellesponto põtibus cũ exercitu ex Asia in Europam penetrauit. Ex his igitur facilè fuerit calculo colligere tempus ei, qui prætorum Athenicnsiũ rationem habuerit. Nam à Troiano bello claruit Homerus annis centum sexaginta octo.

VITAE HOMERI PER HERODOTUM traditæ finis, interprete Conrado Heresbachio.

Index

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM IN Herodotum locupletissimus Index.

A

Baris fabula. li. 4. f. 270.
abæ oppidū li. 8 fol. 548
abolēda monarchia lib. 3 fol. 221
absinthii lib. 6 fol. 399
abydus capta. lib. 5 fol. 384.
aces amnis lib. 3 fol. 256
acephali lib. 4 fol. 328
achea Ceres lib. 5 fol. 358
aceratus propheta lib. 8 fol. 550
achæmenis cōsilium lib. 7 fol. 535
acinacis Martis simulacrū lib. 4 fol. 279
achilleus cursus lib. 4 fol. 277. 284
accipitres quatuordecim, vultures quatuor u elli- cant lib. 3 fol. 210
acrephia oppidum lib. 8 fol. 589
adimantus lib. 8 fol. 539
adimanti dictum lib. 8 folio 557
admonitio Crœsi lib. 1 fol. 200
adyrmachidarum mores lib. 4 fol. 320
adrastus sese transfodit lib. 1 fol. 19
adrastus Atym occidit li. 1 fol. 19
adrastus Atym in custodiā suscipit ib. 1 fol. 18.
adrastus Gordij filius lib. 1 fol. 16
adria lib. 5. f. 336.
aduersus culices remedia lib. 2 fol. 190
aer plumis oppletus lib. 4 fol. 268
æaci fanum lib. 5 fol. 350.
æaces Samius lib. 6. fol. 372
ædificatio Argus lib. 4 fol. 325
æoles lib. 1 fol. 18
æoles ad Cyrum legatos mittunt de deditione li bro 1 fol. 67
æoles à Crœso subacti li. 1 fol.

1 fol. 4
æolicæ urbes lib.1 fo.71
æolũ legati à Spartanis auxilia petunt l.1 f.72
ærei uiri lib.2 fo. 170
æschrionia tribus lib.3 fol. 195
africa lib. 4 fol.271
africa arboribus nuda lib.4 fol.322
afri pastorales li. 4 fol. 326
agaristę proci lib.6 fol. 438
agathyrsus lib. 4 f.261
agathyrsorum mores lib.4 fol.296
agrianæ lib. 5 f.339
agrianes fluuius lib. 4 fol. 291
ageti uxor lib.6 f 410
æginæ lib.5 f.366
ægis unde appelletur l.4 fol 327.
ægicores li. 5. f.360
æginetæ ab Atheniensibus superantur li.6 f.423
æginetarum mulierũ chori lib. 5 f. 368
æginetarum odia in Athenienses lib.5 f.367
æginetarum strenuitas lib.6 fol.571
æginetarũ in Athenienses odiorũ principiũ l.5 f 370
ægyptius quidam moralissimus lib. 4 fol. 309
ægyptij uleiscũtur Phanẽ lib. 3 fol 187
ægyptij dij l.2 f.118
ægyptij cadauera saliunt lib.3 fol. 191
ægyptii cadauera non cremant lib.3.f. 190
Aegyptij pisces lib. 2 fol. 139
ægyptij duodecim reges creant lib. 2 fol. 166
ægyptij quid primum inuenerint lib.2 f. 103
ægyptij primi annum cõperere lib. 2 fol. 102
ægyptiorum mores lib.2 fol.116. 117
ægyptiorum bis mille nũcantur lib.3 fol. 189
ęgyptiorum lex de feris lib.2 fol. 129
ægyptiorum uictus lib.2 fol.133
ægyptiorum ceremoniæ lib.2 fol.117
ęgyptiorum rex Hamasis lib.1 fol. 36
ægyptiorum festum Bacchi lib.2 fol.115
ægyptiorum facilis uictus lib.2 fol.138
ęgyptiorum sacrorum ritus lib. 5 fol. 118

ęgyptiorum

ægyptiorum à Persis defectio li. 7 fol. 494
ægyptiorum medici lib. 2 fol. 135
ægyptiorum uestitus lib. 2 fol. 135
ęgyptiorum funera lib. 2 fol. 135. 136
ægyptiorum opinio de animæ immortalitate lib. 2 fol. 155
ægyptiorum genera septẽ lib. 2 fol. 175
ægyptiorum rex Apries lib. 4 fol. 317
ægyptijs pisces sacri lib. 2 fol. 132
ęgyptijs sacer crocodilus lib. 2 fol. 131
ęgyptijs cur dura capita lib. 3 fol. 187
ęgypti rex Psammetichus lib. 2 fol. 101
ægypti regina Nitocris lib. 2 fol. 142
ægypti rex Rampsinitus. lib. 2 fol. 151
ægypti rex Chephrenes lib. 2 fol. 157
ęgypti rex Sesostris lib. 2 fol. 143
ægypti rex Cheops l. 2 f. 155
ægypti rex Anysis cæcus li. 2 fol. 161
ægypti rex Psammis li. 2 fol. 173
ægypti rex Necus lib. 2 fol. 172
ægypti rex Asychis lib. 2 fol. 161
ægypti rex Menes lib. 2 fol. 141
ægypti rex Apries lib. 2 fol. 174
ęgypti rex Mœris lib. 2 f. 142
ægypti rex Micerinus li. 2 fol. 158
ægypti rex Sethon lib. 2 fol. 165
ægypti rex Amasis lib. 2 fol. 177
ægypti natura lib. 2 fol. 103. 104. 105
ægyptię pyramidis cõstructio lib. 2 fol. 156
ætates deorum lib. 2 fol. 265
ętionis filius cur Cypselus dictus lib. 5 fol. 374
æthiopiæ rex Sabacus lib. 2 fol. 162
æthiopia lib. 3 fol. 215.
ęthiopis responsum ad Cambysem lib. 3 f. 192
æthiopes longæui lib. 3 fol. 191
æthiopum uictus lib. 3 fol. 193

æthiopum uita lõgissima lib.5 fol.193
ahenum Exampæi lib. 4 fol. 287
ahenum Samiorum lib. 4 fol. 314
aiax Telamonius lib. 8 fol.559
alazer lib.4 f.219
album littus lib. 7 f.459
albæ columnæ lib.5 fol. 384
alcæus poeta lib. 5 fol. 376
alcæus Herculis filius lib. 1 fol. 4.
alcmæonis filius Megacles lib.1 fol.25
alcmæonidæ an scutũ Persis prodiderint lib. 6 fol. 434
alcmæonidarum generis claritas lib. 6 fol.435
alati serpentes lib.3 fol. 233
alex Minervæ templũ li. 9 fol. 628
alex quando & à quibus inuentæ lib. 1 fol. 46
alexãdex Priami filius Helenam rapit lib.1 fol.2
alexander ad Athenienses lib. 9 fol.617
alexãder ad Proteũ ductus lib. 2 fol.148
alexander Macedo aureus lib.8 fol.584
alexander Helenam rapit lib.2 fol.147
alexandri adhortatio lib. 8 fol.592
aliarchus lib. 4 fol.317
alizones lib.4 f.276
altercatio Athenienſium & Theagetarum de loci dignitate li. 9 fol 607
amasis donaria lib.2.f. 181
amasis institutum lib.2. fol. 178
amasis opera lib. 2 f. 179
amasis Aegypti rex lib.2. fol. 177
amasis cum uxore rem habere nequit lib. 2 f. 181
amasis pugna cum Aprie lib.2 fol.176
amasis ad Polycratem litere lib. 3 fol. 202
amasis cadaver contumelia affectum lib. 3 f.190
amasis solertia li.2 f.172
amasis in Apriem rebellat lib. 2 fol. 174
amasis Græcorum studioſus lib. 2 fol. 180
amasis commentum li. 4 fol.331
amasis mors lib.3 fol.189
amazones lib.4 f. 297
amazonum cum Sauromatis

matis coniunctio lib. 4 fol. 199
amazonum sedes lib. 4 fol. 199
amestris crudelitas in Masistæ uxorem lib. 9 fol. 647
amentes Athenienses reddutur lib. 5. fol. 368
amentium est, raptis fœminis ulciscendis operam dare lib. 1 fol. 2
amestris Xerxis uxor lib. 9 fol. 645
amicus solers pretiosissimum omnium possessionum lib. 5 fol. 345
amici Cræsi Lacedæmonij lib. 1 fol 4
amici deploratio lib. 5 fol. 189
amicitia inter Agathyrsos communis lib. 4 f. 296
aminoclis fortuna lib. 7 fol. 519
amores Xerxis lib. 9 f. 645
ammonius cur Iupiter dictus lib. 2 fol. 120
ammonij Iouis templum incensum lib. 5 fol. 194
amnis Halys lib. 1 fol. 3
amnis Hermus lib. 1 fol. 17
amnis Phasis lib. 1 f. 2
amphyctiones l. 5 f. 338
amphyctionum sedilia lib. 7 fol. 512
amphion lib. 5 fol. 178
amphiarai oraculum lib. 8 fol. 589
amyntas lib. 5 fol. 340
anacharsis lib. 4 f. 284 & li. 9 f. 274
anacharsis sedes lib. 4 fol. 287
anchimolius lib. 5 f. 359
anchimolij cædes lib. 5 fol. 359
anaxandrides lib. 5 fol. 349
anaxandridæ uxores lib. 5 fol. 350
androphagi lib. 4 f. 264
androphagorum mores libro 4 fol. 296
androcratis fanum li. 9 fol. 606
animus in auribus hominum lib. 7 fol. 464
anima immortalis lib. 2 fol. 155
anima relicto uno corpore in aliud migrat lib. 2 fol. 155
annum primi reperere Aegyptij lib. 2. f. 103
apollinis fons lib. 9 fol. 516
aprijs mors li. 2. f. 177.
ante Cræsi imperiũ Græcl fuc-

ei facere liberi lib. 1 f. 4
Antichares lib. 5 f. 350
antipater Orgis filius li. 7 fol. 489
anysis Aegypti rex cæcus lib. 2 fol. 162
aper eximiæ magnitudinis lib. 1 fol. 16
aphetæ locus lib. 7 fol. 520
apis à Cábyse vulneratur lib. 3 fol. 196
apis apparitio lib. 3 fol. 195
apis figura lib. 3 fol. 195
apries rex Aegyptiorũ li. 2 fol. 174. & lib. 4 fo. 317
apris filia Nitetis li. 3 fol. 183
Apollo Ismenius lib. 5 fol. 357
apollinis simulacrum lib. 6 fol. 435
apollinis oraculum li. 4 fol. 315
aphrodisias insula lib. 4 fol. 321
ara uenatorum lib. 7 fol. 514
ara Arifici Proconnesij lib. 4 fol. 263
ara Dianæ lib. 4 fol. 290.
ara Iouis forensis lib. 5 fol. 352
arabes quo pacto dent fidẽ lib. 3 fol. 186
arabicus sinus lib. 2 fol. 105
arabicę oues lib. 3 fol. 154
aratores Scythæ lib. 4 fol. 270
araxes fluuius lib. 1 fol. 94
arion delphino insidet lib. 1 fol. 10
aryadicum argentum lib. 4 fol. 320
ariandes lib. 4 fol. 319
arborea lana lib. 3 fol. 232
arcem occupat Pisistratus lib. 1 fol. 25
arcesilaus ejicitur li. 4 fol. 318
arcesilaus Cyrenẽ recuperat. lib. 4 fol. 319
arcesilai regnum lib. 4 fol. 317
arcesilai mors lib. 4 fol. 319
archilochus Parius poeta carminis Iambici inuentor lib. 1 fo. 6
archidemus lib. 6 fol. 414
archidice meretrix l. 2 f. 101
arcus Herculis lib. 4 fol. 260

ardys

ardys patri succedit in regnum lib.1 fol.7
ardyis gesta lib.1. fol.7
ardys Sygis filius lib.1 f.7
arena aurea ea quib. modis diripiatur lib.3 fol. 131
arenis obruti milites li.3 fol.195
argadeus lib.5 fo.360
argathonius rex lib.1 f.77
argentum & æs Scythæ in usu non habent lib. 4 fol.282
argentum Aryandicum lib. 4 fol.320
argis lib.4 fol. 269
argi lucus l.6 f.418
argippei lib.4 f.266
argiui Xerxi subdi malũt, quã Lacedæmonijs esse inferiores lib.7 f. 501
argiui musici lib.3 fol.243
argiui tondent capita lib.1 fol.39
argiuorum cum Spartiatis contentio de agro lib.1 fol. 38
argiuorum cum Persis affinitas lib . 7 fol.502
argiuorum oraculum li.7 fol. 500
argos lib.1 fol.1
argos omnium ciuitatum Græciæ clarissima l.1 f.1
argos à seruis occupatur lib.6 fol.418
argon Sardium rex lib.1 fol.4
argus ædificatio lib.4 fol. 225
arma illata Smirnæ lib.1 fol.7
arma inferuntur Mileto lib.1 fol. 7
arion decantat carmẽ Orthium lib.1 fol.19
arion in custodia tenetur lib.1 fol.11
arion Corinthum pergit lib.1 fol.10
arionis donarium in Tenaro lib.1 fol. 11
aristagoras lib. 5 fol. 377
aristagoras sapiens lapsus lib.5 fol.314
aristolaidi filius Lycurgus lib.1 fol.25
ariston rex lib.6 fol.409
aristeus corinus lib. 4 fol.263
aristeus uersificator lib.4 fol. 262
aristeo de mira narratio lib.4 fol.262
aristodicus Heraclides lib.1 fol.75
aristodici æstus lib.1 fol. 75

arimaſpi unde dicti lib. 4 fol. 267
arimaſpi lib. 3 fol. 235
arimaſpei uerſus lib. 4 fol. 293
ariſtagoræ mors lib. 5 f. 387
ariſtidis facinus lib. 8 fol. 572
arizanti lib. 1 fol. 49
arx Atheniẽſis occupatur lib. 5 fol. 365
artabanus regio ornatu induitur. lib. 7 f. 454
artabani grauis ſententia lib. 7 fol. 450
artabani ſomnium lib. 7 fol. 456
artabazus Pharnacis li. 8 fol. 585
artabazi fuga lib. 9. f. 636
artabazi de iocundo prælio ſententia lib. 9 fol. 615
artabazi mors lib. 8 fol. 586
artaphernes lib. 5 f. 376
artaphernes Sardium præ tor lib. 5 fol. 364
artaphernes Ionibus uectigal impoſuit li. 6 f 403
artaphernes lib. 7 f. 475
arrayntæ Darij uxor lib. 9 fol. 645
Arrydes ſuſpenſus lib. 9 folio 650
artemiſiæ pugna glorioſa lib. 8 fol. 569
artembares lib. 9 f. 650
artemiſiæ conſilium lib. 8 fol. 561. 575
artemiſiæ capiendę præmium lib. 8 fol. 571
artiſcus amnis lib. 4 fol. 291.
artybius lib. 5. f. 382
artybij cædes lib. 5 fol. 385
artybii equus lib. 5 folio 383.
arte recuperat tyrannidẽ Piſiſtratus lib. 1 f. 26
aſia unde dicta lib. 4. fol. 275.
aſia lib. 4 fol. 273
aſia potiuntur Scythæ li. 1 fol. 50
aſopus lib. 5 fol. 366
aſopi filiæ lib. 5 fol. 366
aſychis Aegypti rex lib. 2 fol. 161
aſychis pyramis lib. 2 fo. 161.
aſychis lex de mutuo accipiendo lib. 2 f. 161
aſſyriæ rex Senacharibus lib. 2 fol. 163
aſchij liquoris genus lib. 4 fol. 266
aſſyriæ natura lib. 1 f. 90

aſſyrio-

assyriorum ornatus lib. 7 fol. 473
asbystæ lib. 4 fol. 321
astyages à Cyro victus capitur lib. 1 f. 62
astyages regno amotus li. 1 fol. 63
astyages Cræso quo modo affinis lib. 1 f. 55
astyages lib. 1 fol. 51
astyages Cyaxaris filius libro 1 fol. 20
astyages Harpago ipsius filij carnem apponit lib. 1 fol. 58
astyages magos de Cyro cõsulit lib. 1 fol. 58
astyages Cyrum Persidem mittit lib. 1 fol. 59
astyages quot annos regnaverit li. 1 fo. 63
astyages Cyrum agnoscit lib. 1 fol. 56
astyages crudelitatem ulciscí conatur Harpagus lib. 1 fol. 60
astyagis somnium de filia lib. 1 fol. 51. 52
astus Aristodici lib. 1. fol. 75
astus Rampsiniti lib. 2 fol. 112
astu opprimit Cyrus Massagetas lib. 1 fol. 98
astutia Thrasybuli libro 1 fol. 9
athenagoras li. 9 f. 616
atlas mons lib. 4 fol. 326.
atlantes lib. 4 f. 325
atlantes unde appellati li. 4 fol. 326
atossam sanat Democedes lib. 3 fol. 244
atossæ consilium apud Darium è suggestione Democedes lib. 3. fol. 244
athos mons lib. 7 fol. 458
athenis pulsi Pistratidæ li. 5 fol. 360
athenis potitur Xerxes li. 8 fol. 559
athenis ejectus Clisthenes lib. 5 fol. 363
athenis ejectus Onomacritus lib. 7 f. 446
athenis ejecti piaculares lib. 5 fol. 463
athenarum incendiũ lib. 9 fol. 601
athenarum arx incensa li. 8 fol. 556
athenarum tyranni lib. 5 fol. 558
athenas proficiscitur Mardonius lib. 9 fo. 596
athenienſis magistratus lib. 5 fol. 430
athenienſis arx occupatur lib. 5 fol. 363

athenienſis tyrannus Piſiſtratus lib.1 f.25
athenienſis nuncij reſponſio ad Gelonẽ li.7 f.506
athenienſis clypeus li.6 fol.432
athenienſis cuſtos ſerpens lib.8 fol.552
athenienſis exercitus ordo lib.6 fol.431
athenienſes amentes li.5 fol.364
athenienſes Aeginetas ſuperant lib.6 fol.423
athenienſes Græciæ liberatores li.7 fol.496
athenienſes nunquã ſolũ uertere lib.7 fol.507
athenienſes tyrannis liberati lib.5 fol.360
athenienſium origo lib.1 fol.14
atheniẽſium naues ad Ariſtagoram lib.5 f.378
athenienſium legatio ad Lacedæmonios l.9 f.598
athenienſium rex Codrus lib.5 fol.365
athenienſium & Tegeatarum de loci dignitate altercatio lib.9 f.607
athenienſium præſtantia lib.5 fol.366
athenienſium reſponſum lib.8 fo.594
athenienſium Imperio patitur Piſiſtratus li.1 f.25
athenienſiũ uxores raptæ lib.6 fol.441
athenienſium victoria lib.9 fol.626
athenienſiũ legislator Solon lib.1 fol.12
athenienſium in Marathone victoria li.9.f.608
athenienſiũ uirtus in propugnanda arce l.8 f.555
atys lib.1 fol.16
atys datur Adraſto in cuſtodiam lib.1 f.18
atys aprum aggredi cupit lib.1 fol.17
atys ducit uxorem lib.1 fol.16
atym occidit Adraſtus lib.1 fol.19
atys ſepultura li.1 fol.19
atys mors lib.1 fo.19
aureæ compedes lib.3 fol.243
aurum ſacrum li.4 f.259
author hanc hiſtoriã cur ſcripſerit lib.1 fol.1
authoris hiſtoriæ ratio lib.1 fol.13
autores diſſenſionum inter Græcos & Barbaros exciterẽ Phœnices lib.1 fol.1

ausēs lib.4 fol.313
ausēs aratores lib.4 f.328
auxesiæ simulacrum lib.5 fol.367
auxilium Lacedæmoniorū post bellū lib.6 f.434
aziristus locus lib.4 f.316

B

BAbylon secundò capta lib.3 fol.255
babylonis opes lib.1 fol.89
babylonis descriptio lib.1 fol.83
babylonē obsidet Darius lib.3 fol.252
babylone potitur Cyrus lib.1 fol.89
babylonij proceres patibulis affixi lib.3 fol.255
babylonij rebellantes mulieres strangulant lib.3 fol.251
babyloniorum lex de scortatione lib.1 f.93
babyloniorum uestimenta lib.1 fol.91
babyloniorum lex de ægrotis lib.1 fol.92
babyloniorum tyrannus Labynetus lib.1 fol.36
babyloniorum lex coniugalis lib.1 fol.92
babylonicum talentum lib.3 fol.226
babyloniæ rex Labynitus lib.1 fol.89
bacidis oraculum l.8 f.545 565 & lib.9 f.616
bacchi festum lib.2 fol.123
bacchantium uox lib.8 fol.560
bacchanalis Dionysij sacra lib.4 fol.286
bacchanandi consuetudo lib.4 fol.286
badra lib.4 fol.320
bagæus lib.3 fol.241
bagæi industria lib.5 fol.241
barba sacrificæ ominosa lib.8.fol.576
barbara lingua usi Pelasgi lib.1 fol.24
barbari & Græci cur dissideant lib.1 fol.1
barbarorum uociferatio lib.9. fol.623
barca uicus lib.4 f.333
barca oppidum lib.4. fol.317
barcę expugnatio lib.4. fol.332
barcam Persæ obsident lib.4 fol.331
barcęorum fœdus lib.4 fol.332
branchidicum oraculum lib.1 fol.74

battus

battus lib. 4 fol. 513
battus claudus lib. 4 fol. 517
batto nomen unde institutum lib. 4 fol. 515
beatus quis lib. 1 fol. 15
beccus panē dicunt Phrygæ lib. 2. fol. 102
beli templum lib. 1 fol. 84
beli Iouis puluinar li. 1. fol. 255
bellum infert Crœsus Ephesiis lib. 1 fo. 11
bellum quinquennale inter Lydos & Medos lib. 1 fol. 54
bellum infert Cyrus Massagetis li. 1 fol. 95
bessi lib. 7 fol. 486
bias Prienęus lib. 1 fol. 11
bias Ionibus consiliū dat li. 1 fol. 79
bibli quid Ionibus l. 5 fol. 157
bito cur beatus lib. 1 fol. 15
bitonis & Cleobis matrē in templum uehunt li. 1 fol. 14
bitonis genus li. 1 fo. 15
bitonis mors l. 1 f. 14
bithyni lib. 1 fo. 12
bizantium lib. 4 f. 290
bogis insigne factum lib. fol. 485
bogis laudes lib. 7 fol. 485
bosphorus Cimmerius l. 4 fol. 261
bosphorus lib. 4 f. 289
borysthenes lib. 4 f. 276
boristhenitarum emporiū lib. 4 fol. 265
bubastis templum lib. 2 fol. 152
bubaris lib. 5 fol. 542
bubulci filius pro Cyro exponitur li. 1 fol. 55
budi lib. 1 fol. 49
budinorum mores li. 4 fol. 296
busæ lib. 1 fol. 49

C

CAbales li. 4 fol. 521
cadauera cur non crementur l. 3. f. 190
cadauer Amasis affectum cōtumelia li. 3 f. 190
cadauera ubi non crementur lib. 5 fol. 190
cadmus li. 5 f. 557
cadmi iustitia lib. 7 fol. 508.
caduceatorem mittit Haliattes Miletum l. 1 fol. 9
cadmeæ literæ lib. 5 fol. 557.

cædes

cædes Cimonis libro 6 fol. 427
caldæorum sacrificia lib. 1 fol. 85
charileus l. 3 f. 249
chalybes li. 1 fol. 12
calamitosus homo lib. 1 fol. 14
callias lib. 5 fol. 351
calliæ filiæ l. 6 f. 434
callimachi cædes lib. 6 fol. 432
callipidæ lib. 4 fol. 264
caluitiei causa lib. 3 fol. 188
caluî à natali lib. 4 fo. 265.
clades Maratonis lib. 6 fol. 432
claritas generis Alcmæonidarum lib. 6 fol. 435
classica pugna lib. 1 fo. 78.
classis Xerxiana lib. 7 fol. 516
classis Græcorum aduersus Xerxem li. 8 fol. 538.
classis Græcorum summa lib. 8 fol. 567
claues Cypri lib. 5 f. 382
clazomenæ inuaduntur lib. 1 fol. 7
cambyses Cyro succedit lib. 2 fol. 101
cambyses legum contemptor lib. 3 f. 209
cambyses uiuolentus li. 3 fol. 199
cambyses sororem occidit lib. 3 fol. 198
cambyses parricida lib. 3 fol. 197
cambyses Apim uulnerat lib. 3 fol. 196
cambyses dominus lib. 3 fol. 226
cambyses à seipso uulneratus lib. 3 fol. 213
cambyses sorores ducit in uxorem l. 3 f. 198
cambysis mors lib. 3. f. 214.
cambysis filius lib. 1 fol. 20.
cambysis satelles Darius lib. 3 fol. 247
cambysis in Aegyptũ expeditionis causa lib. 3 fol. 183
cambysis expeditiones li. 3 fol. 191
cambysis dona ad regẽ Aethiopum lib. 3 f. 198
cambysis ad Persas oratio lib. 3 fol. 213
cambysis crudelitas lib. 3 fol. 199
cambysis temeritas lib. 3 fol. 194

cambyſis ſomnium lib.3 fol.197
cameli forma lib.3 fol. 231.
campus Thriaſius li.9 fol.559
campus Criſæus lib.8 fol.549
candaules Sygi uxorem ſuam nudã oſtendit l.1 f.4
candaules in lecto occiditur lib.1 fol. 6
candaules Lydorum rex lib. 1 fol.4
candaulis mortem ulciſci conantur Lydi li.1 f. 6
candaule occiſo Gyges regno potitur lib.1 fol.6
caput Oueſili ſupra portas ſuſpenditur lib.5 fol. 384
caput tondent Argiui li.1 fol. 39
caput ſine ſutura. li. 9 fol.634
capita cur Perſis fragilia lib.3 fol.187
capita quercus lib.9 fol.614
capita cur dura Aegyptijs lib.3 fol.187
capitur Miltiades lib. 6 fol.400
capitur Smyrna lib.1 fol. 7
capitur Caryſtus lib. 6 fol.425
capitur ui Colophon lib.1 fol. 7
capitur Eretria lib. 6 fol. 426
captus Alexander lib.2 fol.198
captus Crœſus ad Cyrum ducitur lib. 1 fol. 40
capripedes lib.4 fol.266
carmen Orthium lib. 1 fol.10
carne humana ueſcuntur Indi lib.3 fol. 234
cares fugati lib. 5 fol. 385
caria capta lib. 6 fol. 396.
caria ueſtis lib. 5 fol. 370.
cares lib.1 f.12 & li.1 f. 80 & lib.6 fol.395
carnia feſta lib.7 fol. 514
crater in oſtio Ponti lib.4 fol. 237
craſtia Minerua lib.5 fol.55
carum cum Perſis prælium lib.5 fol. 185
caryſtos capta lib. 6 fol. 425
caſambus lib.6 fol. 415

caſtr

caſiæ collectio lib.3 fol. 253
caſpium mare lib.1 fol. 94
catalogus Ionicarum nauium lib. 6 fol. 390
caſtratio iuuenum lib. 6 fol. 399
cauſa expeditionis Cambyſis in ægyp. li. 3 fol. 183
cauſa caluicici lib.3 fol. 188
cauſa euerſionis Sami li.3 fol. 247
cauſæ diſſenſionum inter Græcos & Barbaros lib.1 fol. 1
celtæ lib.4 fol. 275
cæcitas Epizeli lib.6 fol. 433
cæcus ſanatus lotio fœminæ lib. 2 fol. 147
cædes Maſiſtij lib.9 fol. 605
cædes Perſarum in conuiuio lib.5 fol. 341
cædes magorum lib. 3 fol. 221
cædes Steſagoræ lib. 6 fol. 401
cædes Anacharſis lib.4 fol. 285
cædes Anchimolij lib.5 fol. 319
cædes Callimachi lib. 6 fol. 438
cædes Mardonii lib. 9 fol. 625
cædes Chiorum li.6 fol 393
cædes Artybii lib.5 fol. 385
cædes Minois lib.7 fol. 501
cædis Polycratis occaſio lib.3 fol. 238
cciorum cœnaculum lib.4 fol. 270
chemmis oppidum li.2 fol. 137
chemmitani ludis Græcanicis utuntur lib.2 fol. 137
cheops Ægypti rex lib.2 fol. 155
cheops filiam proſtituit lib.2 fol. 157
chephrenes Ægypti rex lib.2 fol. 157
cleander uates lib.6 fol. 419
cleobis genus lib.1 fol. 13
cleobis & Bitonem matrem in templũ uehunt l.1 f.14
cleobis cur beatus lib. 1 fol. 13
cleobis mors lib. 1 fol. 14
cleombrotus lib.5 fol. 350 & lib.8 fol. 561

cleombrotus lib.8 f.563
cleombrotus lib. 5 fol.550
clementia Perſarum erga deuictos lib.5 fol.490
cleomenes rex Spartæ li. 5 fol. 251
cleomenes arcem Athenic̃ ſem occupat li. 5 f.563
cleomenes natus lib. 5 fol.550
cleomenes ſeipſum laniat lib.6 fol. 416
cleomenes lucum Argiuũ incendit lib.6 fo.417
cleomenes rex lib.6 fol.405
cleomenis ad Ariſtagoram reſponſio lib.5 f. 354
cleomenis inſania lib. 6 fol.415
cleomenis regnum lib.5 fol. 352
cleomenis inſania unde lib.6 fol.419
ceremonię Aegyptiorum lib.2 fol.117
ceres Achea lib.5 fol. 358.
cereris Amphictionidis fanum lib.7 f. 522
cereris initiatio lib.2 fol. 177
cereris delubrum lib.4 fol.277
certamen non pecuniarũ, ſed uirtutis lib.8 f.547
certamina Tiſameni li. 9 fol.613
creatur Darius rex lib. 3 fol.225
creta lib.1 fol.81
cremnij lib.4 f. 265
cretenſium oraculum lib. 7 fol. 510
chilodi aqua Xerxianis copijs non ſuffecit lib. 7 fol.491
chilon Lacedæmonius li. 1 fol. 25
chilonis conſilium lib.1 fol. 25
chij lib. 1 fol.8
chiorum conſtantia lib. 6 fol. 393
chiorum cædes ibid.
cilices unde lib.7 f.479
cliſthenes Athenis electus lib.5 fol.563
cimmerius Boſphorus li. 4 fol. 262
cimmerij ex Aſia exiguntur lib.1 fol.7
cimmerij lib.4 f.261
cimmerij muri lib.4 folio 262
cimmeriorũ aduerſus Ioniam expeditio li.1 f.4
cimonis cædes lib 6 fol. 417

cinnamo-

cinnamomi collectio lib.3 fol.239.
cineas rex lib.5 fol.359
cinyps flumen li.4 fol.322
cinypis fœcunditas lib. 4 fol. 330
cnidij lib. 1 fol.82
cippi Darij in Bosphoro erecti lib.4 fol.289
cippi inscriptio li. 4 f.291
ciuitatum totius Græciæ Argos clarissima li.1 f.1
circulus rerum humanarũ lib.1 fol.96
crisæus campus lib. 8 fol. 549
crios lib. 6 f. 415
cyaneæ insulæ lib. 4 f. 289
cyaxares lib.1 lib.7. 33
cyaxares puerum pro ferina carne mandit li. 1 f. 34.
cyaxares Medorum rex li.1 fol.50
cyaxaris filius Astyages lib.1 fol. 20
Cymmerii in Asiam transeunt lib.1 fol.7
cynips lib.5 fo.350
cynocephali lib.4.fo.328
cyprij claues li.5 fo.382
cypri in seruitutem redigun tur lib.5 fol.384
cypriorum uarium genus lib. 7 fol.479
cypriorum oratio lib. 8 fol.382
cyrenaicæ regionis fœcunditas lib. 4 f. 331
cyrenæarũ fœminarum ob Isidem superstitio lib. 4 fol.326
cyrenensium distributio lib.4 fol. 317
cyrenæi lib.4 fol.314
cyrægyrus lib.6 fol. 418
cypselus unde appellatus lib.5 fol.374
cypselus tyrannide occupat Corinthum li. 5 fol. 374
cypseli filius Periander lib.1 fol. 9
cypselo succedit Periander filius lib. 5 fol. 374
cyranis insula li. 4 f. 329
cyrus Cambysis filius lib.1 fol. 20
cyrus bubulcis imperat lib.1 fol.55
cyrus Astyagen uictum capit lib. 1 fol.62
cyrus Massagetas bello petit lib.1 fol. 95
cyrus Cræsum cõsulit de puniendis Lydis lib. 1 f. 78
cyrus Persas ad defectionem pellicit lib. 1 fol. 61
cyrus ab Astyage agnoscitur lib.1.fol.56

cyrus Gyndē in multos riuulos diuidit li.1 f.33
cyrus in Labynitum ducit exercitum lib.1 fol.88
cyrus Babyloue potitur lib 1 fol.89
cyrus Crœsum soluit lib.1 fol. 92
cyrus astu Massagetas oppremis lib.1 fol.98
cyrus pater lib.3 fol.226
cyrus infans traditur Harpago enecandus lib.1 fo.52
cyri natiuitas lib. 1. fol.51
cyri cum Crœso prelium lib.1 fol.55.57
cyri responsum ad legatum Lacedæmoniorū l.1 f.72
cyri sententia lib.9 fol.671
cyri loco exponitur bubulci filius lib.1 fol.55
cyri somnium lib.1 fol.97
cyri mors lib.1 fol. 99
cyri mortui caput in uterē cranore plenū demittitur lib.1 fol.99
cyro succedit Cambyses lib. 2 fol.101
cyro mandatum mittit Tomyris lib.1 fol.96
cyrum Astyages Persidem mittit lib. 1 fol. 59
cythera insula lib.7 f.534
codrus Atheniensium rex lib.5 fol.365
coes lib.5 fo. 348 & 353 293
choaspe flumen li. 1 fo.89
chœnices lib. 6 fol.408
chorus iuuenum pestilētia absumptus lib.6 f.397
chori Aeginetarum mulierum lib. 5 fol. 308
coitus in propatulo lib.3 fol.5 210
colæus lib.4 fol.315
colchis regio lib.1 fol.2
colchorum rex petit de raptu pœnas lib.1 fol. 2
rex reposcit filiam suā Medeam lib.1 fol.2
colchorum origo lib.2 fol.143
colonia Lydorum l.1 f. 46
colonia Theræorum lib.4 fol. 314
collectio Cassiæ lib. 3 fo. 233
collectio Cinnamomi li.3 fol.214
collis Gratiarum li.4 f. 322
collis salis li. 4 fol.325
colophon ui capta lib.1 fol.7
colon lib. 6 fol.418
colus cū fuso fœminæ tradanda lib.4 fo.118
colloquium Xerxis & Artabani lib.7 fol.467
columnæ albæ li. 5 fol.384
colūnæ Herculeæ li. 4 f.313

cōmentum

cõmentum Amasis l.4 f.331
commentum Themistoclis lib.8 fol.444.464
Oebaris lib.3 fol.224
comœdia Phrynichi lib.6 fol.395
concupiscere multa, malũ est. lib.7 fol.456
conflictus anniuersarius uirginum li.4 f.324
coniurati ad magos occidẽdos irrumpunt l.3 f.220
coniugalis lex Babyloniorũ lib.1 fol.92
concaua regionis l.6 f.397
cœna Tyctia lib.9 f.646
cœnaculum Ceiorum l.4 fol.270
consilium dat Thales Ionibus lib.1 fol.90
consilium festiuum Scythę cuiusdam lib.4 f.278
consilium dat Bias Ionibus lib.1.fol.79
consilium septem Persarũ de occidendo mago lib.3 fol.217
consilium Gobryæ de reuertendo lib.4 fol.305
consilium Lamponis li.9 fol.631
consilium Achœmenis l.7 fol.537
consilium uxoris de occidẽdo marito lib.1 fol.6
consilium Gręcorum de cõspirando lib.7 fol.498
consilium Chilonis lib.1 fol.25
consilium Zopyri lib.3 fol.253
consilium Cręsi supermandato Tomyris lib.1 fol.90
consultatio Gręcorum de insequendo Persa lib.9 fol.578
consultationis usus lib.7 fol.451
constantia Chiorum li.6 fol.393
consuetudo baccahanandi lib.4 fol.296
constructio Ecbatanorum lib.1 fol.48
conuiuia Persarum lib.5 fol.340
contadesdus fluuius li.4 fol.291
copiarum Xerxianarũ summa. lib.7 fol.516
coriacea nauigia lib.1 fol.91
coria humana lib.4 fol. 280.
corinthia uestis li.5 f.369
corinthii nautę insidiantur Arioni lib.1 fo.26
corinthi tyrannus Periander lib.1 fol.10

corinthiæ mulieres denuda
tæ. lib.5 fol.375
corinthum pergit Arion
lib.1 fol. 10
corobius purpurarius li. 4
fol.313
cornua quibus in locis cur
maturius proueniant aut
serius lib. 4 f.268
corruptio Themistoclis li.8
fol. 539
corcyræorum ad Xerxẽ ora
tio lib.7 fol.510
corys fluuius lib. 5 fol 186
cotylæ lib. 6 fol.408
crocodilus lib. 2 fo.130.131
crocodilus sacer Aegyptiis.
lib.2 fol.131
crœsus à Cãbysis furore ser-
uatus lib.3 fol 200
crœsus captus ad Cyrum du
citur lib.1 f. 40
crœsus Spartã mittit nunci
os ad ineundam societa-
tem lib.1 f.51
crœsus scisciratũ mittit ora
cula ad Persas inuadẽdos
lib.1 f. 20
crœsus primus Græcorũ tri-
butum exigit lib. 1 fol.3
crœsus Ephesiis bellum in-
fert lib.1 f. 11
crœsus à Cyro soluitur li.
1 fol.42
crœsus strui impositus So-
lonem ter inclamat li.1
fol.41
crœsus luget filium lib. 1
fol.20
crœsus expugnat Sardis li.1
fol. 39
crœsus mittit exprobratum
Apollini fraudem oracu-
lorum lib.1 f. 48
crœsus quos subegerit lib.1
fol. 4
crœsus succedit Halyatti in
regnum lib.1 f. 11
crœsus in suam potestatem
quos redegerit lib. 1 f.12
crœsi genus lib. 1 f.4
crœsi de filio muto oraculũ
lib.1 fol.40
crœsi pecunix l.5.f. 348
crœsi cum Cyro prælium
lib.1 fol.35.37
crœsi falsum ad Cambysem
dictum lib.3 f. 199
crœsi exercitũ Thales Mile-
sius traiicit lib.1 f 35.
crœsi consilium Cyro datũ
lib.1 fol.42
crœsi somnium lib.1 fo.16
crœsi donaria li.1 fol. 21 22
crœsi gesta lib.1 fol.3
crœsi consilium super To-
myris mandato lib. 4
fol.96
crœsi sacrificium lib. 1
fol.21

crœsi filius à patre uenia pe
tit aprum aggrediendi
lib. 1 fol. 17
crœsi filii lib. 1 fol. 16
crœsi cum Solone congres-
sus lib. 1 fol. 12
crœsi libera admonitio li. 3
fol. 200
crœsi amici Lacedæmonii
lib. 1 fol. 4
crœso astyages quo modo
affinis lib. 1 fol. 35
crœso redditum oraculum
lib. 1 fol. 20. 21. 23
crœso obiectum portentum
lib. 1 fol. 36
crœsum qui seruant à Cam
byse trucidatur lib. 3 f. 201
crœsum consulit Cyrus de
puniendis Lydis li. 1 f. 73
cubitus quid li. 2 f. 168
culicibus quomodo impo-
natur li. 2 fol. 140
cruci suffixus Sataspes li. 4
fol. 272
cruci suffigitur Polycrates
lib. 3 fol. 240
crudelitas Pheretimæ in Bar
cæos lib. 4 fo. 331
crudelitas Amestris in Ma-
sistæ uxorem li. 9 fol. 647
crudele factum Darii li. 4
fol. 288
cuniculi deprehensio lib. 4
fol. 331

cursus Achilleus lib. 6
fol. 277

D

DAmarati genitura lib. 6
fol. 409
damiæ simulacrum li. 5
fol. 367
darius rex creatur l. 3. f. 229
darius Cambysis satelles
lib. 3 fol. 247
darius pedem luxat lib. 3
fol. 242
darius Democedē accersit.
lib. 3 fol. 242
darius Sudagathyrso lib. 4
fol. 304
darius Istrum innodat lib. 4
fol. 292
darius ad Syloſontem li. 5
fol. 348
darius in Scythia urbes con
didit lib. 4 fol. 308
darius Babylonem obsidet
lib. 3 fol. 272
darius institor lib. 3 f. 226
darius cippos in Bosphoro
erigit lib. 4 fol. 289
darius res omnes quæstui ha
bet lib. 3 fol. 226
darius Xerxis filius uxorem
ducit lib. 9 fol. 645
darius sagittam ad Iouem
excutit lib. 5 fol.
280.
darius Macedonios subigit.

lib.6 fol.403
darius regni res constituit lib.3 fol.226
darij legati in puteum conjecti. lib.7 fol.493
darij propositum lib.3 fo. 194.
darij celebre de Zopyro elogium lib.3 fol.256
darij in Scythas expeditio lib. 4 fol. 257
darij oratio pro monarchia lib.3 fol.223
darij simulacrum . lib. 3 fol.235
darij liberi de Imperio disceptantes lib. 7 fo.444
darij crudele factum lib.4 fol.288
darij moneta lib.4 fo. 320.
darij obitus lib. 7 fol. 945.
dario respõdet Indagathyrsos lib. 4 fol.304
dario tributa qui pendant lib.3 fol.226.227
Datis lib. 6 fol. 424
datis ad Delios oratio li.6 fol. 425
dardanus urbs capta lib. 3 fol.284
dedirio Ephesiorum lib.1 fol.11
defectio Medorum ab Assyrijs lib.1. fol.42
defectio Aegyptiorum à Persis. li. 7 fol. 444
deficit à Cyro Pactyas lib.1 fol.73
deflagrat Minervæ templũ lib. 1 fol.8
deioces Medus tyrannidem ui affectat lib.1 fo. 47
deioces iudex incorruptus lib.1 fol.49
deioces in regem eligitur lib.1 fol.48
deiocis Persarum regis instituta lib. 1 fol.49
deiphonus vates li. 9 f.639
delphicum oraculũ li. 1 fol.6.20.21.22
delphos mittit Gyges donaria lib.1 fol.7
delphis posita sella Midæ lib. 1 fol.7
delta locus lib. 2 fol. 106. 107
delos tremuit lib.6 f.425
delphica miracula li. 8. f.551
delphino uehitur Arion l.1 fol. 10
delphorum indigenæ heroes. lib. 8 fol.551
deliæ puellæ sacræ l.4 f.269
deliberant Ioues de ponte Darij deferendo lib. 4 fol.302
delubrum Laij lib.4 f.308

delubrum Oedipodę li.4 fol.512
demaratus lib.6 f.407
demaratus quid significet lib.6 fol. 411
demaratus rex Spartiatarũ lib.5 fol. 364
demaratus regno deponitur lib.6 fol.412
demarati elogium lib. 6 fol.414
demarati pugillares l.7 f.536
democedes captiuus lib.3 fol.242
democedes à Dario accersitur lib. 3 fol. 242
democedes in Græciam cũ exploratoribus ablegatur lib. 3 fol.245
democedes Atossam sanat. lib.3 fol.244
democedes splendidis muneribus donatus l.3 f.243
democedis in medicina perfectus lib.3 fol.243
deorum acres uindictæ l. 4 fol.333
deorum natura lib.2 fol. 125.126.127.128
deorum ætates lib. 2 f. 165
deorum origo lib.2 fol.125 126.127.128
deorum uindicta lib. 8 fol.577
depastio mutua militum lib.3 fol. 195
descriptio Babylonis lib.1 fo. 816
deucalion rex lib. 1 fol. 24
dianæ ara lib.4 fol.290
dianæ regiæ sacra l.4 f. 269
dienecis præstantia lib.7 fol.511
dignitas formæ in Xerxe lib.7 fol.518
dij Aegypti lib.2 f. 118. 119
dionysij Bacchanalis sacra lib.4 fol.286
dionisij Phocensis oratio li.6 fol.491
diuersitatis in sententijs dicendis utilitas li. 7 f.450
diuinandi modus l 4 f. 280
disputatio de Nili natura lib.2 fol.109.110.111
dissensionum causę inter Græcos & Barbaros li.1 fol. 1
dictum mirum puellæ lib.5 fol.355
drymon urbs incenditur lib.8 fol.549
dobetæ lib.5 fol. 339.
doloncorum oraculum lib.6 fol.499
dolus Orœtis lib. 3 fol.239
domus ex sale lib. 4 fol.326

donarium Arionis in Tena ro. lib.1.fol.11
donaria Amasis lib. 2. fol. 181. 182
donaria Crœsi lib. 1 fo. 21.22 & 44
donaria mittit Gyges Delphos lib.1 fol.7
dona Cambysis ad regẽ Aethiopum lib. 3 fol.192
dorieus lib.5 fol.350
dores lib. 1 fol. 12. 24
dores à Crœso subacti li.1 fol. 4
doris Anaxandrides lib.7 fol.505
dorienses lib. 1 fol.69
doriei mors lib.5 f.358
doricum uestimẽtũ l.5 f.369
doridis podion lib.8 f.549
dorienſium principum origo lib. 6 fol. 407
dorus Hellenis filius lib. 1 fol. 24

E

ECbatanorum cõstructio lib. 1 fol.48
elbo insula lib.2 fol.161
eclipsis solis lib.7 fol. 417
electio regis lib.3 fo. 214.
eleusina lib. 1 fol. 15
elogium Megabyzi lib.3 fol.310
eloras fluuius lib.7 f. 509
epigramma Megistię lib. 7 fol.532
epizeli prodigiosa cæcitas lib. 6 fol. 435
ephesinum templum lib.2. fol.167
ephesii sese dedunt lib.1 fol.11
ephesiis infert bellum Crœsus lib.1 fol.11
ephori lib. 5 f.349
equus Artybii lib.5 fol. 385
equus fluuialis li.2 fol. 132
equa leporem enixa lib. 7 fol.471
equæ Thessaliæ li.7 fol.521
equi syluestres candidi lib. 4 fol.276
equestrium Persarum copiarum numerus li. 7 f.478
erasinus fluuius lib. 6 fol. 416
eretria lib. 1 fol. 27
eretria capta lib.6 fol. 426
eridanus lib.3 fol. 235
erythræi li. 1 fol. 8
etearchus lib.4 fol.214
euphorbus proditor lib.6 fol. 126
euridane lib. 6 fol. 414.

euripus

euripus lib. 5 fol.365
euristhenes li.6 f.406
euristhæi genus lib. 5 f.349
europa lib.4 fol.271.273
europa unde appellata li.4 fol.273
europa regis Tyri filia rapitur lib. 1 fol.2
europæ extrema li.3 fo.235
europæ elogium li.7 f.446
euryanactes lib.9 fo.600
euenius excęcatur l.9 f.638
euenius uates lib.9 fol.639
euhesperides lib.4 fol.321
euhesperitę lib.4 fol.330
euelthon lib.4 fol.318
euerricolatio lib.6 f.398
eunuchi in precio habiti lib.8 fol.576
euphrates flumen lib.1 fol.84
euphrates flumen lib. 5 fol.355
exampęus locus lib.4 f.287
exampæi ahenum li.4 f.287
exemplum ultionis li.3.f. 289.& lib.4 fol.442
exemplum temeritatis li.3 fol.194
uindictæ iudicis corrupti lib.5 fol.243
exemplum iustitiæ lib. 7 fol.508
exercitus ordo lib. 7 fol.464
exercitus Græcorum ordo lib. 9 fol.609
exercitu donari apud Persas eximium lib. 9 f.646
exercitia Phœnicum lib.1 fol.1
eximiæ magnitudinis aper lib.1 fol.16
expeditio Cimmeriorum aduersus Ioniam l.1 f.4
expeditio Psyllorum aduersus austrum lib. 4 fol.322
expeditio Spartanorum in Samum lib.3 fol. 205
expeditiones Cambysis li.3 fol.191
expiandi modus apud Lydos lib.1 fol.16
euxinum mare lib.1 fol. 3

F

FAbula Abaris lib.4 fol.270
facinus Intaphernis lib.3 fol.236
facinora Lemnia lib.6 fol.442
facultates Pythij lib. 7 fol.460
falsus Smerdes lib.3 fol. 211
falx Vulcani lib.8 fol. 573
flamma è Iononis simulacro lib. 6 fol.419

fames mira Xerxianos cruciat lib.8 fol.582
fames mira lib.9 fol.649
famuli regum Scytharũ l.4 fol.282
fanum Androcratis lib.9 fol. 606
fanum Veneris depeculati sunt Scythæ li.1 fol. 51
fanum Aeaci li.5 fol.370
fr. er marito præfertur l.5 fol.317
fatum fugere etiam Deo impossibile l.1 f.43
factio Gygiana lib.1 fol. 6
felis lib.2 fol.130
fœcunditas Cyrenaicę regionis lib.4 fol. 331
Cinypis lib. 4 fol. 330
leporis lib. 1 fol. 233
fœdus fraudulentum li.4 fol.332
fœdus Barcæorum lib.4 fol.332
fœderis ineundi modus apud Scythas li. 4 fol.281
fœlicitas humana lib.1 fol.3
fœmina seminipera lib.4 fol.290
fœminæ lotio cæcus sanatus lib. 2 fol.147
festum Bacchi l. 2 f. 123
festa Carnia li. 7 fol. 529
fidem Arabes quo pacto dẽt lib.3 fol.186
fiducia Xerxis li.7 f.499
figura Apis lib.2 fol.197
filius Cypseli Periander l.1 fol.9
Gygis Ardys lib.1 f.7
Aristolaidi Lycurgus li. 1 fol. 15
Alcmæonis Megacles lib.1 fo.25
Psammenici obtruncatur li.3 f.189
Pythij dissecarur lib.7 fol.464
Hellenis Dorus li. 1 f.14
Herculis filius lib.2 fol.4
Cyaxaris Astyages lib.1 fol.20
Priami rapit Helenam lib.1 fol.2
Cambysis Cyrus lib.3 fol.20
Cræsi petit à patre veniã aprum aggrediendi lib.1 fol.17
Gordij Adrastus lib.1 fol.16
filij Cræsi lib.1 fol.16
Cræsi mors lib. 1 f.19
Herculis li.4 f.260
Darij de imperio disceptãt lib.7 fol.444
filiũ luget Cræsus l. 1 f.20
filia Zopyri lib.4 fol.272

filia Cheopis prostituta lib. 2 fol. 157
filia Aprijs Nitetis lib. 3 fol. 183
Rampsiniti prostituta lib. 2 fol. 154
filiæ Asopi lib. 5 fol. 366
Micerini sepultura li. 2 fol. 158
Calliæ lib. 6 fol. 434
Lydorum meretricantur lib. 1 fol. 45
Polycratis somnium l. 3 fol. 230
fimbriæ mulierũ Gindanarum li. 4 fol. 322
frigoris mira uis lib. 4 fol. 267
fons Apollinis li. 4 f. 316
fons Gargaphius l. 9. f. 619
fons Thestis lib. 4 fol. 317
fontis mirum lib. 3 fol. 193
fontes Nili li. 4 fol. 277
fontes Teari li. 4 fol. 290
fontes Nili lib. 2 fol. 112. 114
formæ in Xerxe dignitas lib. 7 fol. 518
formicæ Indicæ li. 3 fo. 230
fortitudo Sophanis l. 9 f. 630
fortuna Polycratis l. 3 f. 202
fortunatus quis li. 1 f. 15
fuga Pactyę li. 1 f. 74
fuga Ionum lib. 5 fol. 379
fuga Artabazi lib. 9 f. 636
fugere fatum deo etiam impossibile lib. 4 fol. 48
funera Aegyptiorum lib. 2 fol. 115. 136
funera regum Lacedæmoniorum lib. 6 fol. 409
fluuius Corijs lib. 3 fol. 186
fluuius Tyres lib. 4 f. 288
fluuius Hermus li. 1 f. 37
fluuius Phasis li. 1 f. 8
fluuius Halys lib. 1 f. 31
fluuius Euphrates lib. 1 fol. 84
fluuius Erasinus lib. 6 fol. 416
flumen Gyndes li. 1. f. 88
flumen Tearus li. 4 f. 290
flumen Ister lib. 2 fol. 115
flumen Elorus lib. 7 f. 504
flumen Cinyps li. 4 fo. 322
flumen Euphrates lib. 5 fol. 358
flumen Araxes lib. 1 fol. 94
flumen Strymon li. 5 f. 338
fluuialis equus li. 2 f. 132.
flumina Scythiæ li. 4 f. 274
frugalitas Lacedæmoniorũ. lib. 9 fol. 633

G

GAramãtes l. 4 f. 332. & 325
gargaphius fons l. 9 f. 619
gratiarum collis li. 4 f. 322
granida Io abducta lib. 1 fol. 5

græca

græca medicamenta lib. 3 fol.242
græca gens dexterior Barbara lib.1 fol.26
græca oracula lib. 1 f.20
græcanicis ludis utuntur Chemmitani li. 2 f. 13.
græciæ restituitur Ionia lib.9 fol.643
græciæ liberatores Atheniẽses lib.7 fol.496
græciæ laudes lib.7 f.482
græci & Barbari cur dissideant lib.1.fol.1
græci Medeam rapiũt li.1 fol.2
græci in Asiam proficiscuntur lib.1 fo.3
græci Xerxem uincunt li.7 fol. 508
græci priores in Asiam, quã Barbari in Europam copias duxere lib.1.fol.2
græci repetunt Helenam lib.1 fol.2
græci in Asia tributum reddunt lib.1.fol.11
græci uniuersi liberi ante Crœsi imperium fuere li.1 fol.4
græci secundæ iniuriæ autores lib.1 fol.2
græci imperium cuertunt lib.1 fol.5
gela oppidum lib. 7 fo.505
gelonus lib. 4 fol.261
gelonis responsio l.7 f.505
gelonis magna imperandi libido lib. 7 fol. 506
gelonorum mores l.4 f.297
gemma ad Polycratem refertur in pisce li.3 f. 203
gemmam abiicit in mare Polycrates lib.3 fol. 203
genealogia Leonidis l.7f. 523
Leutychidis lib. 8 f.588
genera septem Aegyptiorũ lib.2 fol.175
genitura Indorum atra li.3 fol.250
gentes quæ circuncidantur lib.2 fol. 144
gentes quot in Media li. 1 fol.49
genus Crœsi lib.1 f.5 & fol. 4
Eurysthæi lib.5 fo.549
Bitonis lib.1 f. 13
Cleobis lib.1 fo.15
Euristhgi lib.5 fo.549
geometriæ origo li.2 f. 146
gephyræi li.5 fol.257
geryonis uaccæ lib. 4 f. 259
gerris Persica lib. 9 f. 614
græcorum studiosus Amasis lib.2 fol.180
græcorum solertia lib. 8 fol. 542
græcorum præda è Persarũ clade lib.9 fol.632

græcorum

græcorum exercitus ordo lib.9 fol.609
græcorum cum Persis naualis pugna li.8 fol.542
græcorum victoria ibid.
græcorum virtus lib.7 fol.531
græcorum ad Platæas exercitus summa lib.9 f.610
græcorum consultatio de insequẽdo Persa l.8 f.578
græcorum Persam opperiẽtium enumeratio l.7 f.522
græcorum de cõspirando cõsilium lib.7 fol.498
græcorum mores lib.7 f.535
græcorum classis summa lib.6 fol.567
græcorum legati ad Gelonẽ lib 7 fol.505
græcorum sepulchra lib.9 fol.631
græcorum classis aduersus Xerxem lib.8 fo. 538
gesta Crœsi lib.1 fol.3
gesta Phraortis lib.1 fo.50
gesta Ardyis li.1 fol.7
gete lib.4 fol.291.& lib. 5 fol.300
gigamę lib.4 fol.321
giodanes lib.4 fol.322
gindanorũ mulierum fimbriæ lib.4 fol.328
gnuus Therę rex lib.4 f.312
gygea lib.5 fol.344
gygiana factio lib.1 fol.6
gygæus lacus lib.1 fol.45
gygis filius Ardys lib.1 fo.7
gyges donaria mittit Delphos lib.1 fol.7
gyges Candaulẽ obtruncat quiescentẽ lib.1. fol.6
gyges occiso Candaule regno potitur lib.1 fol.6
gyges Candaulis satelles lib.1 fol.4
Candauli acceptus lib.1 fol.4
gyges Dascyli filius lib.1 fol.4
gygi ostendit uxorem nudam Candaules rex l.1 f.4
gyndes flumen lib.1 fo.88
gyndem in multos riuulos diuidit Cyrus l.1 f.88
gobryę consiliũ de reuertendo lib.4 fol.307
gordij filius Adrastus lib.1 fol.16

H

HAlicarnassus à sacris remouetur lib.1 fol.69
hamasis lib.1 fol.12
hamasis Aegyptiorum rex lib.1 fol.56
harpagus Phocęam obsidet lib.1 lib.77
sufficitur Mazari mortuo lib.1 fol.76
Medus lib.1 fol.59

harpagus Cyrum accipit ex necandum lib.1 fo.52
incluſas lepori literas mittit ad Cyrum lib.1 f.60
in Aſtyagem uindictam molitur lib.1 fol.60
harpago ipſius filij carnẽ apponit Aſtyages li.1 fo.58
halys flumen lib.1 fol.3 & lib.7 fol.459
haliattes lib.1 fol.7
halyattes ægrotat li.1 fol.8
haliattes Lydiæ rex li.1 f.3
ſciſcitatur oraculũ lib.1 fol.8
ex morbo conualet li.1 fol.9
mittit Miletum caduceatorem lib.1 fol.9
moritur lib.1 fol.11
halyattis geſta lib.1 fol.8
halyattis induſtria li.1 f.8
halyattis ſepulchrũ lib.1 fol.45
halyatti ſuccedit in regnũ Cræſus lib.1 fol.11
hebrus flumen li.4 f.291
hecatæus lib.5 fol.348
hecataei ſermones lib.6 fol.441
hegeſiſtratus lib.9 fol.616
hegeſiſtrati interitus lib.9 fol.614
hegeſipyla lib.6 fol.402
helena rapta lib.1 fol.2 & lib.2 fol.147
helena reperitur lib.1 fol.3
helenæ templũ in Aegypto lib.2 fol.147
helenæ templum li.6 f.410
heliopolitani Aegyptiorum ſolertiſſimi lib.2 fo.116
helus lib.5 fol.351
helles ſepulchrum lib.7 fol.471
hellenis filius Dorus li.1 fol.23
helleſpontus lib.1 fol.24
helleſponto compedes Xerxes iniecit li.7 fol.468
helleſpontij uiri dictum lib.7 fol.470
helleſpontias uentus lib.7 fol.518
heraclides Ariſtodicus li.1 fol.75
heraclidæ lib.1 fol.4
heneti lib.5 f.336
heri Scytharum li.4 f.304
heraclides lib.5 fo.385
hermus amnis lib.1 f.37
herodotus hiſtoriam hanc cur ſcripſerit lib.1 f.1
herodoti hiſtoriæ ratio l.1 fol.13
heroicum conditorium l.6 fo.413
herculeæ columnæ li.4 f.313
hercules lib.2 fol.120.121
hercules ab Iaſone relictus. lib.4

· lib. 7 fol. 520
herculis filius Alceus li.1 fol.4
herculis filij lib.9 fol. 260
herculis arcus lib.4 f.260
herculis vestigium l.4 f.288
hermippus lib.6.f.388
hermus lib. 5 fol.379
hipparchus lib.5 f.356
hipparchi insomniũ lib.5 fol.356
hippias à Lacedæmonijs accersitur lib. 5 f.371
hippiæ responsum l.5 f.375
somnium lib.6 fo.428
hippiæ reditus ibid.
hippocrates l.5 f.360
Gelæ tyrannus lib.6 fol.396
hippocratis filius Pisistratus lib.1 fol.25
hirus mons lib.1 fol.37
histiæus lib.5 f.342
histiæus ablegatus l.5 f.381
captus lib.6 f.398
Darij hostis lib. 6 fol.388
ad Scythas lib.4 fol.308
in vincula coniectus li.6 fol.388
histiæi callidæ oratio lib.5 fol.381
literæ prodantur lib.6 fol.388
histiæi sententia de ponte Darij non dissolvendo lib.4 fol.308
histiæotis ora lib.7 fol.515
histiæa urbs capitur lib.8 fol.546
hybla urbs lib.7 fol.504
hydarni regem adorare nolunt lib.7 fol. 494
hymenæi obitus lib.5 fol.386
hyperborei lib.4 f.268
hyperborcorum sacra li.4 fol.268
hysiæ occupant Oenoen Bœotij lib.5 fol.364
homo calamitosus lib.1 fol.14
hoples lib.5 fol.360
humana felicitas lib.8 fol.3
humana coria lib.4 fol. 280.
humanarum rerum circulus lib.1 f.36

I

IAson lib. 4 fol.318
Iatragoræ libro 5 folio 348.
ibis lib.2 fol.118
incendium Athenarum lib.9 fol.601
incenditur

incenditur Minerue templum lib. 1 fol. 8
ichthyophagi lib. 3 f. 191
indagathyrſus Dario lib. 4 fol. 304
indagathyrſus lib. 4 fo. 301
indi à Dario ſubacti lib. 4 fol. 273
indi humana carne veſcuntur lib. 3 fol. 230
indorum mores li. 3 fo. 229
indię ficus lib. 3 fol. 229
induſtria Halyattis li. 1 f. 8
induſtria Bagęi lib. 3 f. 241
ignauior muliere lib. 9 fol. 644
ignis deus lib. 3 fol. 190
ignis belua lib. 1 fol. 190
ilium lib. 2 fo. 150. 151
ilienſis ager lib. 5 fol. 372
immolatio ſuis lib. 2 f. 122
imperium recuperant Medi lib. 1 fol. 51
imperium Priami Gręci euertunt lib. 1 fol. 3
imperium amittit Piſiſtratus lib. 1 fol. 26
imperio Athenienſium potitur Piſiſtratus li. 1 f. 25
iphigenia apud Tauros colitur lib. 4 fol. 295
iones à Scythis homines ignauiſſimi iudicantur lib. 4 fol. 309
ionum legati à Spartanis petunt auxilia lib. 5 fol. 72
inachi filia, Io lib. 1 fol. 1
incommoda tyrannidis lib. 5 fol. 372
inimicitię Aeginetarum in Athenienſes li. 5 fol. 367
initiatio Cereris lib. 2 fol. 177
inſula locus lib. 9 fol. 516
is urbs lib. 1 fol. 84
iſſedonum mores lib. 4 fol. 266
iſmenius Apollo lib. 5 fol. 357
iſter ſemper par lib. 4 fol. 275
iſter fluuius lib. 2 fol. 115
iſthmus lib. 6 fol. 400
inſidię nautarum aduerſus Arionem lib. 1 fol. 10
inſomnium Hipparchi l. 5 fol 356
inſomniorum ludibria li. 7 fol. 455
inſtitutum Amaſis lib. 2 fol. 178
inſtituta Deiocis Perſarum lib. 1 fol. 49
inſula Aphrodiſias lib. 4 fol. 321
inſula Cyrnia lib. 4 fol. 319
inſula Ocoroe lib. 9 fol. 620

insula Elbo lib. 2 fol.163
insula Naxus l.5 f.345
insula Phaia lib.4 f.325
insula Leros li.5 fol.356
insulæ Cyaneæ lib.4 fol.289
insulæ Oenusæ lib.1 fo.77
Itanus oppidum lib.4 fol.313
intraphernis uxor lib.3 fol.237
intraphernis factiosus lib. 3 fol. 236
intemperantia Scytharum lib.6 fol.419
intemperantia meri lib.6 fol. 419
intercalationis ratio apud græcos Aegyptios93 lib.2 fol.103
inter Græcos & Barbaros dissensionum causæ quæ lib.1 fol.1
interitus Hegesistrati lib.9 fol.614
inuẽtores uariarum rerum Aegyptij lib.2.fol.103
inycum oppidum li.6 f.396
io qua ratione abducta iuxta sententiam Phœnicũ lib.1 fol.3
io grauidam se cõperit lib.1 fol. 3
io uoluntaria cum Phœnicibus nauigat lib.1 f.3
io parentes uereretur lib.1 fol.3
io rapitur lib.1.fol.2
io cum nauclero rem habuit lib.1 fol.3
io uehitur in Aegyptum lib.2 fo.2
io filia Inachi lib.1 fol.2
ionia regio lib. 1 fol.4
ionia rursus Græciæ restituta. lib.9 fol.643
ioniæ rebellionis occasio lib.5 fol.344
ioniæ translatio li.9 f.649
ioniæ situs lib.1 fo.68
iones lib.1.fo.18
iones à Cræso subacti li.1 fol. 4
iones ad Cyrũ legatos mittunt de deditione lib.1 fol.67
iones laborum insueti l.6 fol.392
iones tertiò in seruitutẽ redacti lib.6 fol. 399
ionum appellatio lib.7 fol.480
ionum præstantia li. 8 f. 570
ionum deliberatio de ponte Darij deserendo lib.4 fol.308
ionum fuga lib.5 fol.379
ionicarum nauium numerus lib.6 fol.290

ionibus consulit Thales lib.1 fol.80
ionibus ab Arsaphaxe uectigal impositum l.6 f.403
ionibus consulit Bias li.1 fol.79
ionis Ammonij simulacrũ lib.4 fol.124
iouis forensis ara li.5 f.332
iouis Ammonii templũ incensum. l.3 f.194
iouis Beli puluinar lib.5 fol.355
iouis Beli templum lib.1 fol.84
iudex incorruptus Deioces lib.1 f.49
iudicis corrupti uindicta ex emplum lib.5 fo.243
iunonis templum li.6 f.420
iuuenca uela li.2 fo.140
iupiter Thebanus li.1 f.85
iupiter cur dictus Ammonius. lib.2 fol.120
ius successionis l.7 f.445
iusiurandum Scytharum lib.4 fol.251
iusiurandum per aquã Scythis. lib.6 fol.405
iustitia Cadmi l.7 fol.508
iuuenes castrati l.6 f.399

L

Labda lib.5 f.372
labdę filius primum enixus ridet lib.5 fol.373
lada lib.6 fol.398
Labynitus rex Babyloniæ lib.1 fol.88
labynetus Babyloniorũ tyrannus lib.1 fol.56
labyrinthus l.2 f.167
lacedęmonius Chilõ l.1 f.25
lacedæmonij lib.1 fo.28
lacedęmonij in Argiuos prædentes impetum faciunt. lib.6 fol.417
lacedæmonii amici Crœsi lib.1 fol.4
lacedæmonii multo auro a Crœso donati lib.1 f.32
lacedęmonii in Tegeatas cõsulunt oracula l.1 f.50
lacedæmonii accersunt Hippiam lib.5 f.371
lacedæmonii Samum obsident lib.3 fol.209
lacedæmoniorum post bellum auxilium li.6 f.434
uirtus lib.7 f.482
lacedæmoniorũ lex l.6 f.428
regum funera lib.6 fol.409
lacedæmoniorum frugalitas. lib.9 fol.615
lacedæmoniorum mos in sumendis noctu supplicijs. lib.4 f.311
lactis emulgendi modus apud Scythas lib.4 fol.258

lacus

lacus Stymphalius lib. 6 fol. 416
lacus Cygæus lib. 1 fol. 45
lati delubrum lib. 9 fol. 512
lampito l. 6 fol. 414
lamponis consiliũ li. 9 f. 651
lana arborea li. 3 fo. 232
laureatum coronæ lib. 7 fol. 405
languentium cura apud Babylonios li. 1. f. 98
laos lib. 6 fol. 397
lapidum aceruus à Dario cõgestus lib. 4 fo. 291
latonæ oraculũ in Aegypto lib. 2. fol. 171
latragoras lib. 5 fol. 358
laxii lib. 4 f. 265
legatio Atheniensiũ ad Lacedæmonios li. 9 fol. 598
legari non violandi lib. 7 fo. 494
legati Ionum & Acolum à Spartanis auxilia petunt. lib. 1 fol. 72
legati Darij in puteum coniecti lib. 7 fol. 493
legislator Atheniensiũ Solõ lib. 1 fol. 12
legislator Lycurgus lib. 1 fol. 28
legum vis lib. 3 fol. 201
legum contemptor Cambyses. lib. 3 fo. 201
leo lapideus lib. 7 f. 511
leonum natura li. 7 f. 490
leonidis genealogia lib. 7 fol. 523
leonidis mors lib. 7 fol. 531
leonides truncatus in crucẽ tollitur lib. 7 fo. 536
leonides Spartiatarum rex lib. 7 fol. 525
leonides lib. 5 fo. 350
leonidæ cædis vindicta l. 8 fol 581
lemnia facinora li. 6 f. 442
lemnos capta li. 6 f. 445
leporis fœcunditas lib. 3 fol. 235
leros insula lib. 5 fo. 386
leucon lib. 4 fol. 317
leutychides Demarato in regno succedit li. 6 f. 418.
leutychidis inimicitiæ cum Demarato quare l. 6 f. 416
leutychidis oratio de depositi reddendo li. 6 f. 420
leutychidis mors li. 6 f. 415
leutychidis genealogia li. 8 fol. 588
leutychidis stratagema li. 9 fol 650
lex Argiuorum de cõcalendacoma lib. 1 f. 39
lex Persarum li. 7 f. 444
lex Aegyptiorum de feris lib. 2 f. 129.
lex Lacedæmoniorum lib. 6 fol. 418

lex Babyloniorum de scor-
ratione . lib.1 f.93
lex Babyloniorum de ægro-
tis. lib.1 fol.92
lex coniugalis Babyloniorũ
lib.1 fo.92
lex domina lib.7 fol.484
lex à mulieribus Caricis lata
lib.1 fol.70
lex Asychis de mutuo acci-
piendo li.2 f.161
libatio Xerxis lib.7 fol.470
libertas omnium maximè
tuenda li.7 fol.494
liberator Neptunus l.7.f.519
liberi Darij de Imperio dis-
ceptant lib.7 f.444
liberi Oebazi lib.4 fol.288
libya unde dicta li.4 f.273
ligneus murus li.9 f.626
ligneæ mœnia lib.4 fol.302
lingua barbara usi Pelasgi
lib.1 fol.24
linus lib.2 fol.134
literæ Themistoclis ad Io-
nes lapidib.incisę l.8 f.345
literæ impressæ capiti lib.5
fol.347
literæ capiti impressę lib.6
fol.347
literæ Cadmeæ lib.5 fol.357
literæ Amasis ad Polycratẽ.
lib.3 fol.202
literæ apud Græcos ex Phe-
nicibus lib.5 fol.357
literarum mira occultatio
li.7 fol.537
literarum per sagittam tran
smissio lib.8 fol.586
literas lepori inclusas mit-
tit Harpagus ad Cyrum
lib.1 fol.60
lycidas lapidatus l.9 f.597
lycurgus Aristolaidi filius
lib.1 fol.25
lycurgus legislator lib.1
fol.28
lydi ulcisci conantur Can-
daulis mortem li.1 f.6
lydi lib.1 fol.12
lydorum rex Candaules
lib.1 fol.4
lydorum filiæ omnes me-
retricantur lib.1 fol.45
lydorum mores & colonia
lib.1 f.46
lydos inter Medosq; bellum
quinquennale lib.1
fol.34
lydiæ populus ante Mæon
uocatus lib.1 fol.4
lydiæ rex Haliattes li.1 fo.3
lygdamus lib.1 fo.27
locus Delta li.2 fo.106.107
locus Aziristus li.4 f.315
locus Iraſa lib.4 fol.316
longæui Aethiopes li.3 f.191
lotio fœminæ sanatus cæ-
cus. lib.2 fol.177
lucinæ tributum li.4 f.269

lucus platanorum Iouis militaris templum li. 5 f. 385
lucus Argi lib. 6 fol. 418
ludibria insomniorum li. 7 fol. 455
ludis Græcanicis utuntur Chemmitani li. 2 f. 137
luget Crœsus filium lib. 1 fol. 20
lupi ex hominibus lib. 4 fol. 296
luna Persarum præses li. 7 fol. 463
lustratio regij cadaueris l. 4 fol. 282
luxus Persarum lib. 9 fol. 633

M

MAcæ lib. 4. fo. 322
macedonij à Dario sub acti lib. 6 fo. 403
magi lib. 1 fol. 49
magorum cædes lib. 3 fol. 221
magos consulit Astyages de Cyro lib. 1 f. 78
magna cum periculis suscipiuntur lib. 7 fol. 408
magistratus Atheniensis lib. 6. fol. 430
mandrocles lib. 4 fo. 289
mandroclis monumẽtum. lib. 4 fol. 290
mantilia Scytharum li. 4 fol. 280
manus regum longæ li. 8 fol. 592
mardonius lib. 6 fo. 403
mardonius Athenas profiscitur lib. 9 fol. 596
mardonius à præfectura semotus lib. 6 fol. 429
mardonius vulneratus lib. 6 fol. 403
mardonij postulata lib. 8 fol. 592
mardonij in Lacedæmonios obiurgatio li. 9 fol. 618
mardonii de ineundo prælio sententia lib. 9 fol. 615
mardonii sententia lib. 7 fol. 448
mardonii cædes lib. 9 fol. 625
mardonii sepultura lib. 9 fol. 634
mardus lib. 1 fol. 39
marathon lib. 1 fol. 27
maratonis clades lib. 6 fol. 432
mariandini lib. 1 fol. 12
mare Euxinum lib. 1 fol. 3
mare rubrum lib. 1 fol. 1
mare Sardonium lib. 8 fol. 78
mare Caspium lib. 1 fol. 94
marito præfertur frater li. 5 fol. 237

Martis simulacrũ Acinacis lib. 4 fol. 279
mascamis elogium lib. 5 fol. 483
massagetæ lib. 1 fol. 94
massagetæ senes immolant lib. 1 fol. 100
massagetarum mores li. 1 fol. 99. 100
massagetarum mos sacrificandi. lib. 1 fo. 100
massagetes Cyrus æstu opprimit li. 1 fol. 98
massagetes bello petit Cyrus. lib. 1 fol. 95
masistius lib. 9 f. 604
masistij cædes li. 9 fol. 605
masistiũ iubet Xerxes uxorem repudiet li. 9 fol. 646
massyes lib. 5 fol. 337
maxyes lib. 4 fol. 328
mazares lib. 1 fol. 74
mazares moritur li. 1 fol. 76
mazari mortuo sufficitur Harpagus lib. 1 fol. 76
mecestes lib. 5 f. 401
medi regibus sese subijciũt lib. 1 f. 48
medi imperium recuperãt. li. 1 fol. 51
medorum ornatus li. 7 fol. 475
medorum rex Cyaxares lib. 1 fo. 50
medoriũ ab Assyrijs defectio. lib. 1 fol. 47
medos inter Lydosq; bellũ quinquennale lib. 1 fol. 54
medea rapitur li. 1 f. 4
medea à patre reposcitur lib. 1 fol. 2
medeæ raptus li. 1 f. 2
medicamenta Græca li. 8 fol. 292
medici Aegyptiorũ l. 2 f. 135
medici clari li. 3 f. 241
medimnus lib. 6 fol. 408
mœandrius Samii procurator. li. 3 fol. 298
megabyzus lib. 5 fol. 342
megabyzus in Paeones exercitum ducit lib. 5 fol. 338
megabyzus Periuchios superat lib. 5 fol. 335
megabyzi oratio pro oligarchia lib. 3 fo. 229
megabyzi elogiũ l. 4 f. 310
megacles lib. 1 fo. 16
megacles Alcmæonis filius lib. 1 fol. 21
megacles Alcmæonis filius, gener Clisthenis factus lib. 6 f. 438
megacreontis elegans dictũ lib. 7 f. 488
megistiæ epigramma lib. 7 fol. 532
megistiæ extispicia l. 7 f. 528
melampus lib. 9 f. 612

melanchæui lib.4 fo.265
melanchænorum mores lib.4 fol.296
melanthius lib.5 fo.377
melissa Periandri uxor l.5 fo.375
menalippus Astaci filius lib.5 fol.361
menes Aegypti rex. lib.2 fol.141
mensa Solis lib. 3 fol. 191
mermnadæ lib.1 fol.4
mermnadæ obtinent tyrannidem lib.1 fol.7
meretrix Rhodopis l.2 f.160
meretrix Archidice l.2 f.161
meri intemperantia lib.6 fol.419
metallum falis l.4 f.326
metiochus lib.6 f.402
midæ scilla Delphis posita lib.1 fol.7
milerus capta li.6 fo. 394
milesij fugati lib.5 f.385
milesiorum tyrannus Thrasybulus lib.1. fol.9
milesios quomodo corrigãt Parij lib. 5 fol.364
mileto arma illata lib.1 fol.7
milites Imperatoris uirtute meliores li.7 f.385
milites arenis obruti lib.3 fol.195
militum mutua depastio lib.3 fol.195
milo Crotoniates luctator lib.3 f.240
miltiades lib.4 fol.400
miltiades accusatur l.6f.440
miltiades capitur l.6 f.400
miltiades ob Cimonem solutus. lib.6 fol.402
miltiadis sententia de ponte Darij deserẽdo l.4 f.308
miltiadis obitus lib.6 fol. 440.& 401
minerua Crastia li.5 f.372
minerua templum li.1 f.8
minerua templum restauratur lib.1 fo.9
minerua protemplaris lib.8 fol.551
minervæ templũ deflagrat: lib.1 fol.3
minois cædes lib.7 fol. 510
miuisse li.4 f. 310
minijs uxorum commeato liberati lib. 4 f. 318
miracula solis lib.2 fol.104
miracula Delphis facta l.8 fol.551
mirum dictum puellæ l.5 fol.355
mitradatis filius pro Cyro exponitur lib.1 fo.55
mitradates bubulcus lib. 1 fol.51
mycales pugna lib.9 fol.642

mycale promontoriũ l.1 f.71
myrcinus lib.5 fol.337
mycerinus Aegypti rex lib.2 fol.158
myceriai filię ſepultura lib.2 fol.158
myrerini pyramis li.2 f.160
myrtinus li.5 fol.342
myrſilus lib.1 fol.4
myſilus Sardiam tyrannus lib.1 fol.4
myſi lib.1 fol.12.& li.7 f.476
medorum rex Phraortes l.1 fol.49
modus uenandi lib.4 fo.267
modus expiandi apud Lydos lib.1 fol.16
molles uiri ex regionibus mollibus lib.9 fol.571
monarchia abolenda lib.5 fol.221
mons Atlas lib.4 fol.326
mons Parthenius lib.6 f.427
mons Hirus lib.1 fol.57
mous Athos lib.7 fol.458
mons Pangæus lib.5 f.339 & lib.7 fol.487
monumentum Mãdroclis. lib.4 fol.290
monumentum Rhodopis lib.2 fol.160
mœnia ligneа lib.4 fo.302
mœris Aegypti rex li.2 f.142
mœrios ſtagnũ lib.2 fol.138
morbo infeſtantur Scythæ ob ſacrilegium lib.1 f.71
morę cõpendia lib.7 f.451
mors Ariſtagoræ li.5 f.387
mors Leonidis li.7 fol.531
Arceſilai li.4 fol.319
mors optatiſſimũ perfugiũ æruũnoſæ uitę lib.7 f.466
mors Artabazi li.8 fo.596
mors Cãbyſis lib.3 fol.217
mors Amaſis lib.2 fol.189
Pſammeniti li.3 fol.190
mors Darici li.5 f.352
mors Scylis lib.4 fo.297
mors Cyri lib.1 fol.99
mors Atys lib.1 fol.19
mors Darii lib.7 fol.445
mors Aprys lib.2 fol.177
mors Hymeę lib.5 f.386
Oneſili lib.5 fo.383
Bitonis li.1 f.14 Cleobis lib.1 fol.14 Cimonis lib.6 f.427
mos Scytharum in hoſtes lib.4 fol.279
mos ſacrificandi apud Maſſagetas lib.1 fol.100
mores Scytharũ li.4 f.274
mores Adyrmachidarum lib.4 fol.320
mores Naſamonum lib.4 fol.321
mores Græcorũ li.7 f.535
mores Iſſedorum lib.4 fol.266
mores Aegyptiorum lib.2 fol.

fol.116.117
mores Thracum li.5 f.335
mores Taurorum li.4 f.295
mores Indorum li.3 f.229
mores Lydorum lib.1 f.46
mula mulũ peperit lib. 7 fol.471
mulæ partus lib.3 fol.252
mulæ uulnerãtur à Pisistrato. lib.1 fol.25
mulier ex turpissima specie fissima lib. 6 fo.410
mulier ignauior li.9 f.644
mulieres Corinthiæ denudatæ lib.5 fol.375
mulieres stuprando exunctę lib.8 fol.549
mulos apud Helienses non gigni lib.4 fo.268
munera Scytharum ad Darium auis,mus, rana, sagittæ lib. fol.302
munerum Scytharum interpretatio lib.4 fol.305
mures Aegyptiorum seruãt lib.2 fol.164
murium tria genera lib.4 fol.329
muri Persarum expugnatio lib.9 fol.627
muri loricati lib.7 fo.496
murichides lib.9 fol.597
murus ligneus Persarum lib.9 fol.626
musici Argiui lib.3 fol.245
musæi sortes lib.7 f.496
mutilat sese Zopyrus lib.3 fol.253
mutua militum depastio lib.3 fol.195

N

NOmades lib. 4 f.324
narratio mira de Aristeo lib.4 f.262
narratio de Arione l.1 f.10
nasamonum mores lib.4 fol.321
natiuitas Cyri lib.1 fo.52
natura Assyriæ lib.1 fo.90
natura deorum lib.2 fol. 125.126.127.128.
natura Aegyptij lib.2 fol. 103.104.105
naturæ solertia lib.3 f.252
nauclerus cum Io rem habuit lib.1 fol.3
nautarum insidiæ cõtra Arionem lib.1 fol.10
naualis Græcorum cũ Persis pugna lib.8 fol.548
nauigia coriacea lib.1 fol. 91
nauigatio Nili li.2 f.141
naues spinaceæ lib.2 fo.140
naues quinis dragmis addictæ. li. 6 fol. 421
naues Atheniensiũ l.5 f.378
naues Xerxis submersæ lib. 7 fol.519
nauiũ Græcarũ summa ad

Salaminem li.8 f.554
nauium Ionicarum numerus lib.6.fol.390
nauigationibus longinquis Phœnices iacumbunt lib.1 fol.1
Naxus lib.5 fol.345
Naxus insula li.5 fol.345
Naxi obsidio lib.5 fo.347
Necus Aegypti rex lib.2 fol.178
Neleus Codri filius l.9f.649
Neptunus liberator lib.7 fol.419
Neptuni templum apud Poti dæatas lib.8 fol.587
Neuri lib.4 fol. 264
Neurorum mores li.4 f. 296
Nex Aprys li.2 fo.177
Nicodromus li.6 fol.422
Nigerinus lib.6 fo.402
Nili fontes lib.2 f.112 114.& lib.4 fol.277
Nili de natura disputatio lib.2 fol.109.110.113
Nili nauigatio lib.2 f.141
Nitetis Aprijs filia lib.2 fol.163
Nitocris li. 1 fol.85
Nitocris Aegypti regina lib.2 fol.142
Nitocris reginæ gesta lib.1 fol.55.57
Noas lib.4 fol.275
Nodis immolatorum Darii us lib.4 fol.295
Nomades lib.4 fo.264. & lib.7 fol.477
Nomacris oppidum l.6 f.415
Nudum uirum cõspici probro est apud Barbaros lib.1 fo.5
Numerus copiarum Xerxis lib.7 fol.478
Nuru sua potitur Xerxes lib.9 fol.645

O

Oaxus lib.4 fo.314
obitus Hymeę l.5 f.384
obitus Miltiadis li.6 f.440
Scylis lib.4 fol.287
obiurgat Mardonius Lacedæmonios li.9 fol.618
obsidio Babylonis lib.3 fol.252
obsidio Naxi li. 5 f.347
obsidetur Sestus l. 9 f.648
obtruncat Gyges Cãdaulẽ in lecto quiescentem lib.1 fol.6
occasio cædis Polycratis lib.3 fol.238
Octamasades Scytharum rex lib.9 f.237
occidit Adrastus Arym lib.1 fol.19
occiditur in lecto Candaules. lib.1 fol.6
oculos in pectoribꝫ gestãtes lib.4 fol.328.

occupat

occupat arcem Pisistratus. lib. 1 fol. 25
odia Aeginetarum in Athenienses. lib. 5 f. 367
odomanti lib. 5 fo. 339
orbaris cõmentum li. 3 f. 224
orbares lib. 3 fol. 224
œdipedæ delubrũ li. 4 f. 312
œnoe Beotij occupatur lib. 5 fol. 364
œnusæ insulæ lib. 1 f. 77
oilycus unde appellatus li. 4 f. 312
orobazus li. 4 f. 288
orobazi liberi lib. 4 fo. 288
oroe insula lib. 9 fo. 620
ortini li. 1 fol. 12
offa salsoræ resilijt l. 9 f. 650
olea in arce Atheniensium. lib. 8 fol. 556
olen Lycius li. 4 fol. 270
oliatus lib. 5 fol. 348
olorus rex li. 6 fol. 402
olympicum præmiũ lib. 8 fol. 547
olynthus expugnatur li. 8 fol. 566
omes Arabicæ lib. 3 fol. 234
onesili dolus lib. 5 fol. 380
onesili caput li. 5 f. 384
onesili mors lib. 5 fol. 385
onochonus fluuius defecit Xerxi li. 7 f. 321
onomacritus Athenis eiectus. lib. 7 fol. 446
opera Samiorum memorabilia. lib. 3 fol. 213
opera Amasis l. 2 f. 179
opes Siphniorum l. 3 f. 210
opes Babylonis lib. 1 fol. 89
oppidum Gela li. 7 fo. 305
oppidum Barca li. 4 fo. 317
Platæa lib. 4 fol. 316
oppidum Chemmis lib. 2 fol. 137
oppidum Itanus li. 4 f. 313
Phocia lib. 1 fol. 37
oppidũ Acrephia l. 8 f. 589
oppidum Abæ lib. 8 fo. 548
opis lib. 4 fol. 269
opinio Aegyptiorum de immortalitate animæ li. 2 fol. 155
orbis partitio li. 4 fo. 270
ornatus Assyriorum lib. 7 fol. 471
ornatus Persarum lib. 7 fol. 472
ornatus Medorum lib. 7 fol. 473
oraculum Thebanis redditum. lib. 5 fol. 306
oraculum Branchidicum. lib. 1 fol. 74
oraculum de Cræsi filio muto lib. 1 fol. 40
Delphicum lib. 1 fol. 20. 21. 22
oraculũ Pythiæ li. 1 f. 20
oraculũ Pisistrato redditum lib. 1 fol. 22

oraculum

oraculum redditũ Bacchiadis lib.5 fol.372
oraculum Spartiatarum lib.7 fol.529
oraculum Cypselo redditũ lib.5. fol.374
oraculum Apollinis l.4f.311
oraculum Siphnijs editum lib.3 fol.210
oraculũ sciscitat Halyattes lib.1 fol.8
oraculum Cretensium li.7 fol.510
oraculum promiscuum lib.6 fol.394
oraculum Actioni redditũ. lib.5 fol.372
oraculum Amphiarai li.8 fol. 589
oraculum Latonæ lib.2 fol.171
oraculũ Argiuorũ l.7 f.500
oraculum Doloncorum lib.6 fol.399
oraculum Bacidis lib.8 fol.545.565
oracula sciscitatur Crœsus ad inuadendos Persas lib.1 fol.20
oracula Græca lib.1 f.20
oratio Xerxis de bello Græcis inferendo li.7 f.447
oratio Dionysij Phocensis lib.6 fol.391
oratio Leutichidis de depositio reddendo li.6 fo.420
oratio Cypriorum libro 5 fol.382
oratio Datis ad Delios li.6 fol.425
oratio Otanis de abolenda monarchia lib.3 fo.221
oratio Corcyræorum ad Xerxem lib.7 f.510
oratio Megabyzi pro oligarchia lib.3 f.228
oratio Darij pro monarchia lib.3 f.213
oratio Cambysis ad Persas lib.3 f.213
oratio Soficlis lib.5 fo.372
oratio Xerxis ad Persas li.7 fol.469.
ordo exercitus Græcorum lib.9 fol.609
ordo exercitus Atheniensis lib.6 fol.431
ordo exercitus Pausaniæ lib.9 f.618
ordo copiarum Persæ ad Plateam li.6 f.610
orestis ossa Spartam portata lib.1 f.30
orgia lib.5 f.358
origo tyrannidis Perdiccæ lib.8 f. 590
origo deorum lib.2 fol. 125.126.127.128.
origo Scytharum lib. 4 fol.258

origo

origo Athenienſium lib. 1 fol.29
origo Geometriæ lib. 2 fol.146
origo Colchorum lib. 2 fol.143
oræte Polycratis mortem luit. li. 3 fol.241
oræte cruci ſuffigit Polycratem lib.3 fol. 240
orætis dolus li. 3 fol.239
orætis cædes lib.3 fol.242
orætis ſatellitium l.3 f.241
orus lib.2 fol. 165
orthium carmen l.1 f.10
otanes lib.5 fol.243
otanes Darij præceptorum oblitus li. 3 f.250
otanis oratio de abolenda monarchia li.3 f.221
otanis ſententia li.6 f. 403
oſſa Oreſtis Spartam portata. lib.1 fo.30
oſſa quinq; cubitorum l.9 fol.634
oſyris lib. 2 fol.165
oſtentum lib. 9 f. 650
oſtenta Xerxi oblata lib.7 fol.471

P

PActolus lib.5 fol.379
pactyas Perſis traditur li.1 fol.76
pactyas à Cyro deficit lib.1 fol.75
pactyæ fuga li.1 fo.74
phala inſula lib. 4 fol.325
phanes lib.3 fol.184.185.
phanem ulciſcuntur Aegyptij lib.3 fol.187
phaſis amnis li.1 f.2
phraortes Medorum rex lib.1 fol.49
phraortis geſta li.1 f.49.50
platanus aureo monili li.7 fol.461
platanus aurea li.7 f.460
platæa oppidum lib.9 fol.516
platæarum pugna lib.9 fol.642
platæenſes lib.6 fol.419
pamphyli li.1 f.12
pangæus mons lib.5 fol.339 & lib.7 f.487
panionium locus li.1 f.71
panos templum li. 6 fol.428
pantaleon lib.1 f.45
paphlagones li. 1. f. 12
papraces piſces lib.5 f.339
paraſanga li.6 fol.402
pârentes uerentur Io lib.1 fol.3
paretaceni li.1 f.49
parij Mileſios corrigunt lib.5 fol.344
parricida Cambyſes lib.3 fol.197
partheuius mons lib.6 fol.417

parit

parit mula lib.3 fol.152
partitio orbis li.4 fo.270
prasias lib.5 fol.338.339
præda Græcorum è Persarũ clade lib.9 fol.632
prælium Crœsi cum Cyro. lib.1 fol.37
prælium Carum cum Persis lib.5 fol.385
præmium capiendę Artemisiæ. lib.8 fol.571
præstantia Atheniculium lib.5 fol.365
præstantia lonum li.8 f.570
præter Sardium Arrapher-nes lib.5 fol.369
passus quid lib.2 fol.108
Psammetius amicũ deplorat non filium l.3 f.139
psammenitus rex li.3 f.187
psammenitus deponitur. lib.3 fol.180
psammetichus pueros duos curat nutriẽdos à mutis lib.2 fol.101
psammitichus l.2 f.169
psammetichus Aegypti rex lib.2 f.101
psammetichus Aegypti rex li.2 f.151
psammeniti filius obtruncatur. li.3 f.189
psammeniti mors lib.3 fol.190
psammis Aegypti rex li.2 fol.173
parizithes mágus in Cambysem rebellat li.3 f.211
pausanias li.5 fo.346
pausaniæ victoria l.9 f.615
pausaniæ responsum ad Lacedæmonem li.9 f.618
pausaniæ exercitus ordo. lib.9 fol 618
pecunia corruptos Themistocles li.8 fol. 539
pecuniæ Crœsi lib.5 f.348
pedasenses l.b.6 fo.395
pedasij lib.1 fol.82
pæan carmen lib.5 fol.334
pæones lib.5 f.333. & 377
pæoplæ lib.5 fol.338
pæsus capra li.5 f.384
pharetrimæ in Barcæos crudelitas lib.4 f.312
phero succedit Sesostri l.4 fol.146
pelasgi li.2 f.124
pelasgi barbara lingua usi lib.1 fol.33
pelasgi suorum filiorũ matres crucidant ibid.
pelasgi suos pueros occidunt. lib.6 fol.442
pelasgi rapiunt Atheniensium uxores lib.6 fo.441
peleon lib.5 f.360
pallis Sileni Marsyæ lib.7 fol.459
phestorus Thracum deus lib.

lib.9 fol. 649
peloponnesi gentes septem lib.8 f.563
penio lib. 5 fol.338
percala lib.6 f. 411
percotes capta lib.5 f.384
perdica lib.5 f.342
perdicæ tyrannidis origo lib.8 fol.590
pergit Corinthum Arion lib.1 fol.10
periander Cypseli filius lib.3 fol.10
periander Corinthi tyrannus lib.1 f.10
periander Thrasybulum cõsulit. lib.5 f.374
periander filium reuocare desiderat lib.3 f.208
periander cum defuncta cõcubuit lib.5 f.375
periander pueros mittit castratum lib.3 f.207
periandri in Corcyræos inimicitiarum causa l.3 fol.206
periandri in filium inimicitiæ. lib.3 f.207.208.
periandri tyrannis Lib.5 fol.337
perinethes lib.5 f.370
periuthij lib.5 fol.334
periuthi expugnatio l.5 f.335
persæ uestimenta scindunt lib.3 f.419
persæ septem Magos occidunt lib.3 f.220
persæ criniti lib. 6 f.394
persæ septem consultant de occidendo mago l.3 f.217
persæ cadauera non cremãt lib.3 fol.190
Persę ad Platæam copiarum ordo lib.9 f.610
persæ Barcam obsident li.4 fol.331
persarum uiuendi spacium lib.3 f.197
persarum victus lib.3 fo. 193
persarum regi quicquid libet licet lib.3 f.197
persarum rex Patizites magus lib.3 f.215
persarum bellica arma l.5 fol.377
persarum nomen unde li.7 fol.475
persarum equestrium copiarum numerus li.7 f.478
persarum cum Lacedęmonijs congressio li.7 f.526
persarum lex lib.7 f.449.
persarum ornatus li.7 f.472
persarum ligneus murus lib.9 f.620
persarum cædes in cõuiuio. lib.3 f.191
persarũ petulantia l.5 f.340
persarum conuiuia lib.5 fol.340

persarum

Perſarum cuniculi deprehẽ duntur lib.4 f.331
perſarum luxus li.9 f.633
perſarum ritus lib.1 fol.63. 64.67.66.
perſarum erga deuictos clemẽtia lib.3 fol.190
perſis cur capita fragilia lib.3 fol.187
perſis traditur Paſtyas li.1 fol.76
Perſas pellicit Cyrus ad defectionem lib.1 fol.61
perſeus Aſſyrius l.6 fo.407
perſica gerris lib.9 f.624
Perſidæ reges unde oriundi lib.1 fol.61
prexaſpes ſeſe de turri præcipitat lib.3 fol.119
prexaſpes magum ad populum indicat lib.3 f.219
pes lib.2 f.108
peſtilentia abſumptus iuuenum chorus lib.6 f.397
peſtilentia Xerxis copias excipit lib.8 f.532
petulantia Perſarum lib.3 fol.140
pteria lib.1 f.35
piaculares Athenis electi lib.3 fol.363
pierum muri lib.7 f.486
pigres li.5 f.337
phiala in baltheis Scytharũ lib.4 fol.261
phidippides lib. 6 f.417
philagrus proditor li.6 f.426
pithioris lib.1 f.24
phya lib.1 f.26
phya pro Minerua habetur lib.1 fol.25
phyæ longitudo lib.1 f.26
phryges lib.1 fol.12
phrygæ panem Beccus uocant lib.2 fol.102
phrynichi comœdia l.6 f.395
pila quando & à quibus inuenta lib.1 f.46
pini natura lib.6 f.401
piromis li.2 f.165
priami filius rapit Helenam lib.1. fol.2.
priami imperium euertunt Græci lib.1.fol.3
primigenius ex lege ſucceſſi regno lib.6.fol.406
principatus quomodo ad Cræſi genus peruenerit li.1.fol.4
principum Dorienſium origo lib.6.fol.407
pryenæ expugnantur libr.1 fol.7
piſcet Tilones lib.5. fol.119.
piſces ſacri Ægyptijs libr.2.fol.132
piſces Papraces lib.5 fol.119
piſces equis pabulo ſunt li.5 fol.119
piſces Ægyptii lib.2 fol.119

piſcium

piſcium mira copia l. 5 f.319
piſiſtratus arte recuperat ty rannidem lib.1 fol.26
piſiſtratus arcem occupat lib.1 f.25
piſiſtratus tertiùm potitur tyrãnide lib.1 fol.28
piſiſtratus ducit uxorẽ Megaclis filiam lib.1 fol.26
piſiſtratus Athenienſib.imperat lib.6.fol.400
piſiſtratus Athenienſiũ imperio potitur lib. 1 fo.25
piſiſtratus ſe partz mularum uulnerat lib 1 fol.25
piſiſtratus iterum tyrannide deiectus iterũ affectat. lib.1 fol.27
piſiſtratus tyrannus Athenienſis lib.1 fol.25
piſiſtrati affectatio tyrannidis. lib.1 fol.25
piſiſtrati ſatellitium lib.1 fol.25
piſiſtrato redditum oraculum lib.1 fo.27
Piſtratidæ Athenis pulſi lib.5 fol.360
pſylli lib.4.fol.322
pſylli arenis obruti lib.4 fol.322
pſyllorum aduerſus Auſtrũ expeditio lib.4 fo.322
pirracus Mytilenæus lib.1 fol.12
pix picria lib. 4 fol.329
pyramis Aſychis li.2 f.161
pyramidis Micerini magnitudo lib.2 fol.160
pythagoras li.5 fol.386
pythagoras princeps l.5 f.352
pythia reddit oraculum lib. 1 fol.6
pythia Ariſtonice lib.7 fol.496
pythiæ oraculum ad Athenienſes lib.7 fol.496
pythiæ captioſum oraculũ Lacedæmonijs lib.1 f.29
pythiæ oraculum lib.1 fol.20.28.30
pythij filius diſſecatur.lib.7 fol.464
pythij qui. lib.6 fol.408
pythii facultates l. 7 f.460
pixodoræ ſententia l.5 f.385
podion Doridis lib.8 f.549
pogon portus lib.8 fol.552
phocæa obſeſſa lib. 1 fo.77
phocenſes ad Theſſalos li.8 fol.548
phoria oppidum li.1 f.57
phœnicũ exercitia lib.1 f. 8
phœnix lib.2 fol. 138
phœnices & Græci indigenæ lib.4 fol.330
phœnices autores ſunt diſſenſionum inter Græcos & Barbaros lib.1 fol.1

phœnices quam regionem incolant lib.1 fol.1
phœnices mercatores li.1 fol.1
phœnices longinquis nauigationibus incumbunt, lib.1 fo.1 ad Africam cognoscendam missi lib.4 f.271
phœnices rapiunt fœminas Græcas li.1 fol.2
polemarchus lib.6 f.430
polybus lib.5 fol.301
polycrates gemmam abijcit in mare lib.3 fo.203 gemmã abiectam recipit in pisce li.3 f.203
polycrates cruci suffixus lib3 fo.240
polycratis fortuna lib.3 fol.202
polycratis cædis occasio lib.3 f.238
polycratis vltio lib.3 f.240
filiæ somnium lib.3 fol.239
polycratis mortem luit Oroetes lib.3 fo.241
phronima lib.4 fol.314
pœna falsorum vaticinorũ. lib.4 fol.281
pœna de raptu Helenæ petitur. lib.1 fol.2
pœni Aegyptijs se dedunt. lib.4 fol.310
pœni atq; Aethiopes indigenæ lib.4 fol.310.
pœnorum variæ nationes. li.4 fol.320
põtus Euxinus li.4 f.274
ponti amplitudo li.4 f.289
ponticum arboris genus li.4 fol.266
populus Lydiæ antea Maeõ vocatus lib.1 fol.9
probro est apud Barbaros nudum virum conspici. lib.1 fol.5
proci Agaristæ lib.6 f.416
proditores Euphorb. & Philargus l.6 f.416
prodigia li.2 fol.137
profugium vafrum Zopyri ad Babylonẽ li.3 f.259
proteus lib.2 fol.147
protei de Alexandro sententia lib.2 f.148.149
protemplaris Minervæ l.6 fol.551
prouentus Thasiorum li.6 fol.404
porta Semiramidis lib.3 fol.213
portentum de furuo Pisistrato li.1 fol.27
portentum Crœso obiectũ li.1 fol.36
potentia Babylonis li.1 f.85
potitur imperio Atheniensium Pisistratus lib.1 f.27

potitur

potitur Babylone Cyrus lib.1 fol.89
pueri caſtrandi Sardis mittuntur à Periándro l.3 f.205
pueros duos nutriendos curat à mutis Pſámetichus li.2 fol.101
pugna Artemiſiæ glorioſa. lib.8 fol.569
pugna naualis Græcorum cum Perſis lib.8 fol.542
pugna claſſica lib.1 fol.78
pugna Platæarum li.9 f.642
pugna Amaſis cum Aprie lib.2 fol.176
pugna Mycales li.9 f.642
pugnæ initium ad Salaminem lib.8 fol.568
plumis oppletus aer li.4 fol.268
prudentium eſt, pro nulla habere rapraruin fœmina rũ pulchritudinẽ l.1 f.2
puellæ mirum dictum l.5 fol.355
puellæ ſacræ Deliæ lib.4 fol.269
plauia apud Aegyptios portentoſa lib.3 fol.187

Q

QVatuor uultures à quatuordecim accipitribus uellicantur lib.3 fol.226
quieſcens Candaules à Gyge obtruncatur lib.1 fol.6
quinquennale bellum inter Lydos & Medos l.1 f.34

R

Rápſinitus ad inferos deſcendit li.2 fo.154
filiam proſtituit. lib.2 fol.154
rampſinitus Aegypti rex lib.2 fol.151
rampſiniti aſtus li.2 f.152
rapit Helenam Alexander lt.2 fol.147
rapitur Europa regis Tyri filia lib.1 fol.8
rapitur Io lib.1 fol.8
raptæ uxores Athenienſium lib.6 fo.441
raptus mulierum Græcarũ lib.1 f.2
raptus Medeæ lib.1 fo.8
raptus Helenæ lib.1 fol.8
ratio cur ſit abducta Io li.1 fol.5
ratio qua magus deprehenſus eſt non eſſe Cyri filius lib.3 fo.214.215.216
ratio hiſtoriæ Herodoti li.1 fol.1.3
rebellionis Ioniæ occaſio lib.5 fol.344
recuperat arte tyrannidem Piſiſtratus li.1 f.26
recuperant Imperium Medi li.1 fol.51

redemptio apud Lacedæmonios lib.6 f.417
rex Argathonius li.1 fo.77
rex Aegypti Cheops l.2 f.155
rex Aegypti Psammitichus. lib.1 fol.51. & lib.2 fol.161
rex Aegypti Moeris l.2 f.142
rex eligitur lib.3 fo.224
rex Aegypti Psammis lib.2 fol.175
rex Aegyptij Apries lib.2 fol 174
rex Pedarum Parizites magus lib.5 fol.215
rex Aegypti Asychis lib.2 fol.161
rex Aegypti Menes li.2 fol.141
rex Aegypti Micerinus li.2 fol.155
rex Aegypti Sethon lib.2 fol.163
rex Medorum Phraortes. lib.1 fol 49
rex Aegypti Rampsinitus lib 2 f l.151
rex Aegypti Sesostris lib.2 fol 143
rex Aethiopiæ Sabacus l 2 fol 162
rex Aegypti Necus lib.2 fol.172
Rex Assyriæ Senacheribus lib. 2 fol.163
rex Aegypti Amisis cæcus lib.2 fol.162
rex Scythatum Scyles li.4 fol.285
rex Spartiatarum Demaratus. li.5 f.364
rex Psammenitus li.3 f.197
rex Telis li.5 f.l. 181
rex Arbenicensium Codrus. li.5 fol.315
rex Spartæ Cleomenes li.5 fol 251
rex Scytharum Ostomasades lib.4 fo. 287
rex Aegyptiorum Hamasis. lib.1 fol.56
rex Aegypti Chephrenes lib.2 fol.155
rex Ariston lib.6 f.409
rex Scyathes li.6 fo.395
rex Spartiatarum Leonides. li.7 fol.425
rex Cineas lib.5 fol.359
rex Lydorum Candaules lib.1 fol.4
rex Colchorum reposcit filiam suam Medeam lib.1 fol.2
rex Colchorum petit de raptu pœnas lib.1 fol.4
rex Spartiatarum Cleomenes lib 6. fol.405
rex Babyloniæ Labynitus li.1 f.88
regi Persarũ licet quicquid libet li. 3 fol.197

regem

reges duodecim creant Aegyptij. lib 2 fo.106
reges Perſidæ unde oriundi lib.1 fol.61
regum ſepulchra lib.4 fol.282
regum Lacedæmoniorum funera lib.6 fol.409
regum manus longæ lib.8 fol.592
regum Spartanorum iura lib.6 fol.407
regibus ſe ſubijciunt Medi lib.1 fol.48
regiæ Dianæ ſacra lib. 4 fol.269
regij cadaueris luſtratio lib.4 fo.282
regio Ionia lib.1 fol.4
regio Colchis li.1 f.2
regionis Aegypti natura lib.2 fo.103.104.105
regionis Aſſyriæ natura lib.1 fol.90
regionem quam incolant Phœnices lib.1 fol.1
regionibus ex mollibus uri exiſtunt molles lib.9 fo.651
regina Tomyris lib.1 fol.91
regina Aegypti Nitocris li.2 fol.142
reginæ Tomyris ad Cyrum mandatum lib.1 f.94
regnum Arceſilai lib.4 fol.317
regnum Cleomenis lib.5 fol.352
regni res conſtituit Darius lib.3 fol.226
regno amotus Aſtyages lib.1 fol.63
rhodopis meretrix lib.2 fol.160
remedium aduerſus culices lib.2 fol.140
remedia cõtra famem lib.2 fol.96
repetitur Helena. lib.1 f.2
repoſcit filiam Colchorum rex lib.1 fol.2
res diuinitus futuræ, ſignis declarantur li.9 f.642
rerum humanarum circuitus lib.1 fo.96
reſponſum Cyri ad legatõ Lacedæmoniorum li.1 fol.72
reſponſum Aethiopis ad Cãbyſem lib.3 fol.192
reſponſum Pauſaniæ ad Lãponem li.9 f.632
reſtauratur Minervæ templum lib.1 fol.9
reſtibus inſtructa pugna lib.7 fol 477
ritus ſacrorum Aegyptiorũ lib.2 fol 118
ritus Perſarũ l.1 f.63.64.75.76

rhodopis monumentum lib.2 fol.160
rosæ sexagenum foliorum li.8 fol.591
rubrum mare lib.1 fol.2

S

Sabacus Aethiopię rex lib.2 f.162
sacra Dianæ regię lib.4 fol.269
sacra Hyperboreorum lib.4 fol.209
sacra Dionysij Bacchanalis. lib.4 fol.236
sacrificium Crœsi li.1 f.21
sacrificia Caldæorum li.1 fol.85
sacri serpentes lib.2 fol.132
sacrificandi mos apud Massagetas lib.1 fol.100
sacrilegi Scythę morbo iuste sanantur lib.1 fol.51
scamandri aqua exercitui Xerxis non sufficit. li.7 fol.465
sadyattes lib.1 fol.7
sagitta ad Iouem excussa. lib.3.fol.150
salamis profugium Atheniensium. lib.8 fol.558
salis collis lib.4 fo.325
salaminia lib.4 fo.318
salseræ offa resilijt lib.9 fol.650
samus Syloſonti traditur lib.3 fol.257
sami euersionis causa. lib.3 fol.247
samum obsident Lacedæmonij li.3 fol.209
samij Siphnios uincunt li.3 fol.210
samiorum ahenum lib.4 fol.314
samiorum opera memorabilia lib.3 fo.211
samothraces muri lib.7 fol.485
sanacheribus Assyriæ rex lib.2 fol.165
sanatus cæcus fœminæ lotio. lib.2 fol.147
sapientes non esse potentes, acerbum est l.9.f.605
spargapises Tomyris filius à Cyro capitur l.1 f.93
spargapises sibi mortem infert li.1 fol.98
spartæ rex Cleomenes li.3 fo.251
spartam portata Orestis ossa. li.1 fol.50
spartanorum regum iura. lib.6 fo.407
spartanorum senatus li.6 fol.408
spartanorum in Samũ expeditio. lib.3 fo.207
spartiaratum rex Leonides lib.7 fol.515

ſpartiatarum cædes ad Thermopylas. lib.7 fol.530
ſpartiatarum oraculum lib.7 f.529
ſpartiatarum rex Demaratus lib.5 fo.364
ſpartiatarum cum Argiuis contentio de agro l.1 f.58
ſpartiatarum rex Cleomenes. lib.6 fol.405
ſardis expugnat Cræſus lib.1 fol.59
ſardis crematæ l.5 f.379
ſardis captę li.5 f.378
ſardium prętor Artaphernes lib.5 fol.364
ſardium tyrãnus Myrſilus lib.1 fol.4
ſardium rex Argon lib.1 fol.4
ſardonium mare li.1 f.78
ſataſpes cruci affixus lib.4 fol.272
ſatellitium Oręetis lib.3 fol.241
ſatrapeiæ lib.3 fol.226
ſtadium quid lib.2 fol.168
ſtagnum Mœrios li.2 f.168
ſtatua Vulcani lib.3 fol.201
ſtatua Sethonis li.2 fo.164
ſtatua Seſoſtris lib.2 f.146
ſtatura Phyæ l.1 f.26
ſauromatæ lib.4 f.265
ſauromatarum cum Amazonib.cõmixtio.l.4 f.299
ſtratagema Leutychidis lib.9 fol.640
ſecundæ iniuriæ autores Græci lib.1.fol.2
ſexus lib.5 fol.358
ſędes Amazonum lib.4 fol.299
ſella Midæ Delphis poſita lib.1 f.7
ſemiramis li.1 f.86
ſemiramidis porta l.3 f.215
ſmerdes falſus li.3 f.211
ſmerdis occiditur l.3 f.197
ſenatus Spartanorum li.6 fol.408
ſenes immolant Maſſagetæ. lib.1 fol.100
ſententia Cyri lib.9 f.651
ſententa Otanis lib.6 fol.405
ſentẽtia Mardonij li.7 f.498
ſententia Mardonij de inũdo prælio lib.9 f.615
ſententia Protei de Alexandro. l.2 f.148 149
ſententiæ plures uiucunt meliores lib.8 fol.562
ſententias rogat Xerxes de claſſica incundą pugna. lib.8 fo.561
ſepia locus lib.6 fol.416
ſepulchrum Helles lib.7 fol.471.

ſepulchrum Halyattis lib.1 fo.45
ſepultura Mardonij l.9 f.634
ſepultura filiæ Micerini, lib.2 fol.158
ſepultura Atys lib.1 fo.19
ſepulturę Thracũ l.5 f.336
ſerpens Athenienſis cuſtos lib.8. fol.552
ſerpentes ſacri lib.2 fol.132
ſerpentes alati lib.3 fol.213
ſerui Scytharum quare oculis orbentur lib.4 fo.257
ſeſoſtris Aegypti rex lib.2 fol.143
ſeſoſtris trophæa lib.2 fol.144.145
ſeſoſtris ſtatuæ. lib.2 f.146
ſeſoſtri ſuccedit Phero l.2 fol.146
ſeſtus obſidetur lib.9 f.648
ſethon Aegypti rex li.2 fol.163
ſethonis ſtatua lib.2 f.164
ſtratres Chios lib.8 fo. 588
ſteſagorę cędes lib.6 f.401
ſteſileus lib.6 fol.432
ſtrouiras Aeginetarum lib.8 f.571
ſacrorum ritus Aegyptiorũ lib.2 fol.118
ſcidros lib.6 fol.395
ſciradis Mineruæ templum lib.8 f.572
ſcribæ regij Perſarum lib.3 fol.241
ſcythes rex lib.6 f.387
ſcylacis ſupplicium l.5 f.396
ſcyles inſtitutus à Græcis li.4 fol.285
ſcyles Scytharum rex lib.4 fol.253
ſcylis mors lib.4 fol.287
ſcyllias ad Græcos tranſit, lib.8 fo.541
ſcyllias uriuator. li.8 f.540
ſcironis uia lib.8 fol.563
ſcytha lib.4 fol.161
ſcythæ hoſtem in confines pelliciunt lib.4 fol.303
ſcythæ ad Halyatten fugiũt lib.1 fol.54
ſcythæ puerum mactatum pro ferina carne Cyaxari offerunt lib.1 fol.54
ſcythæ Perſas habent ludibrio. li.4 fol.307
ſcythæ quomodo fœdus ineant lib.4 fol.281
ſcythæ agricolatores lib.4 fol.277
ſcythæ argentũ & æs in uſu non habent. li.4 f.282
ſcithæ Aſia potiti li.1 f.50
ſcythæ depeculantur Veneris templum li.1 f.51
ſcythæ morbo infeſtantur, ob ſacrilegium lib.1 f.51
ſcythę Ioues homiũ iuſtiſſimos iudicãt l.4 f.309

ſcythæ feſtiuum conſilium li.4 fol.258
ſcythæ deficiunt à Scyle lib.4 fol.287
ſcytharum origo li.4 f.258
ſcytharum cum cõfinibus deliberatio lib.4 fo.300
ſcytharum mores li.4 f.274
ſcytharum rex Oſtamaſades lib.4 fol.287
ſcytharum munerum interpretatio lib.4 fol.305
ſcytharum munera ad Darium, auis, mus, rana, ſagittæ lib.4 fol.305
ſcytharum mos in hoſtes lib.4 fol.279
ſcytharum rex Scyles li.4 fol.285
ſcytharum intemperantia. lib.6 fol.419
ſcytharum iuſiurandum lib.4 fol.281
ſcytharum heri li.4 fo.304
ſcytharum ſerui quare oculis orbentur li.4 f.257
ſcytharum mãtilia l.4 f.280
ſcythia uetus lib.4 fol.294
Scythiæ flumina l.4 f.274
ſcythiſſato lib.6 fol.419
ſigna uenturę calamitatis. lib.6 fol.397
ſignis declarantur res quæ diuinitus fiunt li.9 f.641
ſigynæ populi li.5 f.336
ſileni Marſiæ pellis lib.7 fol.459
ſimonides poeta li.5 f.379
ſimulacrũ Martis Acinatis lib.4 f.279
ſimulacrum Auxeſiæ li.5 fo.367
ſimulacrum Damiæ lib.5 fol.367
ſimulacrum cum matre Demarati lib.6 fol.418
ſimulacrum Apollinis lib.6 fol.453
ſimulacra ex oleis lib.5 fol.367
ſmyrna capitur lib.1 fol.7
ſmyrnæ arma illata lib.1 fol.7
ſinopes urbs li.1 fol.35
ſinus Arabicus li.2.f.105
ſiphnii à Samijs uicti lib.3 fo.210
ſiphniorum opes lib.3 fol.210
ſpicarum detruncatio lib.5 fol.374
ſpinaceæ naues li.2 fol.140
ſiſamnes lib.5 fol.243
ſitalces lib.4 fol.287
ſitus Ioniæ lib.1 fol.68
ſtymphalius lacus lib.6 fol.416
ſtrymon flumen li.5 f.318
ſybaris lib.6 fol.397
ſybaritæ lib.5 fol.351

Syloſon Dario largitur ami
culum. lib.3 f.247
Syloſontis amiculum, pro-
uerb. lib.3 fol.247
Syloſonti traditur Samus
lib.3 f.251
Syropæones lib. 5 f. 338
Scholę tectum in pueros col
lapſum lib.6 f.397
Scopaſis lib. 4 fol.301
Scorrationis ratio apud Ba-
bylonios lib.1 f.93
Sol obſcuratus lib.9 f.600
Sol pro mercede lib.8 f.591
Sol Græcorum deus lib.7
fol.463
Solis eclipſis lib.7 fol.463
Solis menſa lib.3 f.191
Solis miracula lib.2 f.164
Soli urbs lib.5 f.384
Solem execrantes li.4 f.326
Solertia naturæ li. 3 fo.232
Solertia Amaſis li.2 f.177
Solon Athenienſium legisla
tor. lib.1 fol.12
Solonis cum Cræſo congreſ
ſus. lib.1 fo.12
Solonem inclamat Cræſus
iam ſtrui impoſitus lib.1
fo.41
Somnium Artabani lib. 7
fol.454
Somnium Cræſi lib.1 f.16
Somnium Xerxis lib.7
fol.451.459 456
Somnium Cyri li. 1 fol.97
Somnium filiæ Polycratis.
lib.3 fol.139
Somnium Cambyſis lib.3
fol.197
Somnium Aſtyagis de filia
lib. 1 fol.51.52
Somnium Hippiæ l.6 f.429
Sophanis præclarũ facinus.
lib.9 fol.630
Sophanis fortitudo li.9 f.630
Soſiclis oratio li.5 f.372
Soſtrates lib 4 f.314
Storax lib.3 fo.232
Succeſſionis ius lib. 7
fol.495
Suis immolatio lib.2 f.112
Sue abſtinentes lib.4
fol.126
Sues apud Scythas lib. 4
fol.279
Summa exercitus Græcorũ
ad Plateas lib.9 f.610
Summa copiarum Xerxis
lib.7 fol. 516
Suuium lib.6 fol.454
Suſpenſus Artayctes lib.9
fol.650
Struchates lib.1 fol.49
Sutura carens caput lib.9
fol.634

T

TAbellionũ Perſarũ cur-
ſus & modus li.8
fol.573

thales Milesius uates lib.1 fol.35
thales Milesius Crœsi exercitũ traijcit li.1.f.51
thales Ionibus consiliũ dat. lib.1 fol.80
thalthybij ira li.7 f.493
thaltybij templum lib.7 fol.493
thasus li.6 f.397
thasii subacti lib.6 fol.403
thasiorum proventus li.6 fol.404
thracia tellus lib.4 fo.294
thraces li.1 fol.12
thraces aduersus tonitrua sagittas excutiunt lib.4 fo.292
thracum mores li.5 fo.331
thracum sepulturę lib.5 fol.336
thracum uestimenta canabacea lib.4 fol.284
thracum deus Plesiorus lib.9 fol.649
thracum armatura lib.7 fol.475
thraciæ rex Olorus lib.6 fol.402
thrasicleus li.9 f.656
thrasybulus Milesiorum tyrannus li.1 fo.9
thrasybulus Mileti tyrannus. lib.5 fo.374
thrasybulus spicas detrũcat lib.5 f.374
thrasybuli astutia lib.1 fol.9
thrasybulum consulit Periander. lib.5 fo.374
talentum Babylonicum lib.3 fol.226
tarteſſus lib.4 f.315
translatio Ioniæ lib.9 fol 644
taurica gens lib.4 f.294
taurorum mores lib.4 fol.295
taxacis lib.4 fol. 301
tearus flumen lib.4 fo.290
teari fontes lib.4 fol.290
tectum scholę in pueros collapsum lib.6 fol. 397
taxaros lib.1 fol.10
tegeata lib.9 fol.599
tegeatarum & Atheniensium de loci dignitate altercatio li.9 fol.607
theasides lib.6 fo.419
thebanis redditum oraculum lib.5 f.366
thebani manus protẽdunt. li.7 fo.513
thebanis regia stigmata inuruntur lib.7 fol. 514
thebanus Iupiter lib.2 fol.85
thebę lib.5 fol. 306.
themiscyta

themiſcyra lib.4 f.239
themiſon lib.4 f.114
themiſtocles pecunia corruptus li.8.fol.539
themiſtocles prudentiſſimus habitus lib.8 f.585
themiſtoclis conſilium li. 7 fol.498
themiſtoclis uafricies li.8 fol.579
themiſtoclis commentum. lib.8. fol.544.564
themiſtoclis cum Ariſtide colloquium li.8 f.566
themiſtoclis conſilium l.8 fol.557
themiſtoclis literę ad Ionas lapidibus inciſæ l.8 f.595
themiſtoclis cum Ariſtide ſimultas li.8 fol.566
theodorus Samius li.1 f.22
thera inſula li.4 f.312
therapnę lib.6 f.490
thermopylarũ callis l.7 f.527
theræorum colonia l.4 f.314
theſſaliæ equæ l.7 f.521
theſſali ad Phocenſes lib.8 fol.548
theſpia urbs uaſtata lib.8 fol.574
theſtis fons li.4 fol.317
teij lib.1 fo.79
teleſcarchus lib.5 f 249
telli mons lib.1 fol.13
tellus Athenienſis cui beatus lib.1 fo.13
tellus dea lib. 4 fol.28
tellus Athenienſis lib.1 fo.13
telys rex lib.5 f.351
tempeſtas triduana l.7 f.519
templũ Sciradis Minervæ lib.8 fol.572
templum Iouis Beli lib.1 fol.84
templum Alex Minervæ lib.9 f.628
templum Panos li.6 f.428
templum Neptuni apud Potidæatas lib.8 f.587
temerarius Cãbyſes l.3 f.194
templum Cereris Amphyctionidis lib.7 fol.522
templũ Helenę lib. 2 fol. 147 & lib. 6 fol.410
templum Vulcani li.5 f.201
templũ Minervæ lib.1.f.8
Minervę reſtauratur lib.1 fol.9
templũ Minervæ deflagrat. lib.1.fol.8
templum Iouis Ammonii incenſum lib.3 f.194
templum Bubaſtis lib.2 fol.162
templum Veneris Scythæ depeculatur lib.1 f.51
templũ Iunonis li.9 f.620
templum Ephęſinum li.2 fol.167

templum

templum Androcratis lib.9 fol.606
timolus mons li.5 f.379
tenere lib.7.fol.476
terra & aqua munera lib.4 fol.304
teſſarę quando & àquibus inuentæ. li.1 fol.46
tigranis dictum li.8 f.547
thynnorum natis genus lib.9 fol.284
thriaſius campus li.8 fo.559
thyſſagetæ lib.4fol.302
tilones piſces lib.5 fol.319
timo ſacerdotiſta lib.6 fol.439
timon illuſtris l.7 f.496
timoſtheus li.5 fol.363
tmolia planicies lib.9 fo.575
tribus Aeſchrionia lib.5 fol.195
tributum reddunt Græci in Aſia lib.1 f.11
tributum Dario qui pendãt lib.3 fol.226.227
tributum quomodo Perſarum rex reponat lib.3 fol.228
tributum à quo primũ exactum. lib.1 f.4
tributum Lucinæ lib.9 fol.269
trierarchorum nomina lapidibus inſcripta lib.6.f.194
triſſamenti certamina lib.9 fol.615
tydeus li.5 fol.361
tyrannus Periandri li.5 fol.325
tyrannus Babyloniorũ Labynetus lib.1 fol.36
tyrannus Mileſiorum Thraſybulus lib.1.fol.9
tyrannus Sardium Myrſilus lib.1 fol.4
tyrannus Corinthi Periander. lib.1 fo.18
tyrannus Athenienſis Piſiſtratus lib.1 fol.25
tyrannidem amittit Piſiſtratus lib.1 fol.26
tyrannidem affectat ui Deiices lib.1 fol.47
tyrannidem recuperat arte Piſiſtratus li.1 fol.26
tyrannidem affectat Piſiſtratus. lib.1 fol.25
tyrannidem obtinent Mermnadę lib.1 fol.7
tyranni incommoda lib.5 fol.372
tyres fluuius lib.4 f.298
tyrus lib.1 f.8
tyſta cœna li.9 f.646
thonis præfectus lib.2 fol.148
troglodytæ ſerpentibus uescuntur. lib.4 fol.235

tomyris regina li. 1 f. 95
tomyris regina ap Cyrum mandatum li. 1 fol. 96
torax Lariſſæus li. 9 fol. 623
trophæa Seſoſtris lib. 2 fo. 144. 145
turris Babylonia lib. 1 fol. 85

V

VAccinũ non guſtantes. li. 4. fo. 126
vates Thales Mileſius li. 1 fol. 54
vaticinatores cum ſalignis virgis diuinantes li. 4 fol. 180
vaticinorum falſorum pœna. lib. 9 f. 281
vela iuncea lib. 2 f. 140
vltionis exemplum lib. 3 fo. 189 & l. 8 f. 442
venandi modus li. 4 f. 265
venus cœleſtis lib. 4 fol. 178
veneris fanum depeculantur Scythæ li. 1 fol. 51
veniam petit Cræſi filius aprum aggrediendi l. 1 f. 17
ventus Helleſpontius lib. 7 fol. 518
ventorum ara lib. 7 f. 514
vnguentum Kiki lib. 2 fol. 139. 140
vrbs Dardanus capta lib. 5 fol. 184
vrbs Hybla lib. 7 fo. 504
vrba Soli li. 5 f. 389
vrbs Is lib. 1 fo. 84
vrbes Acolicæ li. 1 f. 71
vrbes à Dario in Scythia cõditæ lib. 4 fol. 302
verſus Arimaſpei l. 9 f. 263
veſta. li. 4 f. 278
veſtigium Herculis l. 9 f. 288
veſtis Caria li. 5 f. 370
veſtis Coriathia li. 5 f. 369
veſtimentum Doricum lib. 5 fol. 369
veſtimenta Babyloniorum lib. 1 f. 91
veſtimenta Thracum cana bacea lib. 4 fol. 294
veſtitus Aegyptiorum l. 2 fol. 135
victoria Athenienſiũ l. 9 f. 626
victoria Athenienſiũ in Marathone. lib. 9 f. 600
victoria Pauſaniæ l. 9 f. 627
victus Aegyptiorum lib. 2 fol. 133. 134
victus facilis Aegyptiorum lib. 2 f. 138
vi capta Colophon l. 1 f. 7
vindictæ deorũ acres l. 4 f. 333
vinum è palmulis li. 1 f. 91
viperæ coitus lib. 3 f. 213
viperæ partus lib. 3 f. 213
virginum anniuerſarius cõflictus li. 4 fol. 324

virum

uirum nudum conſpici apud Barbaros probro eſt. lib.1 fol.5
uiri molles ex regionibus mollibus. li.9 f.651
uiri pro mulieribus exornati lib.5 f.341
uiri rarei lib.2 f.170
uis legum lib.3 f.201
uiſu priuatus Euenius l.9 fol.638
uitis aurea l.7 f.460
utilitas diuerſitatis in ſentẽtiis dicendis li.7 fol.450
uiuos defodere Perſicum lib.7 fol.497
uociferatio Barbarorum. lib.9 f.623
uocaliſſimus quidam Aegyptius lib.4 fol.309
uoluntaria abducitur Io lib.1 fol.5
uulcani templum l.3 f.201
uulcani ſtatua lib.3 fo.201
uultures quaruor àquaruor decim accipitribus infeſtantur li.3 f.220
uxor Intaphernis l.3 f.217
uxor Piſiſtrati Megaclis filia lib.1 fol.26
uxoris conſilium de occidẽdo marito lib.5.5
uxorem ſuã nudã oſtendit Candaules Gygi li.1 f.4
uxorem ducit Atys li.1 f.16
uxores Athenienſium raptę lib.6 f.441
uxores Anaxãdridæ l.5 f.350
uxores maritos reperientes unum ab exercitu reducẽ interficiunt li.5 f.369
uxorum mactatio ad maritifunus lib.5 fo.335

X

Xanthii lib.1 f.85
xenagoras Praxilai l.9 fol.645
xerxes ad Artemiſiam lib.8 fol.575
xerxes ſentẽtias rogat de claſſica ineũda pugna l.8 f.501
xerxes declaratur rex lib.7 fol.445
xerxes Maſiſtii iubet uxorem repudiet lib.9 f.646
xerxes nuru ſua potitur lib.9 f.645
xerxes uiſo exercitu illachrymat. lib.7 f. 466 iniicit Helleſponto cõpedes li.7 fol.462
xerxis copiæ lib.7 f.457
magnanimitas l. 7 f.494
xerxis uiſio lib.7 f.457
xerxis ſomnium li.7 f.458 459.476. duo hoſtiliſſima lib.7 fol.467
xerxis exercitui Scamandri aqua nõ ſuffecit li.7 f.465
xerxis copiarum numerus. lib.

lib.7 fol.472
xerxis fiducia lib.7 fol.499
xerxis ſtratagema li.7 f.500
xerxis ridiculum li. 8 f.546
xerxis genealogia li.7 f.472
xerxis naues ſubmerſæ li.7 fol.519
xerxis iuuenile reſponſum. lib.7 fol.472
xerxis & Demarati colloquium. lib.7 fol.482
xerxis feſtiuum ſtratagema. lib.7 f.489
xerxis amores li.9 f.645
xerxis copias peſtilentia excipit. lib.8 fol.582
xerxis de reditu uariè narratur lib.9 fol.593
xerxis & Artabani colloquium lib.7 f.467
xerxis liberi lib.8 f.576
xerxis oratio de bello Græcis inferendo. li.7 f.447
xerxis ad Perſas oratio lib.7 fol.469
xerxis imperatores l.7 f.477
xerxis libatio lib.7 fo.478
xerxi ſubdi maluut Argiui, quã Lacedæmonios eſſe inferiores lib.7 fol.501
xerxi oblata oſtenta l.7 f.471
xerxem inſtituti pœnitet. lib.7 fol.485
xerxiana claſſis li.7 f.516
xerxianarum copiarũ ſumma lib.7 fo.516
xerxianos mira fames cruciat. lib.8 fol.582

Z

ZAmolxis lib.4 f.294
zanclæi lib.6 f.595
zeuxidemus lib.6 f.414
zopyrus ipſe ſe mutilat lib.3 fol.253
zopyri conſilium li.3 f.258
zopyri elogiũ lib.3 f.256
zopyri uatium ad Babylonem profugium li.3 f.254
zopyri filia lib.4 f.274
zygantes lib.4 f.329

FINIS.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIAE Parentis Lib. I.

Qui inscribitur CLIO.

HERODOTI Halicarnassei historiæ explicatio hæc est, ut neque ea, quæ gesta sunt, ex rebus humanis obliterẽtur ex æuo, neque ingentia & admiranda opera, uel à Græcis editâ, uel à Barbaris, gloria fraudentur, cùm alia, tum uerò qua de re inter se belligeraverunt. Persarum eximij memorant dissensionum autores extitisse Phœnices, qui à mari quod Rubrum uocatur, in hoc nostrum proficiscentes, & hanc incolentes regionem, quam nunc quoq; incolunt, longinquis continuò nauigationibus incubuerunt: faciendisq; Aegyptiarum, & Assyriarum mercium uecturis, in alias plagas, præcipucq; Argos traiecerunt. Argos etenim ea tempestate omnibus ciuitatibus regionis, quæ nunc Græcia nominatur, antecellebat. Huc appulsos Phœnices mercimonia exposuisse, & quinto sextoue quàm appulissent die, cunctis ferè diuenditis, fœminas ad mare uenisse cùm alias multas, tum uerò regis filiam, cui nomen esset idem, quod Græci tradunt Io, filiam Inachi. Dumq; hæ fœminæ puppi nauis assistentes ea mercarentur, quæ cuiusq; auiditas maximè ferebat,

Dissensionum causæ, inter Græcos & Barbaros.

in eas Phœnices sese adhortatos impetum fecisse, & ipsarum plerisq; aufugientibus, Io cum alijs aliquot raptam fuisse, eisq; in nauem impositis, Phœnices in Aegyptum uela fecisse. Hunc itaque in modum Io in Aegyptum abijsse memorant Persæ, non quemadmodum Græci: & hoc iniuriarum principium extitisse. Post hæc Græcorum quosdam, quorum nomina non tradunt, nec tenent: Tyrum apulsos, filiam regis rapuisse Europam. Fuerunt autem hi Cretes, illisq; par pari repensum. Verum post ea Græcos secundæ iniuriæ autores extitisse: longa uecti naue in oram Colchidis, & ad Phasim fluuium, cum cætera trãsiissent, quorum gratia uenerãt, asportarũt illinc filiam regis Medeam. Ad quam reposcendam, pœnasq; de raptu petendas, cùm rex Colchorum caduceatorem misisset, Græcos respondisse, ut illi de rapta Io Argiua pœnas si bi nõ dedissent, ita ne se quidem illis daturos. Secunda dehinc ætate ferunt Alexandro Priami filio, cum ista audisset, cupidinem incessisse uxoris sibi per rapinam è Græcia comparandã: certum habenti, omnino se pœnas non pensurum, quas nec illi pependissent. Ita cùm is Helenam rapuisset, uisum esse Græcis primùm missis illuc nuntiis & Helenã repetere, & pœnas de raptu petere. Illos uerò tergiuersantes mentionem fecisse de raptu Medeæ: & qui nec pœnas dedissent, nec rapinam reposcẽtibus reddidissent, quomodo uellent ipsi sibi pœnas dari. Hactenus inter eos mutuis rapinis actum. Eorum autem quæ deinceps extiterunt, Græcos præcipuè autores extitisse, qui priores in Asiam, quàm ipsi in Europam, copias ducere incepissent. Se quidem sentire, ~~iniuriosum uirorum factũ esse, rapere fœminas: amentium uerò, raptis ulciscendis operam dare: prudentium autem, pro nulla habere raptarũ pulchritudinem: quippe quæ nisi noluissent, haud dubiè raptæ non fuissent. Eoq; suarum fœminarum~~

minarum ex Asia raptarum Persæ negant ullam se habuisse rationem. Græcos autem Lacedæmoniæ mulieris gratia, ingentem comparasse classem, deinde in Asiam profectos, imperium Priami euertisse. Atq; ex eo tempore semper existimasse sibi hostes esse Græcos. Si quidem Asiam, & quæ illam incolunt, barbaras gentes putant Persæ sibi necessitudine coniunctas: Europam uerò & Græcos à se esse disiunctos. Hunc in modum Persæ rem gestam esse memorant, & ob Ilii excidium sibi discordiæ cum Græcis extitisse principiũ comperiunt: cum quibus non consentiũt de lo Phœnices, quam negant se in Aegyptum adduxisse raptu usos, sed eam apud Argos cum nauclero ipsorum nauis habuisse rem: & cùm se grauidã esse comperisset, uerita parentes, sic uoluntariam cum Phœnicibus nauigasse, ne deregeretur. Et hæc quidem Persæ Phœnicesq; referunt. Ego uerò, utrum sic gesta sunt nécne, non pluribus persequar. Cæterum quẽ ipse noui primum incepisse inferre Græcis iniuriam, hunc indicabo, longius oratione pergens, tam paruas urbes ciuitatesq; commemorando, quàm magnas. Nam quæ olim magnæ erant, earum permultæ factæ sunt paruæ: rursus quæ mea memoria magnæ fuerunt, prius fuerant paruæ. Igitur cùm sciam humanam felicitatem nequaquam in eodem tenore perstare, utriusq; fortunæ mentionem habebo.

CROESVS genere quidẽ fuit Lydus, patre autem Halyatte, earum uerò nationum tyrãnus, quæ intra Halym amnem sunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, cõtra uentum aquilonem in mare, quod uocant Euxinum, euoluitur. Hic Croesus & barbaros domauit, quos cognitos habemus, primus Græcorum alios ad tributum pen- Croesus.

dendum adegit, alios sibi amicos conciliauit. Subegit quidem Ionas, Aeolas, & qui sunt in Asia Dores. Amicos autem sibi fecit Lacedæmonios, cum antea eius imperium uniuersi Græci liberi fuissent. Nã Cimmeriorum aduersus Ioniam expeditio, uetustior illa quidem Crœso extitit: non tamen urbes expugnauit, sed per incursiones prædas abegit: Cæterùm principatus cùm fuisset Heraclidarũ, ad genus Crœsi, qui uocabantur Mermnadæ, sic peruenit: Candaules is, quẽ Græci Myrsilum nominant, Sardium fuit tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriundus. Siquidem Heraclidarum primus Sardi rex extitit. Argon, nouissimus Candaules Myrsi filius, cùm ante Argonem, qui in ea regione regnauerant, fuissent oriundi à Lydo Atys filio, à quo totus is populus cognominatus est Lydus, cum Meon antea uocaretur. Ab his succedentes Heraclidæ, imperium ex oracuło adepti sunt, Iardana ancilla & Hercule geniti: idq; per quingentos & quinq; annos, duas & uiginti uirorum ætates tenuerunt, filius patri deinceps succedens usq; ad Candaulẽ Myrsi. Hic igitur Candaules uxorem adamabat, camq; præ amore arbitrabatur omnium fœminarum esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persuadens, apud Gygem Dascyli filium ex satellitibus suis (erat enim is maximè acceptus, & quo ministro in rebus magis arduis utebatur) speciem uxoris suprà modum extollebat. Ad quem non multo interiecto tempore (necesse nã quæ erat ei malè euenire) inquit his uerbis: Gyges, neque enim uideris mihi fidem habere referenti de coniugis specie, quòd magis incredulæ sunt hominibus aures quàm oculi, fac illam conspicias nudã. Hic autem uehementer exclamans, Quemnam, inquit, here sermonem profers haud quaquam sanum, qui me inspicere iubes herã meam nudam? Mulier cruta tunica, & uerecundiam pariter exuit. Olim iam homini-

Ad Crœsi genus quoni pãcto peruenerit principatus.

Candales Gygi uxorem suam nudam ostendit.

bus sunt

bus sunt honesta excogitata, unde discere debemus: ex quibus hoc unum est, Quæ sua sint, quenque inspicere debere. Ego uerò tibi fidem habeo, illam esse fœminarum omnium speciosissimam, teq; oro, ne me ores illicita. Atq; hæc dicendo Gyges repugnabat: pertimescens, ne quid sibi ex ea re mali contingeret. Cui uicissim ille his uerbis: Fidens, inquit, esto Gyges, caue timeas, aut me tanquam hoc te sermone tentantem, aut uxorem meam, ne quid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim, sic ego machinabor, ut illa ne deprehendere quidem possit, se abs te fuisse inspectam. Te nanque secundum fores domus, in qua cubamus, cùm apertæ fuerint, sistam. Vbi ego fuero ingressus, aderit & uxor mea in cubiculum: iuxta cuius introitum sella posita est, super quam uestes illa (ut quanque exuet) reponet, sese per multum otiũ spectandum præbens: quæ cum à sella cubitum perget ostendens inuicem terga, curæ tibi sit illinc ne te per fores abeuntem conspiciat. Gyges ubi effugere non potuit, fuit paratus: quẽ Candaules posteaquam hora cubandi uisa est adesse, in cubiculum duxit, statim hanc ad & uxor affuit, quam introẽuntem, ac uestimenta deponentem Gyges intuitus, ubi aduersa fuit illa cubitum uadens, ipse è loco prorepens foras abiit, & inter exeundum à muliere conspectus est. Hæc, ut didicit à uiro quod actum esset, neque præ pudore exclamauit, neque uisa est percepisse, habens in animo Candaulem ulcisci. Apud Lydos enim, & ferè apud cæteros quoque barbaros, magno probro est, etiam uirum conspici nudum. Ita tunc nihil aperiens mulier, silentiũ tenuit. Mox ubi dies illuxit, quos domesticorũ maximè sibi fideles intelligebat esse cùm præparasset, Gygem accersit. Hic eam nihil suspicans scire eorum quæ acta erant, accersitus uenit: quippe qui ante solitus esset ad reginam concedere, quoties

ab ea uocaretur. Vt uenit, ad eum his uerbis mulier inquit. Nunc duabus tibi præsentibus uiis Gyges, offero electionẽ in utram malis diuertere: Aut enim me pariter ac regnum Lydorum, ubi Candaulem interfeceris, aut teipsum continuò occumbere sic oportet: ne in omnib. Candauli obsequendo, posthac scias quæ te scire non decet: sed aut illum, qui ista consuluit, interire opus est: aut te, qui nudam me es conspicatus, & illicita fecisti. Ad hęc uerba Gyges parumper obstupefactus, mox obsecrare illam, ne se ad talem necessitatem adigeret alterutrum eligendi. Vbi non persuadet, sed utiq; propositam sibi necessitatem cernit, aut interimendi herum, aut per alios perèundi, elegit ut ipse superesset: atque ita percontans illam, inquit: Quando quidem me adigis inuitum ad herum meũ occidẽdum, age audiam quopacto illum adoriemur. Excipiens illa: Ecce eo, inquit, loco adoriendus erit, unde ille me nudam ostẽdit: in sopitum impetus dabitur. Posteaquam insidias instruxerunt, & nox aduenit, Gyges nihil cunctatus est (quippe cui nulla deliberandi facultas esset, sed necesse aut perire, aut Cãdaulem perimere) mulierem in thalamum sequitur, quẽ illa dato pugione subter easdem fores occulit. Vnde postmodum iste procedens, quiescẽtem Candaulem obtrũcat, uxoremq; eius & regno potitus est. Cuius rei meminit & Archilochus Parius, qui per idẽ tempus fuit, in iambo trimetro. Obtinuit autem regnum Gyges atq; possedit ex Delphico oraculo. Nam cùm Lydi indigno animo ferrent Candaulis casum, atq; in armis essent, conuenit inter hos ac factionem Gygianã, ut si oraculum respondisset hunc esse regem Lydorum, ipse regnaret: sin minus, principatum Heraclidis restitueret. Accepto q̃ se oracul o Gyges ita regnauit. Hoc tantum Pythia locuta est, Heraclidarum ultionem in atnepotem Gygis esse uẽturam. Quod car-

Gyges de esso Candaule regno potitur.

men neq;

men neq; Lydi, neq; ipſorum reges ullius momenti fe
cerunt prius, quàm exitu comprobatum eſt. Hunc in
modum obtinuere tyrannidem Mermnadæ, ſublatis
Heraclidis. Gyges tyrannide occupata, Delphos dona
ria miſit non pauca, ubi quæ ex argẽto donata uiſun-
tur, eorum pleraq; iſtius ſunt. Et præter argentum im
menſam uim auri dedicauit: poſuitq; cùm alia, tum
uerò (quod præcipua mentione dignum eſt) patera
aureas, numero ſex, pondo triginta talentorum, quæ
in Corinthiorũ theſauro collocata ſunt. Licet is the-
ſaurus (ſi uera loqui uolumus) non Corinthi popu-
li ſit, ſed Cypſeli Eetionis filii. Ita Gyges Barbarorum,
quos ipſi nouimus, primus, munera apud Delphos
poſuit, ſecundum Midam Gordii filium, Phrygiæ re-
gem. Nam & Midas obtulit regiam ſellam, in qua ſe- *Midæ ſel-*
dens iura ſolitus dicere erat, rem ſpectaculo dignam. *la Delphis*
Quod tribunal eodem quo Gyges obtulit loco, uoci- *poſita.*
tatur à Delphis Gygadas, eius uidelicet qui obtulit
cognomine. Is poſtquã imperio potitus eſt, arma in-
tulit Mileto, & Smyrnæ, urbemq; Colophonem ui ce
pit. Nec aliud ullum præclarum facinus ab eo geſtum
eſt, cũ duode quadraginta annos regnauerit. Hũc nos
his duntaxat de eo cõmemoratis, miſſum faciamus,
Ardyis eius filii facturi mẽtionem, qui poſt Gygem re
gnauit. Hic Prieneas expugnauit, Miletum oppugna-
uit: quo Sardium tyrannidem obtinente, Cimmerii
à Scythis Nomadib. eiecti, è ſedibus ſuis in Aſiam trã
ſierunt, Sardisq; præter arcem ceperunt. Ardys cũ un
decquinquaginta regnaſſet annos, ſucceſſit Sadyattes, *Sadyattes*
regnauit annis duodecim. Sadyatti ſucceſſit Halyat- *alyattes.*
tes, qui cum Cyaxare Deiocis pronepote bellauit, &
Medis: Cimmeriosq; exegit ex Aſia, Smyrnam etiam à
Colophone conditam cepit, & Clazomenas inuaſit:
unde non, quemadmodum optabat, diſceſſit, uehe-
menter euentu fruſtratus. Alia quoq; opera, cum in

imperio fuit, digniſſima memoratu edidit, quæ hæc ſunt: Bellum geſſit cum Mileſiis, à patre traditum. Nã Miletum aggreſſus obſedit in hunc modũ. Dum fruges in regione erant adultæ, tunc exercitum immittebat, procedens in expeditionem ad cantum fiſtularũ, fidiumq́, ac tibiæ tã muliebris, quàm uirilis. Cùm in agrum Mileſium peruenerat, non ædificia, quæ in agris erant, diruere, non incendere, nou fores effringere: ſed incolumes eſſe paſſim ſinere: arboribus modò, fructibusq́ regionis peruaſtatis, rurſus ſe recipiebat. Nam Mileſii mare obtinebant, ut opus non eſſet hoſti illic conſidere. Aedificia autem idcirco Lydus nou excidebat, ut & Mileſii habentes unde procederent, humum ſererent, colorẽtq́. Et cùm hoc illi feciſſent, ipſe cum exercitu ingreſſus, haberet aliquid quod popularetur. Hæc faciens undecim oppugnauit annis, per quos duo ingentia uulnera accepêre Mileſii: Vnũ in Limeneio (quod eſt ipſorum regionis) pugna cõmiſſa: alterum in campo Mæandri. Horum undecim annorum ſex adhuc apud Lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius, qui cum exercitu terram Mileſiam tũc inuaſerat, & idem bellum cõfouerat. Quinq́ reliquis eius filius Halyattes, bellum quod à patre receperat (ut à me ſuperius commemoratum eſt) intentius administrauit: in quo bello Mileſios nulli ex Ioniis ſubleuauerunt, præter Chios qui ſoli fuêre auxilio reddẽtes uicem, quòd antea Mileſii Chiis bello, quod cum Erythræis gerebant, auxilia tuliſſent. Duodecimo aũte anno incenſis ab exercitu ſegetibus, hoc rei fieri contigit, Segetes ut erant incenſæ, ualido uigente uento, celerrimè peruaſerunt Mineruæ templum cognomine Aſſeſia, quo incendio templum deflagrauit. Neque ullius momẽti ea res protinus habita eſt: ſed cùm poſt exercitus reditum Sardis Halyattes decubuiſſet, & diutius ægrotaret, Delphos miſit ad deum de ſua ualetudine

ualetudine ſciſcitatum, ſiue alieno, ſiue ſuopte conſilio ad mittendum inductus. Nuntiis cùm Delphos peruenissent, ſe reddituram reſponſum Pythia negat prius, quàm templum Mineruæ reparārint, quod in terra Mileſiorum apud Aſſeſum concremaſſent. Ita actum eſſe, ego apud Delphos accepi. Mileſii his illa addunt: Periandrum Cypſeli filium, cùm audiſſet oraculum Halyatti redditum, miſiſſe nuntium ad Thraſybulum, tunc Mileſiorum tyrannum (cuius in primis erat familiaris) admonitum, ut aliquid proſpicĕdo ſibi conſuleret in præſens. Et Mileſii quidem ita geſtum memorant. Halyattes autem, ubi hæc ipſi nuntiata ſunt, cõfeſtim caduceatores Miletum mittit ad incundas cum Thraſybulo & Mileſiis pactiones tantiſper, dum templum ædificaretur. Dum caduceator Miletum uenit, Thraſybulus (ut qui omnem ſermonem planè perſenſerat, noratq; quidnam Halyattes facturus eſſet) huiuſcemodi rẽ machinatur: Quod frumenti in urbe erat, uel ſuum ipſius, uel priuatorum, id omne in forũ congerit: præcipitq; Mileſiis, ut cùm ipſe ſignum dediſſet, cuncti potarent, & inter ſe comeſſationibus uterentur. Hæc Thraſybulus ea gratia fecit, præcepitq;, ut caduceator Sardius cernens ingẽtem frumenti aceruum effuſum, & homines oblectationibus uacantes, renuntiaret Halyatti: quod & contigit. Nam ut illa conſpexit caduceator, Thraſybuloq; Lydi mandata expoſuit, reuerſus eſt Sardis. Et ut ego audio, ob nihil aliud inter eos pacificatum eſt. Sperãs enim Halyattes uehementem penuriam rei frumentariæ Mileti eſſe, & populum ad extremum uſq; malorum deueniſſe, reuerſo illinc caduceatore, audiebat contraria, atq; ipſe fuerat opinatus. Poſthæc inter eos ita conuentum eſt, ut mutuò hoſpites eſſent, ac ſocii: proq; uno, duo delubra apud Aſſeſum ædificauit. Halyattes ipſe ex morbo conualuit. Et quæ ad bellum

Thraſybuli aſtutia.

quidem Halyattis cum Milesiis atq; Thrasybulo pertinent, ita habuêre. Periander autẽ Cypseli filius fuit,
Periander is, qui Thrasybulo indicauit oraculum, Corinthi tyrannus, cui maximum miraculum fuisse oblatum populares sui prædicant, & his Lesbii assentiuntur: Arionem Methymnæum delphino insidentem ad Tænaron fuisse euectum, qui erat citharœdorum sui seculi nulli secundus: quiq; primus hominum, quos nouimus, & fecit, & nominauit, & docuit Corinthi dithyrambum. Hunc Arionem ferunt, cùm permultum tẽporis triuisset apud Periandrum, concupisse in Italiã
De Arione narratio. Siciliam q; nauigare: rursus parta ingenti pecunia, uoluisse Corinthum reuerti: & cùm profectorus è Tarẽto esset, quia nullis magis, quàm Corinthiis fideret, nauigium uirorum Corinthiorum conduxisse. Cùm altum tenerent, illos Arioni insidiatos, ut eo deturbato, pecunia potirentur. Hoc illum intelligentem, oblata eis pecunia, mortem tantùm fuisse deprecatum. Non persuadenti nautas iussisse, aut sibi manus inferret, ut sepulturam in terra nancisceretur: aut ilico in mare desiliret: Arionem ad hanc difficultatem redactum, obsecrasse, ut quandoquidem ipsis ita placitum esset, cernerent se omni suo ornatu coopertum, stantem q; super foros, audirent cantãtem: & cùm decantasset, sibi se manus illaturum: atq; istos permittẽtes (inuaserat enim libido eos audiendi præstantissimum inter homines modulatorem) è puppe in mediam nauem concessisse. Illum induto sibi omni ornatu, ac sumpta cithara stantem super foros, inchoasse carmen, quod dicitur Orthium: coq; decantato, sese ut erat ornatus in mare iecisse. Et hos quidẽ cursum tenuisse in Corinthum: illum uerò aiunt à delphino exceptum, in Tænaron fuisse transuectum. Et cùm è delphino descendisset, Corinthum eodem habitu perrexisse, & ubi peruenit, negocium omne enarasse: &

Periandrum

Periandrum (quia non crederet) tenuisse hominẽ in custodia, ne quò prodiret: cæterũ curauisse ut nautas haberet. Eos accitos, ubi affuerunt, percontatum si quid de Arione memorarent: & referentibus, illum sospitem circa Italiam agere, fortunatumq; Tarenti se reliquisse, Arionem apparuisse eodem quo desiliisset habitu: istos terrefactos, nihil amplius habuisse quod conuicti inficiarentur. Hæc Corinthii ac Lesbii aiunt. Extatq; in Tænaro ingens Arionis ex ære donarium, super Delphinum sedens homo. Porrò Halyattes Lydus composito cum Milesiis bello, postea cùm septem & quinquaginta regnasset annos, uita excessit: qui secundus ex hac domo, cùm è morbo conualuisset, apud Delphos dedicauit grandem ex argento pateram: itemq; alteram ex ferro paruulam, compactilem, spectatione dignã, inter omnia quæ sunt Delphis donaria. Opus Glaúci Chii, qui solus omnium compactionem ferri excogitauit. Defuncto Halyatti, successit in regno Crœsus, annos natus quinque & triginta, qui primus Græcorum Ephesiis bellum intulit. Vnde Ephesii ab eo obsessi, urbem Dianę donauerunt, fune ex æde Dianę ad murum alligato. Est autem inter ueterem urbem, quæ nunc obsidebatur, & templum, septẽ stadiorum interuallum. His primis Crœsus arma iutulit: deinde carptim singulis Ionũ Aeolorumq́e, alias in alios causas prætendens, ut in quosq; maximas reperire poterat, in quosdam etiam friuola causatus. Postea uerò quã Græcos in Asia subegit ad tributum pendendum, tunc constituit ædificatis nauibus aggredi insulanos. Ad quas compingẽdas cum omnia in expedito essent, dicunt alii Biantem Prienæum, alii Pittacum Mitylenæum, cùm se Sardis contuliisset, interrogatum à Crœso, num quid apud Græciam noui esset: respondisse, quòd illum à compingenda classe inhibuit: inquit enim, Insulani sex, dum Crœsus.

rex, decem millia equorum coëmerunt, habentes in animo aduersus Sardis, atq; te, exire in expeditionẽ. Et Crœsum uera loqui ratum, dixisse: Vtinam dent dij hanc insulanis mentem in filios Lydorum ueniendi cum equis. Atque hinc excipientem dixisse: Videris mihi, rex, cupidè optasse, ut insulanos in continente adipiscaris equitantes, haud absurda spe. Verum quid aliud insulanos optare censes, quàm simul ac audierint constituisse te aduersus se classem ædificare, ut uecti Lydos in mari intercipiant: req; pro his Græcis, quos tu in continente tibi adiecisti? Hac ratione delectatum admodũ Crœsum, atque inductum (est enim uisus ille perquá scite dixisse, ut ab ædificanda classe desisteret, atque ita cum Ionibus, qui insulas incolerent, hospitium contraxisse. Interiecto tempore subactis ferme omnibus qui intra Halym colũt, præter Cilices ac Lycios, cæteros omnes Crœsus in suam potestatem redegit, qui hi sunt: Lydi, Phryges, Mysi, Mariandini, Chalybes, Paphlagones, Thraces, Octyniq;: & Bithyni, Cares, Iones, Dores, Acoles, Pamphyli. His subactis, & potentia Lydorum per Crœsum aucta, contulerunt se Sardis opibus florentes tum cæteri omnes è Græcia sophistæ, qui ea tempestate erant, pro se quisque proficiscentes, tum uerò Solon uir Athenienſis: qui cùm leges iubentibus Athenienſibus tulisset, decem annos per causam contemplandi nauigando peregrinatus est, ut ne quam legum quas cõdiderat, abrogare cogeretur. Nam hoc Athenienses ipsi facere nequibant, maximo iurciurando adacti ad eas per decem annos seruandas, quas ipsis Solon condidisset. Harum itaque legum, ac contemplandi gratia Solon peregrè profectus, in Aegyptum ad Hamasim se contulit, & Sardis ad Crœsum. Eò cum peruenisset, hospitaliter in regiam à Crœso exceptus est, tertioq; aut quarto quàm uenerat die, iussu

Solonis cum Crœso cõgressus.

iussu Crœsi ministri circunduxerunt hominem circa thesauros: omniaq́, quæ illic inerant magna, atque beata, ostentarunt. Contemplatum eum cuncta, & ut sibi opportunum erat intuitum, talibus percontatus est Crœsus: Hospes Athenienſis, quia multus ad nos rumor de te emanauit ob tuam sapientiam, tuamq́ discursationem, qui philosophando permulta uidendi gratia es peregrinatus, mihi nunc cupido incessit sciscitandi te, ecquem uidisti omnium beatissimum? Sperans uidelicet se inter homines beatissimum esse, ita sciscitabatur. Solon nihil admodum assentatus, sed ut res erat respondens: Ego uerò, inquit, rex uidi beatissimum Tellum Athenienſem. Quod dictum admiratus Crœsus, instat interrogare: Qua de re Tellum iudicas esse beatissimum? Quod, inquit, Tello in repub. benè instituta filij erant honesti & boni, eorumq́ singulis liberi, hiq́ omnes superstites: & cùm hoc uitæ, quantum in nobis situm est, bene traduxisset, obitus splendidissimus obtigit. Siquidem prælio quod Athenienſes cum finitimis gessere apud Eleusinam, hic cùm auxilio uenisset, hostemq́ in fugam uertisset, pulcherrimam oppetijt mortẽ. Quem Athenienſes quo loco occubuerat, in eo loco publicè humauerunt, magnificeq́ honorarunt. Multa de Tello ac beata Solone referente, excitatus Crœsus, interrogat, Quemnam secundum ab illo uidisset, putans haud dubiè secundas se partes esse laturum: Cleobin, inquit ille, & Bitonem: quippe his & genus Argiuũ erat, & uictus suppeditabat: ad hæc corpori robur tantum, ut & in certaminibus ambo pariter uictores extiterint, & de his ista memorentur. Cùm dies festus Iunonis apud Argiuos esset, oportereq́ omnino matrem horum ad templum ferri bobus iunctis, hiq́ boues ex agro eis ad horã præsto non essent: tunc iuuenes excluſũ tempore, iugũ subeuntes plaustrum

Tellus Athenienſis.

Cleobis & Bito.

pertraxerunt

pertraxerunt quo mater uehebatur, & quinq; ac qua
draginta per stadia trahentes, ad templum peruene-
runt. Quibus, cùm hæc fecissent, & ab omni cœtu
conspecti fuissent, optimus obrigit uitæ exitus: per
quæ Deus iudicauit, satius homini esse mori quàm
uiuere. Nam cum circunstantes Argii laudibus tolle
rent, uiri quidem consilium filiorum, fœminæ uerò
eorum matrem, quòd tales filios haberet: mater gau-
dio perfusa cũ liberorum facto, cũ fama, ante simula
crum stans precata est deam, ut Cleobi & Bitoni fili-
is suis daret id, quod optimum esset homini cõtinge
re. Post hanc precationem, ubi sacrificarunt, epulati-
qúe sunt, quiescentes in ipso delubro, non sunt am-
plius excitati, sed hoc uitæ exitu perfuncti. Quorum
effigies, tanquam uirorum qui optimi extitissent, Ar
gii factas, apud Delphos collocarunt. Et his quidem
Solon secundas beatitudinis partes tribuebat. Cræ-
sus autem conturbatus, inquit: Hospes Athenienſis,
adcóne tibi quasi nulla contemnitur nostra felicitas,
ut ne priuatis quidem uiris nos æquiparãdos ducas?
Cui ille: Me Cræse guarum, omne numen inuidum
esse & turbulentum, de rebus humanis interrogas.
In diuturno enim tempore multa uidentur quæ ne-
mo uelit uidere: & tolerantur multa, quæ nolit quis-
piam tolerare. Proponamus enim homini terminũ
uitæ ad septuaginta annos, qui anni cõstant ex uigin
tiquinque millibus ac ducentis diebus, mense inter-
calari non posito. Quod si uelis reliquum annorum
ob hunc mensem plixius fieri, ut horæ ad id q̃ deest
accedentes congruant, menses quidẽ intercalares su
pra annos septuaginta fient triginta quinq;, dies aũt
ex his mensib. mille quingẽti. Horũ dierũ omniũ, qui
sunt ad septuaginta annos, numero uiginti sex millia
ducenti quinquaginta, nullus prorsus qualem alius
rem affert. Ita igitur Cræse omnino calamitosus est
homo,

homo. Verũ tu mihi uideris & diuitijs uelde pollere, & permultorũ hominũ esse rex: sed quod me interrogasti nondũ te appello, prius quàm bene uitâ defunctum te audiero. Neque enim beatior est, qui magnis opibus præditus est, eo qui diurnum uictum habet: nisi eidem omnibus bonis prædito, fortuna cõcesserit, bene uitæ defungi. Etenim complures homines sunt perquàm locupletes, minimè tamen beati: complures item mediocria habentes patrimonia, fortunati. Quorum is qui diuitijs affluit, sed nõ beatus est, duabus tantummodo rebus antecellit fortunatum: at hic illum pluribus. Ille ad cupiditates implendas, & ad magnos casus ferendos potẽtior est: hic etsi illo inferior est in his duobus, quæ bene illi à fortuna denegantur, tamen excellit, quòd illorum inexpertus est, quòd prospera fruitur ualetudine: quòd malorũ expers, quòd bonorum liberorum parens, quòd formosus est. Qui si præter hæc diem quoq; suum rectè obierit, is est (quem quæris) dignus qui uocetur beatus: prius tamen quàm ad obitum peruenerit, nequa quã beatus appellãdus, sed fortunatus: quæ omnia cõsequi quandiu sis homo, impossibile est. Sicut nec una regio cuncta sibijpsi suppeditat: sed aliud habens, alio indiget: quæ tamẽ habet plurima, ea est optima. Quemadmodum & hominis corpus unum aliquod non est consummatum, quia aliud habet, alio uacat. Quisquis autem horum plurima perpetuò habuerit, debinc placido animo è uita excesserit, hic apud me nomine hoc ueluti rex donari meretur. Omnis rei oportet inspicere exitum, quo sit euasura: quoniã multos deus, quibus fortunas suppeditauerat, radicitus euertit. Hæc Solon neq; assentando Cræso, neq; ullius eum momenti faciendo locutus, dimittitur. Saneq; est uisus esse indoctus, qui bonis præsentibus prætermissis, iuberet omniũ rerum inspicere exitum. Post

abitum

abitum Solonis ingens deorum indignatio Crœsum excepit, id quod credibile est ei ideo accidisse, quoniam seipsum omnium hominum beatissimum arbitratus fuisset. Ei statim quiescenti somniũ oblatum est, ueritatem indicans malorum, quæ circa filium erant euẽtura. Erant autem Crœsi liberi duo: quorum alter qui mutus, inutilis erat: alter inter æquales omni iure longe primus, nomine Atys. Hunc Atym Crœso significat somniũ, fore ut ferrea cuspis traiectum interimeret. Experrectus, & secum rem uersans, somnio territus, ducit filio uxorem, solito præesse copiis Lydorum: post hac ad tale munus nunquam dimittit. Iacula & hastas, omniaq; huiuscemodi, quibus homines in bello utuntur, è porticibus amota in thalamos infert, ne quid suspensum in filium decideret. Cùm autem nuptias filii in manibus haberet, aduenit Sardis quidam calamitosus manibusq; non puris, natione Phryx, regio ex genere. Hũc, cùm ad ædes Crœsi uenisset, ex rituq; domestico, ut sibi expiari liceret, orasset, Crœsus expiauit. Modus expiandi propemodum is est apud Lydos, qui apud Græcos. Vbi legitima peregit, Crœsus percontatus est, unde ille, quisnam foret, inquiens: Homo quis tu? & unde è Phrygia profectus, domesticus mihi factus es? & quem uirum, aut quam fœminam interemisti? Ad quem ille respondit: Gordij Mida prognati sum filius, nomine Adrastus: quia fratrẽ meum ipsius imprudens interemi, adsum eiectus à patre, & omnibus rebus exutus. Crœsus inuicẽ ad eum his uerbis inquit: Ex uiris nobis amicis oriundus es, & ad amicos uenisti, hic in nostris ædibus eu manens, nullius rei indigebis. Istã porrò calamitatem quàm leuissimè ferendo, plurimum lucrifacies. Atq; ille quidem apud Crœsum domicilium habuit. Verùm per hoc idem tẽpus apud Olympum Mysũ, aper eximiæ magnitudinis extitit, qui ex

Crœsi somnium.

De morte filij.

hoc mon-

hoc monte progressus, Mysorum opera pernastabat: quemq; sæpenumero Mysi aggressi, nihil admodũ mali ei fecerant, sed ab eo acceperant. Ad extremũ missis ad Crœsum nũtiis, ita dixère: Extitit rex, apud nos maxima res aper, qui agrestia corrumpit opera, quem studiosissimè sectãtes, interimere tamẽ nõ ualemus. Nũc itaq; te obsecramus, ut nobiscum filium tuum, ac delectos iuuenes, canesq; mittas, quò belluam à regione tollamus. Hæc illis præcãtibus, Crœsus somnia memoria repetens, ita respõdit: Filij quidem mei nolite amplius facere mentionem: neq; enim cum uobis dimittã. nam est nouus maritus, & nuptiæ sunt ei nunc curæ. Lydorum tamen delectos & uenatores omnes cum canibus una mittam, mandaboq; euntibus, ut promptissimè uobiscum belluam de regione summoueãt, Hæc Crœsus respõdit. Cuius uerbis cùm cõtinenti non essent Mysij, interuenit Crœsi filius, audiitisq; quę Mysij præcarẽtur, & Crœso negante cum illis missurũ se filium, hęc inquit ad eum adolescens: Pater, quæ nobis ante hac aliquando honestissima ac magnificentissima erant, uel in bella, uel in uenationes eũdo specimen sui dare, horũ utroq; nunc exclusum me tenes, nulla in me animaduersa, neque ignauia neq; socordia? quibũsnã me oculis conspici oportet euntẽ in forum, atq; illinc reduntẽ, qualis ciuibus, qualis uxori recẽs nuptæ uidebor? cui illa uiro ui debitur nupta? Proinde me tu aut sinas uenatum ire, aut oratione psuadeas, potiora ista esse, quę facis. Cui respondens Crœsus: Fili, inquit, neq; quòd ignauiam, neq; quòd aliud quippiã iniucundũ mihi animaduerterim in te, hæc facio; sed uisum quod in somnis mihi oblatũ est, dixit te breuis æui futurũ, quippe ferrea periturum cuspide. Cuius uisi gratia & has maturaui nuptias, nec ad hoc negotiũ dimitto, obseruans si quo pacto queam te, dum uiuo, à clade subtrahere,

Crœsi filius à patre uenià petit aprum aggrediendi.

Filius enim unicus es. Nanq; alterũ auditu captũ pro nullo mihi existimo. Ad quẽ uicissim adolescens: Pater, inquit, tibi equidẽ ignosco agenti mei custodiam, qui talem uideris uisionem: uerùm tu illam non probè percipis: quam, quoniam te latet, æquum est me tibi interpretari. Ais tibi somnium ostendisse, me ferrea periturum cuspide. At uerò quænam manus sunt, quęúe cuspis ferrea, quam tu pertimescas? Nam si dentes dixisset, aut aliquo huius simili periturum me, deberes facere, quæ facis: nunc autem dixit, cuspide. Quare cùm non sit nobis pugna cum uiris, ire me sinas. Et Crœsus: Euincis me, inquit, fili ista loquens de somno intelligendo. Quapropter ut abs te uictus, tibi indulgeo, ueniamq; do eundi ad uenationem. Hæc locutus Crœsus, Adrastum Phrygem accersit, eiq; ubi adfuit, talia inquit: Ego te Adraste calamitosum (non ingrato tibi hæc exprobro) expiaui, & receptum domi habeo, omnem suppeditãs sumptum. Nunc ergo de me, qui prior de te bene meritus sum, debes inuicem bene mereri. Custodem te opus est esse filij mei uenatum proficiscentis, ne qui inter uiam occulti grassatores in uestram perniciem prodeant. Ad hæc, tua interest eò te uadere, unde splẽdor ex operib. extitit, quod tibi paternũ est, & prętera quia robur adest. Cui Adrastus: Ego, inquit, rex in istud certamen alioqui non pergerem: quem tali calamitate affectum, nefas est ad æquales se conferre fortunatos, aut uelle inter eos adesse, à qua re & frequenter meipsum cõtinui. Nũc quoniã tibi hoc in animo est, cui gratificari debeo, & gratiã referre pro beneficijs, istud exequi paratus sum: filiumq; tuum, quem me custodire iubes, expecta incolumem rediturum per custodem. Posteaquam his uerbis Adrastus Crœso respondit, mox re apparata, uiris delectis, iuuenibusq; & canibus, disceditur. Qui ubi ad montẽ Olympũ peruenere,

nere, belluam indagant, inuentam circunfusi iaculis
incessunt. Ibi hospes is, qui à cæde fuerat expiatus, &
uocabatur Adrastus, uibrato in apruin iaculo, nõ in
illum, sed frustrato ictu in filium Crœsi incidit. Ille
cuspide ictus, uocem somnii impleuit. Quod factum
quidam ad Crœso nũriandum cucurrit, peruenien-
que Sardis, pugnam illi, & filii necem indicauit. Crœ
sus morte quidem filii perturbatus, nonnihil tamen
ægrius ferebat, quòd is eum necauerat, quem expia-
set à cæde. Et cum pergrauiter cladem suam lamenta
retur, Iouem expiatorem inuocare, testificans quæ ab
hospite passus esset. Inuocare etiam hospitalem, & fa
miliarem hunc eundem nominans Deum. Hospita-
lem quidem uocans, quòd in domum excepisset ho-
spitem, percussorem filii sui ignarus se pascere: Fami-
liarem uerò, quòd quem pro illius custode misisset,
eum compererit hostilissimum. Secundum hæc, Ly-
di affuerunt, qui mortuum afferebant, post ipsum in
terfector sequebatur. Stans autem hic ante cadauer,
sese Crœso tradebat, manus protendens, iubensq; ut
se super cadauer mactaret, referendo tum priorem ca
lamitatem suam, tum quoniam suum etiam expiato
rem interemisset, sibi uiuendũ amplius non esse. Hæc
Crœsus audiens, etsi in tãto domestico luctu positus,
tamen Adrastum miseratus est, ad eumq; inquit: Ha-
beo abs te hospes omnem satisfactionem, quoniam
teipsum morte condemnas. Neq; uerò tu huius mi-
hi cladis autor es, nisi quatenus id feciſti imprudens
sed deorum quispiam, qui iam mihi uentura signifi-
cauit. Et Crœsus filium pro sua dignitate sepeliuit.
Adrastus autem Gordii filius, Midæ nepos, is, qui tũ
fratris, tum expiatoris interfector extiterat, ubi silen
tium fuit ad sepulchrum, ignoscentibus ei hominibus, ob quæ ipse grauissime afflictabatur, sese super
bustum transfodit. Crœsus filio orbatus, ingenti in

Filii Crœsi mors.

luctu duos annos egit. Quem luctum postea finiuit Astyagis Cyaxaris filii dominatione à Cyro Cambysis filio sublata, & rebus Persarum augescentibus: atque in solicitudinem uenit, si qua ratione posset potentiam Persicam prius, quàm magna efficeretur, occupare. Sub hanc statim cogitationem tentare statuit uaticinia, quæ & apud Græcos, quæ & in Africa essent, aliis aliò dimissis, quibusdam Delphos, quibusdam Dodonam, nonnullis ad Amphiaraum ac Trophonium. Fuerunt qui ierunt ad Branchidas ora Milesiæ. Atque hæc sunt Græca, ad quæ consulenda Crœsus misit, oracula. In Africa uerò ad Ammonem alios responsa petituros dimisit. Omnes autem, exploratũ oracula quid sentirent: ut si consentanea in uero deprehenderentur, secundo loco de suis tentatum mitteret, nũquid in Persas expeditionem moliretur. Mittens itaq; ad oracula tentanda Lydos, hæc dedit mandata, ut qua die profisciscerentur ex Sardibus, ab ea reliquum tempus supputantes, quotidie oraculis uterentur, scitantes, quidnam faceret Lydorum rex Crœsus, Halyattis filius. Et quod singula oracula respõdissent, id omne conscriptũ ad se referrent. Quid cætera responderint oracula, à nemine commemoratur. At apud Delphos simul atq; ingressi sunt Lydi domum, consulturi deum, & scisciturari quod sibi esset iniunctum, Pythia hexametro tenore hæc inquit:

Crœsus scisciatũ mittit oracula ad Persas inuadendos

Pythiæ oracul.

Noui ego quis numerus sabuli mensuraq; ponti:
Mutum percipio, fantis nihil audio uocem.
Venit ad hos sensus nidor testudinis acris,
Quam simul agnina coquitur cum carne lebete,
Qui supereſt stratus, stratũ cui desuper est æs. Vel,
Noui ego arenarum numerum spatiumq; profundi. Vel,
Noui ego arenati numerũ, modios & aquai. Vel,
Aequoris est spatium, numerus mihi notus arenæ.

His ora-

His oraculis quæ Pythia reddidit conſcriptis, Lydi digreſſi Sardis rediere. Cumq; alii quos circummiſerat Cræſus affuiſſent, tunc ſingula aperiens, quod ſcriptum eſſet inſpexit: quorum quidem nullum probauit. Vbi autem illud Delphicum audiuit, protinus adorauit, atq; admiſit, exiſtimans ſolam eſſe apud Delphos uaticinationem: quippe quæ compererat quod ipſe feciſſet. Etenim poſtea quàm ad petenda oracula nuntios dimiſerat, obſeruato ex omnibus diebus præcipuo, tale quiddam eſt machinatus, commentando eã, quæ ad deprehendendum, & ad differendum ardua forent. Teſtudinem pariter & agnum cõciſos in aheno coxit, operculo aheneo impoſito. Atq; ita è Delphis Cræſo reſponſum eſt. Ex Amphiarai uaticinio quidnam reſponſum ſit Lydis, cũ in ſacro illo ritè ſacrificaſſent, non queo dicere: nam de eo nil fertur aliud, quàm q & hoc Cræſus uerax eſſe uaticinium exiſtimauit. Poſt hæc ingẽtibus hoſtiis Deum, qui eſt apud Delphos, exorandum ſtatuit. Immolauit enim pecora, quæ fas eſt immolari, numero tria millia. Fulcra & aurea argenteaq;, ad hoc phialas aureas, & amictus purpureos, ac tunicas ingẽti pyra extructa concremauit, ſperans aliquanto magis his rebus propitiari Deũ. Iuſſis etiã Lydis omnibus, ut ſua ipſorũ quicquid tale haberet quiſq;, immolaret. Quo ex ſacrificio cũ immenſa uis auri defluxiſſet, ex ea dimidiatos lateres deformauit, longiores (ut inſcripſit) ſex palmorũ, breuiores triũ, craſſitudine palmari, numero centum decem & ſeptem: quorum quatuor erant auri excocti, ſinguli pondo duorum & dimidii talenti: cæteri uerò albidi, pondo binũ talentorũ. Fecit leonis quoq; effigiẽ ex auro excocto decem talẽtorum pondo, qui leo dum templum Delphicum deflagrauit, à ſemilateribus decidit, ſuper illos enim erat collocatus, & nũc in Corinthiorũ theſauro repoſitus eſt.

Cræſi ſacrificium & donaria

pondo ſex talentorum atq; dimidii, eliquatis tribus talẽtis ac dimidio. Hæc Cruſus ubi perfecit, Delphos miſit. Cumq; eis hæc alia, duas grandi forma pateras, auream argenteamq; : quarum aurea intrantibus templum ad dexteram poſita erant, argẽtea ad ſiniſtram. Quæ & ipſæ cum templum incenſum eſt, amotæ fuerunt, aureaq; in Clazomeniorum theſauro poſita, pondo talentorum octo & dimidii, præterea uinarum duodecim: argentea ad ſuggrundam anguli templi, ſexcentarum amphorarum capax: in quam miſcebatur uinum à Delphis Theophaniæ feſto. Opus, ut Delphi aiunt, Theodori Samii, ut & ego arbitror. Non enim mihi uidetur opus temere factum. Miſit præterea dolia argẽtea quatuor, quæ in Corinthiorum theſauro ſtant. Donauit item aquiminaria duo, aureum, argenteumq; : quorum in aureo ſupraſcriptum eſt, donarium eſſe Lacedæmoniorum: non rectè ſupraſcriptum, quoniam & hoc Cræſi eſt. Sed quidam Delphorum gratificari Lacedæmoniis uolens, inſcripſit: cuius nomen ego cognitum habens, non tamẽ promã. Verùm puer, per cuius manus fluit aqua, Lacedæmoniorum eſt, ſed eorum neutrũ aquiminare. Alia quoque cum his permulta Cræſus dona miſit non inſignia. Item fuſilia ex argento orbiculata: necnon mulieris ſimulacrum tricubitale, quod Delphi narrant eſſe effigiem piſtricis Cræſi. Super hoc donauit uxoris ſuæ monilia à collo pendentia, ac zonas, quæ Delphos Cræſus tranſmiſit. Amphiarao inſuper, cuius & uirtutem audiſſet, & cladem, donauit clypeum ex auro totum, totamq; ex auro ſolido cuſpidem, & xyſtũ cum ſuis iaculis aureum: quæ ambo ad meam uſque memoriam apud Thebas repoſita fuerunt in Iſmenii Apollinis templo. Hæc dona Lydis, qui portaturi ad oracula erant, Cræſus iniunxit, ut interrogarent, nunquid aduerſus Perſas Cræſus ſumeret expeditionem, & num

& num aliquorum hominum auxilia aſciſceret. Lydi ubi eò, quò demittebantur peruenerunt, donariis oblatis, oracula conſultarunt, inquientes: Cræſus Lydorum, aliarumq; nationum rex, iſta in hominibus ſola eſſe uaticinia ſentiens, idcirco digna dona dat, uosq; percontatur, nunquid aduerſus Perſas proficiſci debeat in expeditionem, & num quem ſocialem aſciſcere exercitum. Atq; hi quidem hæc interrogauerunt. Oraculorum autem in idem concurrebant ſentẽtiæ, prædicentes Cræſo, fore ut ſi arma Perſis inferret, magnum imperium euerteret. Conſulebant tamẽ, ut potentiſsimos quoſq; Græcorum ad comparandos ſibi ſocios exquireret. His reſpõſis relatis, atq; auditis, Cræſus ita elatus animo eſt, ut omnino conciperet ſpem ſe euerſurum eſſe imperium Cyri: ac rurſus mitteret Delphos ad Pythiam dona in ſingulos uiros, quos illic multos eſſe audiebat, binos aurì ſtateres. Ob quæ munera Delphi uiciſſim Cræſo Lydiſq; donauerunt primas in conſulendo oraculo partes, primumq; in ſedendo locum, atq; immunitatem, & ius perpetuum cuiq; eorum uolenti adſcribi in numerum Delphorum. Donis Cræſus proſecutus Delphos, tertiò uaticinium popoſcit, quòd uidelicet illud uerax ſibi eſſe cõperiſſet. Popoſcit autem, nunquid diuturnum foret imperium ſibi. Cui Pythia in hæc uerba reſpondit.

Regis apud Medos mulo iam ſede potito,
Tunc ad ſcrupoſum fugere Hermum ſtrenue Lyde,
Nec perſtare, nec ignauum te eſſe pudendum.

Delphicũ oraculum Cræſo redditum.

His ex uerſibus, cum allati eſſent, multo magis quàm ex cæteris uoluptatem Cræſus accepit, ſperans fore ut nunquam apud Medos mulus pro uiro regnaret: & proinde nec ipſe nec poſteri ſui principatu abrogarẽtur. Poſthæc putauit ſibi curandum, ut potiſſimos Græcorum ſibi conciliaret. Idq; ueſtigando, compe-

Atheniensium origo.

rit Lacedæmonios atque Athenienſes eos eſſe, quòd alteri in Dorico genere, alteri in Ionico antecellerẽt. Nam de his ita antea iudicabatur, cùm ab initio altera gens foret Pelaſgica, altera Hellenica, hoc eſt, Græca: quarum hæc nunquam ſolum mutauit, illa aſſiduè multumq; eſt peruagata. Etenim ſub Deucalione rege oram Phthiotidem incoluit, ſub Doro Hellenis filio tractum qui ad Oſſam & Olympum iacet, nomine Ilſiæotim, unde à Cadmęis eiecta, coluit in Pindo locum quem uocant Macednum. Rurſus in Dryopidem cõmigrauit, atq; ita in Peloponneſum uenit, Doricaq; cognominata eſt. Qua lingua Pelaſgi ſint uſi affirmare non poſſum, ſed cõiectura ſignorum licet dicere eaudẽ, qua nunc Pelaſgi uruntur, qui ſupra Tyrrhenos urbem Creſtonem incolunt, quodam tempore finitimi eorũ qui nunc Dores uocantur, tunc incolentes regionẽ, quę nunc Theſſalia nominatur, & Placiam, & Scylacen, cum Pelaſgi habitarent ad Helleſpontum, qui contermini Atheniẽſium erant: aliaq; omnia Pelaſgica oppida nomẽ immutarũt. Quib. ſiquis coniectãres oportet dicere, Pelaſgos barbara lingua fuiſſe uſos: & ſi tota gẽs Pelaſgica talis erat, gentẽ Atticam utpote Pelaſgicam, cum in Hellenes, id eſt, Græcos trãſijt, linguam ſimul iſtorum perdidiciſſe. Etenim neq; Creſtoniatarum loquela cum ullo finitimorum populorum cõſentit, & Placianorum ne ſecum quidem ipſa. Per quod declarant, quam linguæ formam obtinebant, cùm in hæc loca tranſierunt, eãdem ſe nunc retinere. At natio Hellenica, id eſt, Græca, ex quo extitit, eadem lingua ſemper eſt uſa, ut mihi uidetur: quæ cùm eſſet imbecillis, quòd ex Pelaſgica fuit abſciſſa, & ab exiguo initio ꝓfecta, mox in multas gentes aucta eſt, tum aliarum, tum præcipuè barbararum frequentia ſe ad illam conferente. Quæ cauſa mihi uidetur fuiſſe, cur gens Pelaſgica, quòd Græca eſſet,

esset, nequaquam magnos profectus fecerit. Ex his igi tur gentibus Atticam Crœsus audiebat obtineri, oppressamq; esse à Pisistrato, Hippocratis filio. Hic enim ea tempestate tyrannus Athenis erat. Cuius patri cũ privatus spectaret olympia, ingens cõtigit portentũ. Nam cùm hostiam immolasset: abena (ut imposita erant) plena & carne & aqua, absq; igne efferbuerunt, ita ut aqua redundaret. Quod portẽtum conspicatus Chilon Lacedæmonius, qui forte aderat, suasit ei primum, ne uxorem fœcundam duceret domum: secundo loco, si uxorem haberet, eiiceret: & si quidem ex illa filium sustulisset, abdicaret. Huius cõsilio non persuasus Hippocrates, hũc postea Pisistratum filium sustulit, qui in seditione littoraliũ, quibus præerat Megacles Alcmæonis filius, & campestrium, quibus præerat Lycurgus Aristolaidi filius, tertiam seditionem excitauit, tyrannidem affectans, contractisq; seditiosis per causam tutandi montanos, huiuscemodi rem machinatur: seipsum ac par mularum cùm uulnerasset, agitauit illas in forum tanqnam elapsus ex hostibus, quem rus proficiscentem illi prorsus interimere uoluissent. Orare populum, ut aliquid custodiæ circa se habere permitterer, cùm prius specimen sui in expeditione declarauerit, qua contra Megarcas præfuerat, capta Nisæa, aliisq; præclaris operibus editis. Populus Atheniensis ita deceptus, dedit ei quosdam è ciuibus delectos pro satellitibus, non qui hastas, sed clauas ferrent, Pisistratum sectantes. Cum quibus ille impetu facto arcem occupauit, & inde Atheniensium imperio potitus est: nullas neque dignitates, quæ erant, perturbans, neq; consuetudines transferens, sed cõstitutis adhærescens, urbem bene atque commodè exornauit. Eum tandem non multo post tempore milites Megaclis, & Lycurgi, qui idem senserant, eiecerunt. Hunc in modum Pisistratus pri-

Portẽtum de futuro Pisistrato.

Pisistrati affectatio tyrannidis.

mum Athenas, tyrannidemq; nondum ualde ſtabilitam, amiſit: cuius eiectores rurſus inter ſe ſeditiones redintegrauerunt: qua ſeditione Megacles agitatus Piſiſtratum in miſſo caduceatore inuitat, nunquid uelit ſiliam capere uxorem. Accipiente conditionem Piſiſtrato, initur conſilium de illo reſtituendo, res ut ego interpretor longè ſtultiſſima. Quoniam inde à priſcis temporibus reſponſum erat Græcam gentem dextériorem eſſe, quàm barbaram, & magis à ſtolida ſtultitia alienam: etſi Athenienſes inter Græcos ferantur ſapientia principes, ex quibus fuerunt iſti, qui talia ſunt machinati. Erat in tribu Pæania mulier nomine Phya, tribus digitis minus ſtatura quatuor cubitum, alioqui formoſa. Hanc mulierem omni armatura cùm inſtruxiſſent, in currumq; ſuſtuliſſent, compoſitam in eum habitum, quo uenuſtiſſima uidẽda eſſet, in urbem agunt, præmiſſis præconibus emiſſariis, qui cum in urbem uenirent, hæc mandata excequerẽtur, ut dicerent: Athenienſes, bona mente excipite Piſiſtratum, quem Minerua ipſa præcipuo inter homines honore proſecuta, in ſuam reducit arcem. Et hi quidem paſſim uadentes talia prædicabant, ſtatimq; rumor emanauit in tribus, Mineruam reducere Piſiſtratum. Qui in urbe erant, credentes mulierem ipſã deam, feminæ ſupplicauerunt, [illegible] & Piſiſtratum acceperunt. Hunc in modum, [illegible]cimus, recuperata tyrannide Piſiſtratus, ex p[illegible]one quã inierat cum Megacle, illius filiam duxit uxorem. Verùm cũ & filii eſſent ei adoleſcentes, & qui orirandi forent ex Alcmæone, dicerentur obnoxii eſſe crimini piaculari nolens ex nouo coniugio liberos tollere, haud legitimè coibat cum uxore. Quam rem cùm illa primum occultaſſet, poſtea ad matrem retulit, enuntiaret id, nec ne. Mater uiro indicauit. Id iſte iniquo animo ferens, ſe à Piſiſtrato cõtumelia affici (ut erat iratus) mi-

Megacles. Piſiſtratus arce recuperat tyrã nidem.

lites

lites homini infensos reddidit. Quæ fieri Pisistratus contra se animaduertens, regione prorsus abscessit, et ubi Eretriam peruenit, unà cum filiis deliberat. Et cũ sententia Hippiæ præualuisset de tyrannide rursus recuperanda, aliquot ciuitates excitauerunt, quæ ipsis nonnihil beneuolæ erant. Et cum aliæ complures pecuniæ multum contulerunt, tum uerò Thebani plurimum. Post hæc non ita multò interiecto tempore, omnia ad reditum eis in expedito fuerunt. Nam & ex Peloponeso Argiui aderant, mercede conducti, & Naxius quidam nomine Lygdamus, qui ultro accurrens, plurimum studii exhibuit, allatis & pecuniis & copiis. Profecti ex Eretria, anno undecimo uertente redierunt, & primum in Attica Marathonem occupauerunt. Ad quos interea ibi castra habentes, cùm seditiosi ex urbe se conferebant, tum alii ex tribubus confluebant, quibus erat tyrannis quàm libertas iucundior, atq; ita congregabantur. Dum Pisistratus pecuniam cogit, & Marathonem tenet, Athenienses qui intra urbem degebant, rem nullius momenti fecerunt. Ac ubi acceperunt eum ex Marathone urbẽ uersus mouere, ita demum ad se defendendos obuiã tendunt. Et dum isti cum omnibus copiis infesti in illos, & illi circa Pisistratum è Marathone digressi cõtra urbem irent, & in eundem locum conuenissent, perrexerunt ad Mineruæ Pallenidis fanum, altrinsecus; arma posuerunt. Hic diuina pompa fũgens Amphilytus Acarnan, uir ariolus, Pisistratum cui assistebat adiit, atque hæc hexametro carmine uaticinatus est inquiens.

Pisistratus iterum tyrannide deiectus. iterum affectat.

Est nummus proiectus, item sunt retia tenta,
Nocte meant thynni claro sub sidere lunæ.

Oraculũ pisistrato redditum.

Hoc ille oraculum diuino afflatus spiritu reddidit: Quod oraculum Pisistratus coniectans, & se accipere affirmans, in Athenienses urbe egressos, copias ducit.

At illi

At illi tunc ad prandium se conuertérãt, & secundũ prandium partim ad talos, partim ad somnũ. In hos impetu dato hi qui cum Pisistrato erãt, in fugam uertunt. Quibus fugientibus solertissimum consilium Pisistratus excogitauit, ut Athenienses nec amplius congregarentur, & dissiparentur. Pueros iussos conscendere equos præmittit, qui assequendo fugientes mandata Pisistrati dicerent, iuberentq; eos bono animo esse, et ad sua quenq; abire. Ita audientibus dicto Atheniensibus, Pisistratus tertiò potitus Athenis, tyrãnidem stabiliuit tum auxiliariorum copiis, tum pecuniarum prouentibus, partim indidem, partim à flumine Strymone comparatis. Filios quoq; eorum Atheniensium qui perstiterãt, nec è uestigio fugam fecerant, pro obsidibus sumptos in Naxum transtulit. Hanc enim insulam bello subegerat, Lygdamoq; permiserat, cùm ante hæc etiam Delum insulam ex oraculis expiasset. Expiauit autem sic: Quatenus prospectus à templo ferebatur, eatenus ex omni loco mortuos effodit, & in alium eiusdem insulæ locum transtulit. Igitur Pisistratus tyrannide potitus est Atheniensium, aliis in prælio cæsis, aliis unà cum Alcmæonidis domo profugis. Hunc ita Atheniensibus imperantem ea tempestate Crœsus audiebat. Lacedæmonios quoque magnis è cladibus creptos, & iam Tegeatibus bello superiores esse. Quippe sub Leonte & Hegesicle in Sparta regnantibus, cum cætera bella prospere gessissent, in Tegeati tamen succubuerũt. Nam iam inde ante istos ferè ex omnibus Græcis pessime morati fuerant, tam circa se, quam circa hospites, nullo consuetudinis, conuersationisq; commercio, quæ iustituta in melius mutauere, Lycurgo inter Spartiatas probato uiro, Delphos ad oraculum profecto. Cui statim atrium ingresso Pythia hæc inquit:

Ad mea uenisti præpinguia templa Lycurge,

Pisistratus tertiũ potitur tyrãnidem.

De Lacedæmoniis

Lycurgus legislator

Grate

Grate Ioui, et cunctis qui tecta tuentur olympi.
Ambigo uaticiner sis utrum uirue deusue:
Sed multo magis esse deum te spero Lycurge.

Nonnulli præter hæc aiunt Pythiam ei disseruisse institutа, quæ nũc à Spartiatis seruantur. Ipsi tamen Lacedæmonii uolunt Lycurgum, cùm esset tutor & ide patruus Leoboti Spartiatarum regis, è Creta hæc attulisse. Siquidem cùm primum tutor factus est, omnia iura immutauit: deditq; operã, ne quis ea præteriret. Deinde quæ ad bellum pertinerent, iusiurandũ, conuentus, comessationes, super hæc instituit tribunos plebis, ephoros, ac senatores. Ita illi ad rectum uitæ genus translati sunt à Lycurgo: quem uita defunctum, delubro ædificato egregie colunt. Ex quo cum bonitate soli, tum nõ exigua hominum copia discurrerunt statim, ac bene rem gesserunt. Nec amplius cõtenti otio frui, cùm se Arcadibus præstantiores esse arbitrarentur, de omni illorum terra occupanda oraculum Delphicũ consuluerũt. Quibus Pythia respõdit:

Me petis Arcadiam, multis petis, haud tibi tradã.
Multi apud Arcadiam uescentes glande uiri sunt
Qui te reijciẽt, tibi ego haud inuidero quicquam.
Saltandam Tegeam planta plaudente daturus,
Vtq; queas campum metiri fune feracem.

Pythiæ captiosum oraculũ Lacedæmoniis.

Hæc responsa ubi accepere Lacedæmonii, à cæteris Arcadibus abstinentes, bellum intulere Tegeatibus ferẽtes secum cõpedes, uidelicet captioso freti oraculo, tanquam essent ipsi redacturi Tegeatas in captiuitatem. Verùm congressi prælio ac fugati, quicunque eorum uiui sunt capti, eisdem quas ipsi attulerunt compedibus indutis, campum Tegeatem metiti fune coluerũt. Compedes quibus uincti fuerant, ad nostram usque memoriam incolumes fuere circa templum Minervæ Aleæ, apud Tegeam suspensæ. Atque superiore quidem bello Lacedæmonii aduersus Tegeatas assi-

duè sem-

Lacedæmonij in Tegeatas consulũt oracula.

duè, semper male pugnauerant: Cræsi tamen ætate, & Anaxandridæ Aristonisq; regum suorum, longè superiores contra eosdem extiterunt, hunc in modum tales effecti: Cum semper in bello à Tegeatibus repellerentur, missis Delphos consultoribus, oraculum sunt scisciti, quemnam deorum placarent, ut Tegeatum victores existerent. His Pythia respondit, id fore, si ossa Orestis. filii Agamemonis referrent. Cuius urnam cum nequirent inuenire, rursus ad deum mittunt de loco sciscitatum, in quo situs Orestes esset. Hæc nuntiis interrogantibus ita Pythia inquit:

Est pars Arcadiæ Tegeæ in regione patenti.
Hic duo flant uenti ui peruehemẽte coacti.
Forma hostis formæ, & plagæ superaddita plaga.
Hic Agamennonides terra omniparente tenetur,
Quo tu sublato Tegeæ superabere victor.

Vbi hæc audierunt, nihilo tamen minus inuentione frustrabantur, et si omnia disquirentes, donec Liches unus Spartiatarum, eorum qui benemeriti uocantur, comperit. Sunt autem benemeriti, ex ciuibus semper militia equestri perfunctis, quini quotannis, qui quo anno ex equitibus Spartiatis exeunt, ne torpescant, alii aliò mittũtur. Ex his Lichues cum esset, rem apud Tegeam adinuenit, fortuna pariter atq; solertia usus. Nam cum Tegeates à Lacedæmoniis hoc anno commercio mutuo adeundi essent, & iste in ærariam officinam uenisset, intuebatur ferrũ dum producebatur. Quo in spectaculo admirabundum animaduertens faber ferrarius, intermisso opere, Quanto magis Lacõ, inquit, hospes admirarere, si idẽ quod ego, tu nosses, qui tantopere admiraris ferrariũ opificium? In hac enim corte puteũ facere cum uellem, incidi in sepulcrum septem cubitorũ: & quia incredulus

Orestis ossa Spartã portata.

dulus eram omnino fuisse maiores quàm nunc sunt homines, aperui uidiq; mortuum æquali atq; sepulcrum longitudine: quam ubi mensus sum, iterum obrui. Hæc illo referente quæ uiderat, Liches considerans, coniectauit hunc ex oraculo esse Orestem, hac uidelicet coniectura: Duos quidem quos cernebat ex cusoris folles, totidem comperit esse uentos. Incudẽ uerò & malleum formam formæ hostem: ferrum uerò quòd procuderetur, plagam superinditam plagæ, hac ratione coniectabat, quòd in plagam hominis ferrum inuentum est. Hæc itaq; secum agitans, Spartam regressus, rem omnem Lacedæmoniis refert. Illi ex composito hominem ceu criminis conuictum, exilio damnant. Qui in Tegeam profectus, & calamitatem suam referens fabro cõducit ab eo, nolenti uẽdere, cortem. Ibiq; aliquandiu habitans, ubi rem cognouit, effosso sepulcro ossa tollegit, eaq; portãs Spartam rediit. Ex eo tempore Lacedæmonii quoties cũ Tegeatibus congressi sunt, superiores extitere, Adeo ut multum iam Peloponnesi eis parêret. Hæc itaque omnia Crœsus audiens, misit nuntios Spartam cum muneribus, ad rogandam belli societatem, iussos dicere quæ oporteret. Ii postquam peruenerunt, Nos aiunt, Crœsus misit Lydorum aliarumq; gentiũ rex ita inquiẽs: Lacedæmonii, quoniam deus oraculum reddit, ut Græcam mihi societatem adsciscerẽ, & uos inter Græcos antecellere audio, statui uos mihi in societatem ex oraculo prouocandos, ad ineundam mecũ quam cupio amicitiam atq; societatem, citra dolum fraudemq;. Crœsus hæc per legatos nuntiauit. Quorũ aduentu Lacedæmonii qui & ipsi oraculum audierãt gauisi fœdus cum eis hospitii societatisq; inierunt. Et enim iam antea intercedebant nonnulla Crœsi in Lacedæmonios beneficia. Nam cùm illi misissent Sardis ad aurum coẽmendum, quo usuri erant in id simulacrum,

Crœsus Spartam nuntios mittit ad ineũdam societatẽ

mulacrum, quod nunc positum est apud Laconicam in Thornace Apollinis, eo auro sunt à Crœso donati. Qua de re Lacedæmonii, quod & se amicos ille delegisset, societatem admiserunt: & hoc denuncianti se se paratos exhibuerunt. Quod ubi fecerunt, pateram aheneam labiorum tenus frequentibus animalibus exlatam, triginta amphorarum capacem, dono afferebant, uolentes Crœsum remunerari: sed eam Sardis non pertulerunt, propter alterutram harum (quę feruntur) causarum. Lacedæmonii quidem aiunt hanc pateram cum ferebatur Sardis, cùm Samum appulsi essent, à Samiis fuisse interceptam. Qui cognita re, nauibus istos longis aggressi fuere. Ipsi uerò Samii aiunt Lacedæmonios, qui pateram portabant, sero uenientes, cùm audissent Crœsum captum esse cum Sardib. illam in Samo uendidisse, uiris priuatis, qui eam Iunonis templo dedicauere, & illos qui uendidissent, Spartam reuersos, forsitan dixisse à Samiis sibi fuisse ereptam. De patera ita res se habet. Crœsus clusus oraculo, aduersus Cappadociam exercitus comparabat, spe & Cyrum & potentiam Persicam euertendi. Cui in hac apparanda expeditione occupato, Lydus quidam nomine Sandanis, & antehac pro circunspecto habitus, & ob hanc quam dixit sententiam plus nominis apud Lydos consecutus, hũc in modum Crœso consuluit. Aduersus tales uiros expeditionem paras rex, qui corcacea subligacula, qui è corio reliquũ uestem ferunt, qui non quibus uolunt cibis uescũtur, sed quos habent, utpote regionem asperam incolentes. Ad hæc potu non uini utuntur, sed aquæ: non ficos ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes: quibus cum nihil sit quod eripies, si uiceris; sin uictus fueris, animaduerte quot bona amittes. Vbi gustauerint illi nostra bona, circunsistent nos, nec abigi poterunt. Equidem diis habeo gratiam, qui nõ induxerunt

induxerunt in animum Persis, ut Lydos inuaderent. Hæc locutus, non tamen Crœsum persuasit. Etenim Persis antequam Lydos subigerunt, nihil erat neque lautum neque oppiparum. Porrò Cappadoces à Græcis Syri nominantur, & erant hi Syri, antequam Persæ imperitarent, ditionis Medorum, tunc autem Cyro parebant. Siquidem imperium Medicum ac Lydũ diterminabat fluuius Halys, qui ex Armeno monte proflues, primum Cilicas, de hinc Matienos, qui sunt ad dexteram, & Phrygas, qui sunt ad læuam: tum borea uersus tendens, Syros, Cappadoces, Paphlagonesq; interfluit: Cappadoces à dextra, Paphlagones à sinistra perstringens. Ita flumen Halys, cuncta ferè superiora Asiæ à mari, quod Cypro obnoxium est, ad Euxinum usque Pontum dirimit, dorsum omnis regionis longitudine quinque dierum itineris uiri expediti. Aduersus Cappadociam Crœsus cum exercitu proficiscebatur, cupidus cum hanc partem soli fœcundi suo adijciendi, tum uel magis fiducia oraculorũ Cyrum ulciscendi, propter Astyagem Cyaxaris filium, Medorum regem, affinem suũ, quem Cyrus Cambysis filius prælio uictum ceperat. Erat autem Crœso Astiages hunc in modum affinis: Apud Scythas pecuarios cum esset seditio, caterua quædam eorum secessit in terram Medicam, qua tempestate Medorum tyrannus erat Cyaxares, Phraortis filius, Deiocis nepos: qui Scythas hos tanquam supplices initio benigè alloquebatur, ac plurimi faciebat, adeò ut pueros eis traderet imbuendos, tum lingua Scythica, tum artificio arcus urendi. Interiecto deinde tempore, cum Scythæ uenatum assiduè irent, & semper afferrent, nonnunquam tamen contingebat ut nihil caperent. Quos ita reuertentes manibus inanibus, Cyaxares (erat enim, cùm ingenti tenebatur ira, peracerbus) probris insectabatur. Id illi ut se indignum à Cyaxare pati

Halys fluuius.

Crœso Astyages, quomodo affinis.

non ferentes, consilio habito decreuerũt aliquem eo
rum puerorum quos docerent, trucidare: instructũq;
(ut feras instruere consueuerant) Cyaxari offerre qua
si ferinam. Idq; cum obtulissent, quàm celerrimè se
ad Halyattem Sadiattis filium Sardis conferre, quod
& factum est. Nam & Cyaxares, & qui aderant conui
uæ, ex his carnibus gustauerunt, & Scythæ perpetrato
hoc, Halyatti se supplices præbuerunt: quos postea re
poscenti Cyaxari, quòd Halyattes reddere abnuerat,
bellum inter Lydos Medosque quinquennale consla
tum est. Quo in bello aliquoties Medi uictores extite
runt, & nocturnum quoddam prælium gesserunt. Se
xto anno signis collatis, cum æquo Marte certarent,
stante acie contigit, ut repente dies nox efficeretur.
Quam immutationẽ huius diei futuram Thales Mi-
lesius Ionibus prædixerat, hunc annum præfiniens,
quo immutatio facta est. Lydi ac Medi ubi diem no-
ctescere uiderunt, à pugnando destiterunt, eoq; pro-
pensius ad pacem inter se constituẽdam festinarunt,
autoribus conuentionis Syennesi Cilice, & Labyne-
to Babylonio, qui ut iusiurandum intercederet, &
reconciliatio affinitate fieret, properarunt, decernen
tes ab Halyatte Arienam filiam Astyagi Cyaxaris filio
nuptum dandam, quoniam sine uehementi necessi-
tate conuentiones stabiles iniri non queunt. Ine-
unt autem hæ gentes fœdera cum cætera ritu Græco-
rum, tum feriendo brachia qua illa humeris conne-
ctuntur, ac mutuum sanguinem delingendo. Hunc
igitur Astyagem auum suum maternum, Cyrus bel-
lo uictum tenebat, ob eam quam in sequentibus in-
dicabo causam. Quo nomine Crœsus ei intentus,
num inferret Persis bellum, ad oracula miserat. Et
cum responsum rediisset haud syncerum, secum face
re interpretans, in expeditionem profectus est aduer-
sus Persarum partem. Atque ubi ad Halym flumen
perueuit,

peruenit, tunc (ut ego quidem sentio) pontibus qui nunc sunt, copias transduxit: ut autem Græci dictitant, Tales Milesius traductor extitit. Nam cùm incertus animi Crœsus foret, qua parte fluminis traiiceret exercitum (nullos dum enim eorum fuisse ea tempestate pontes) fertur Thales qui in his castris aderat, fecisse ut fluuius, qui ad lęuam exercitus fluebat, flueret etiam ad dexteram. Fecisse autem hunc in modum, Fossam peraltam, exorsus supra castra, ut erant metata, à tergo amplecteretur. In quam cum traduxisset ex pristino aluco fluuium, iterum cum ubi exercitus traiectus esset, in suum alueum refunderet. Itaque cum celerrimè fluuius deductus esset, utrinque uado meabilis effectus est. Quidam aiunt ueterem omnino exaruisse alueum: cui rei equidem non accedo. Quo enim modo qui rursum redierunt, illum transierunt? Crœsus exercitu traiecto uenit in Cappadocię locum, qui dicitur Pteria, omnium eius regionis tutissimum, iuxta urbem Sinopem, ferè ad pontum Euxinum sitam. Hic statiua habens, prędia Syrorum uastat, & urbem Pteriorum expugnat, diripitque. Cepit quoque cunctas circà urbes, Syros nihil commeritos exterminans. Hinc Cyrus coacto suo exercitu, sumptisque omnibus qui in medio incolebant, obuiam pergit: missis tamen antequam exercitum educeret, caduceatoribus ad Iones tentandas, ut se à Crœso deficerent. Illis abnuentibus, profectus castra contra Crœsum posuit, ibidemque in regione Pteria pro se uterque alterum lacessere. Commissaque acri pugna, & multis utrinque cadentibus, ad extremum noctis interuentu dirimuntur neutri uictores. Atque hunc in modum duo exercitus dimicauerunt. Crœsus à suo exercitu incusatus quòd cum Cyri multo maioribus copiis conflixisset,

Thales Milesius Crœsi exercitum traiecit.

Crœsi et Cyro pręlium.

postero die cum Cyrus ipsum superfederet inuadere, regressus est Sardis, habens in animo euocare Aegyptios ex fœdere: quorum cum rege Hamasi antè, quam cum Lacedæmonijs societatem iniisset: accersere etiam Babylonios, cum quibus & ipse fœdus percussserat. Erat autem Babyloniorum tyrannus ea tempestate Labynetus. Denunciare item Lacedæmonijs, ut ad certam diem præsto essent. Hisq; & suis copijs coactis, ubi per hyemem quieuisset, initio statim veris tendere aduersus Persas. Hæc destinans Cræsus, abit Sardis, dimissisq; caduceatores ad socios, edicens uti ad quintum mensem Sardis conuenirent. Exercitū uerò quod aderat ex militibus conductis, qui cum Persis dimicaret, missum fecit, ac dissipauit: minime credens unquam fore, ut Cyrus qui sic æquo marte pugnasset, Sardis copias promoueret. Hæc Cræso ratiocinante, omnia suburbia colubris impleta sunt. Quos ut existebant, equi inter ambulandum cum ad pascua irent, comedebant. Id Cræso cernenti (ut erat) uisum est esse portentum, ideoque mittendum ad conjectores Telmisses. Qui missi sunt ad consulendos Telmissas, ubi accepere responsum, dicereque quid sibi vellet significaretq; portentum, non contigit ut Cræso renunciarent. Nam prius quàm retro Sardis reuherentur, Cræsus est captus. Telmisses ita cognouerãt exercitū externum Cræso illuc affuturum, qui cum afforet, indigenas subigeret, quod dicerent colubrum terræ filium esse: equum, hostem & aduenam. Hæc Telmisses Cræso sunt interpretati, sed iam capto: nondum tamen gnari eorum quæ circa Sardis ac Cræsum erant. Cyrus certior factus, Cræsum qui statim post prælium apud Pteriam gestum abscesserat, constituisse dispergere copias, consilio habito comperiebat operæpretium esse, quàm maturrime posset, promouere exercitum Sardis, ut hostem prius, quàm ille conuaheret

Portentū Cræso obiectum.

traheret iterum Lydorum copias, occuparet. Hoc ubi probauit, executus est: propereq; ducto in Lydiam exercitu, ipse nunctus Cræso aduenit. Vnde Cræsus in magnam solicitudinem adductus, quòd præter opinionem, præterq; expectationem suam se res haberẽt, tamen Lydos in prælium producit. Lydorum gente in Asia nulla fuit ea tempestate nec fortior, nec magis strenua. Ex equisq; pugnabat equitandi sanè peritia, hastas perlongas gestans. Campus in quo concursum est, ante urbem Sardensem iacet, magnus & editus: quem cum alij amnes interfluunt, tum omnium maximus Hermus palude interruptus, qui è monte Hiro matris Dindymenæ lapsus, infunditur mari iuxta Phociam oppidum. Hic ubi vidit Lydos ad pugnandum instructos, Cyrus eorum equitatum reformidans, constituit admonitu Harpagi viri Medi, ita faciendum: Coactis omnibus qui ipsius exercitum sequebantur, camelis uel frumentum vel vasa portantibus, sarcinas detraxit, viros imposuit equestri stola indutos, quibus ornatis præcepit ut præirent cæteras copias aduersus Cræsi equitatum, peditatus ut hos subsequeretur. Post hunc collocat omnem equitatũ. Postquam omnes constituit, imperat eis ne cui exterorum Lydorum parcerent: sed quemcunq; occiderent obsistentem, præter ipsum Cræsum, ne si captus quidem repugnaret. Hæc imperans, camelos contra equitatum instruit hac ratione, q camelũ equus reformidat adeò quidem, ut nec speciem eius intueri, nec odorem sentire sustineat. Id ideo commẽtus est, ut equitatum Cræsi, quo ille se præualiturum confidebat, inutilem redderet. Simulatque in pugnam ium est, equi olfactis protinus conspectisq; camelis, retrò se auertunt, unde spes Cræsi interijt. Verũ non protinus Lydi ob id exterriti sunt, sed cogita re, ab equis desiliunt, ac pedites cum Persis confligunt. Multis tamen

Cræsi alterum cũ Cyro prælium.

aliquandiu utrinq; cadentibus, tandem uertũtur in fugam. Muros ingressi, à Persis obsidebantur. Quam obsidionem iu longius processuram ratus Crœsus, alios nuncios è muris mittit ad socios. Nam qui antea dimissi erant, hi conuentum Sardis ad quintum mẽsem indixerant. Ad hos dimittebat oratum, quam celerrima auxilia mitti sibi, utique iam obsesso. Et cũ ad alios socios misit, tũ uerò ad Lacedæmones. Per id tempus & ipsis Spartiatis inciderat cum Argiuis cõtentio, de agro qui dicitur Thyrea. Quem locum etsi terræ Argolicæ partem, tamen Lacedæmonii interciſum tenebant. Etenim Argiuorum est, quicquid regionis Malea tenus ad occasum uergit in continente: & insulæ tum aliæ, tum uerò Cythera. Cum ergo Argiui suo territorio interciso auxilium ferrent, ibi ab utrisque in colloquium uentũ est, ut treceni utrinque dimicarent: & utri superiores extitissent, eorum regio foret: atque ambo exercitus in suam uterque terram discederent, nec permanerent dum dimicaretur, ea scilicet causa, ne si adessent, parti succumbenti auxilium sui ferrent. His conuentis in diuersa digrediũtur. Ex utriſq; delecti uiri qui relicti sunt cõflixerunt: atq; illis quidem ut æquo Marte pugnantibus, ex sexcentis tres omnino reliqui fuerunt: & id noctis interuentu, ex Argiuis duo, Alcenor & Chromius, qui tanquam uictores Argos cursu contenderunt: ex Lacedæmoniis unus Othryades, qui spoliatis Argiuorum cadaueribus, eorum arma ad suorum castra detulit, & se in suo ordine tenuit. Postero die utriq; re audita affuerunt, sibiq; uictoriam uindicabant. Argiui quidem, quòd suorum plures superfuissent, dicentes: Lacedæmonii uerò, quòd eorũ qui superarant illi fugissent, suus perstitisset, & hostium exsos spoliasset. Ex contentione tandẽ cõcurrentes pugnant, ac postquam permulti utrinque ceciderunt,

Argiuorũ cum Spartiatis contentio de agro.

Lacedæmo-

Lacedæmonii uincunt. Quo ex tẽpore Argiui tonsis capitibus, cũ antea criniti essent, necessario legẽ condiderunt, se deuouentes ne prius comã alerent, néue mulieres aurũ ferrent, quàm Thyreas recuperassent. His è diuerso legẽ tulere Lacedæmonii, in posterũ comati essent, cum antehac non fuissent. Othryadem, qui unus ex trecentis delectus reliquus fuisset, aiunt pudore Spartã reuertendi ob socios interfectos, illic apud Thyreas mortẽ sibi consciuisse. Cum hæc esset apd Spartiatas rerũ cõditio, aduenit caduceator precatum Cræso obsesso auxilia. Illi caduceatore audito statuerunt Cræso statim succurrendũ. Quibus iã se apparantibus, ac nauibus paratis, alius affertur nuncius, murũ Lydorũ expugnatum, Cræsumq; uiuũ esse captũ. Sic Lacedæmonii magno se affectos detrimento rati, supersederunt. Sardis aũt hunc in modũ sunt expugnatæ. Quartodecimo quã obsideri cœptæ sunt die, Cyrus missis passim equitib. per suas copias edicit, se dona daturũ ei, qui primus muros conscendisset. Posteaquã id conato exercitu res non ꝓcessit, ibi quiescentibus cæteris, Mardus quidã cui nomẽ erat Hyrœades, id aggredi est ausus, à parte arcis, ubi nullus ad excubandum erat collocatus, quia illinc nequãdo urbs caperetur haud suspectũ erat, utpote loco prærupto atq; inexpugnabili: quaq; parte solũ ne Leonem quidem Meles primus Sardius rex circumtulerat, ex pellice sua genitũ: qui Leo quacunq; parte murorũ circumlatus esset, ex ea parte Sardis inexpugnabiles fore Telmisses iudicauerant. Eum Meles per cæterã partẽ murorũ circunduxit, quacunq; poterat arx oppugnari, per hanc partẽ, tanquã inoppugnabilem atq; præcisam, circunducere prætermisit, quæ ad Tmolũ fluuiũ uergit. Ab hac igitur parte Hyrœades ipse Mardus conspicatus quendam Lydum pridie descendisse ad recipiendã galeam illuc deuolutam,

Sardis expugnat Cræsus.

Mardus.

luram, aduertit animum atque considerauit, dehinc ipse conscendit, & post eum alij Persę subinde atque alii frequẽtes. Ita urbs Sardis capta est, atq; omnis direpta. Circa ipsum autem Crœsum hoc contigit. Erat ei filius, cuius superius habui mentionem, habilis ad cætera, sed mutus. In cuius uitium emendandũ Crœsus pro uiribus omnia fecerat, cum alia excogitando, tum uerò Delphos mittendo ad oraculum sciscitandum, atq; ei Pythia talibus respondit:

Oraculũ de Crœsi filio muto

Lyde genus rex multorum ualde inscie Crœse,
Nec cura gnati exoptatam audisse loquentis
Intra ædes uocem, sine qua potior tibi longe,
Ille die quoniam primùm infelice loquetur.

Captis mœnibus quidam Perses in Crœsum sibi ignotum ut occisurus uadebat. Quem inuadentẽ se Crœsus cum uideret, tamen præsenti clade affectus deuitare negligebat: nihil putans differre, an percussus oppeteret mortem, an non. Id ubi filius eius mutus aspexit, timens patri, erupit in uocem, inquiens: Homo, ne perimas Crœsum. Atque hoc ille primùm effatus, postmodum per omne uitæ tempus uocalis extitit.

Crœsus captus ad Cyrũ ducitur.

Persæ & Sardibus potiti sunt, & Crœso uiuo, cum regnasset annos quatuordecim, totidemq; dies fuisset obsessus, amisso magno imperio, ut ei fuerat responsum. Eum captum Persæ ad Cyrũ perduxerũt, quem ille uinctum compedibus, super ingẽtem quam struxerat, lignorũ struem imponit, circaq; eum bis septẽ Lydorum filios, siue habens in animo primitias has alicui deo offerre, siue uolens uotum persoluere, siue cupidus sciendi num quis dæmonum liberaret Crœsum, quem religiosum esse audierat, quo minus pyræ impositus uiuus conflagraretur. Hæc quidẽ Cyrũ fecisse aiunt. Crœso autẽ super pyram stanti, etsi in tanta calamitate posito, tamen ueniisse in mentem Solonis, quod ab eo sibi nutu dei fuisset dictum, ex uiuen-

K tibus

tibus beatum esse neminem. Quod dictũ ubi subijt Crœso, ferunt eum ex uehemẽti defectione animi uictum, ingemiscentem ter Solonem nominasse: & Cyrum cum audisset, iussisse interpretes eum percontari, quemnam inuocaret. Illosq; accedentes fuisse percontatos, & hunc interrogatum silentium egisse. Deinde cũ loqui cogeretur, dixisse: Illũ nominaui, qui ut omnes tyrannos alloqueretur, ego quàm ingentẽ pecuniam, præoptarem. Eum non plane loquentem, rursus interrogat, quodnam esset quod dixisset. Efflagitantibus atque instantibus interrogatione, inquit, quemadmodũ Solon qui esset Atheniensis, ad ipsum à principio uenisset, & intuitus omnes eius opes coràm pro nihilo duxisset. Adeò quæ de ipso dixerat, ea omnia euenisse: neq; hæc magis de se ipso, quã de omni hominũ genere, & de his præsertim, qui sibiipsis beati uiderentur. Hæc Crœso referẽte, iam pyra incensa ardere extrema cœpisse, & Cyrum auditis per interpretem quæ Crœsus dixisset, pœnituisse: cum se quoque hominẽ esse cognosceret, qui alium hominem, qui se inferior non fuisset opibus, uiuum rogo traderet. Præterea ueritum ob id pœnam, ac reputantẽ, nihil esse rebus humanis stabile, iussisse ignem celerrime extingui iam incensum, Crœsumq; deponi & quæ circa eum erant. Verùm eos qui ignem iam conabantur extinguere, nõ eualuisse. Ibi Crœsum cognita per Lydos Cyri pœnitentia, cùm cerneret unumquenq; extinguendo deuoluendoq; igni incumbentem, nihil tamen profici, exclamando inuocasse Apollinem, ut ipsi adesset, si quod ab eo donum illi gratũ fuisset oblatum, ipsumq; præsenti malo liberaret. Ita cum lacrymis Crœso deum inuocante, nimbos repẽtè, cùm serenum ac tranquillũ esset, confractos esse, imbresq; erupisse, ac uehementissima aqua pluisse, & rogum extinxisse. Ita Cyrum cognito deorum cultorẽ ac bo-

Crœsus struit rogum. Solonem reclamat.

num uirum esse Crœsum, è pyra deposuisse, atq; hunc in modum interrogasse: Crœse, quisnam tibi hominum persuasit, ut cum exercitu inuaderes terrā meam, ex amico sis factus hostis? Cui Crœsus: Ego, inquit, rex istud feci tuo prospero, meo infausto fato, Græcorum deo authore, qui me ad bellum tibi inferendum impulit. Neque enim quispiam ita amens est, ut bellum quàm pacem præoptet. Nam in pace filij patres, in bello patres filios sepeliunt. Sed ut ista fierent, dæmoni cordi fuit. Hæc Crœsus locutus est, quem Cyrus solutum iuxta se collocauit, ac multa sanè obseruantia habebat: intuēsq; eum admirabatur tam ipse, quàm omnis circà cœtus. Ille cogitabundus silentium tenebat. Mox conuersus, ac cernens Persas Lydorum diripientes urbem: Vtrum debeo, inquit, rex tibi loqui quod sentio, an tacere hoc tempore? Cyrus uerò cum quæcunque liberet audaster proloqui iussit. Tunc ille Cyrum percontatur: quidnam, inquit, tanta frequentia properat agere? Cui Cyrus: Tuam, inquit, urbem diripere, tuasq; opes absumere. Atqui Crœsus excipit: Neq; urbem meam diripis, neque meas opes. Nihil enim mihi iam cum istis rebus est, sed tua ferunt, aguntque. His uerbis infecta cura, Cyrus Crœsum semotis arbitris interrogat, quidnam in his quæ fierent, sibi constituendum censeret? Ad quem Crœsus: Quoniam me dii seruum tibi tradiderunt, iure debeo, si quid amplius animaduerterо, id tibi indicare. Persæ, ait, natura proterua sunt, & iidem inopes. Quos si diripientes tu ac potientes magnis opib. negligis, id tibi ex hoc credibile est euenturum: ut quisque istorum plurimis opibus potietur, ita maximè in te rebellaturū esse expectandum est. Nunc igitur, si tibi placent hæc quæ ego dico, ita faciro: Siste ad singulas portas aliquot ex tuis satellitibus custodes, qui uetent exportari opes, ut earum

Cyrus Crœsum soluit.

tarum decimæ Ioui necessariò reddantur. Ita neque tu odium illorum contrahes, ui opes eripiendo: & ipsi agnoscentes se iusta agere, non inuiti facient. Hæc audiens Cyrus, maiorem in modum gauisus est tali admonitu, eaq; uehementer approbauit: & iussis satellitibus id exequi quod Crœsus ipsi subiecisset, his uerbis eum affatus est: Crœse, quandoquidem & facta & dicta tua egregia uiri regis sunt, pete quid mu neris à me uelis in præsentiarum tibi dari. Ad quem Crœsus: Here, inquit, fine me gratum esse erga deum Græcorum, quem ego maximè omnium ueneratus sum, ut missis ad eum his uinculis percontet, nunquid ei fas sit bene de seipso merentes decipere. Et Cyro interroganti quidnam id esset quod incusaret, altius repetens omnem suum aperuit animum, redditaque sibi oracula, & præcipuè donaria sua, quibus rebus fretus suscepisset aduersus Persas expeditionem. Hæc commemorando rediit rursus ad petendam ueniam, id deo exprobrandi. Ad quem ridens Cyrus: Et hoc, inquit, Crœse à me impetrabis, & quicquid aliud, atque id quoties tibi opus erit. Vbi hæc audiuit Crœsus, Delphos misit quosdam Lydorum, iussos cum ad limen templi uincula deposuissent, sciscitari deum, nunquid eum puderet ob oracula, quibus induxisset ad bellum Persis inferendum, tanquam Cyri potentiam euersurum: unde tales primitiæ offerrentur, compedes scilicet ostendendo: sciscitari cum hæc, tum nunquid Græcis diis foret fas esse ingratis. Lydis illuc profectis, & hæc mandata executis, Pythia fertur ita respondisse: Sortem fato destinatam defugere, deo quoque est impossibile. Crœsus quintæ retro ætatis crimen luit, hoc est, abaui: qui cũ esset satelles Heraclidarũ, mulieris dolo inductus, dominum interemit: illiusq; dignitate potitus est, nihil ad ipsum pertinẽte. Verùm Apollo cum studuerit ut hæc Sar-

Crœsus mittit ex probratũ Apollini fraudẽ oraculorum.

hæc Sardium clades circa liberos Crœsi, nõ circa Crœsum contingeret, tamen transferre fata non potuit, sed quatenus illa permiserunt, annixus est, atque ei gratiam retulit, utpote dilata Sardium expugnatione tres annos. Et hoc Crœsus discat, tribus annis, quã fata destinarant, serius se fuisse captum. Secundo loco, quòd ipsi ardenti opem tulit. Nam quod ad oraculum pertinet, haud rectè Crœsus incusat: quoniã Apollo prædixit, eum esse magnum imperium, si bellum Persis inferret, euersurum: de qua re ipsum consultare uolentem, decuerat mittere sciscitatum, utrum ipsius Apollo diceret imperium, an Cyri. Sed cum dictum nec cõsiderauerit nec interrogauerit, sibiipsi acceptum referat. Quod autem ultimo responso ait Apollinem dixisse de mulo, ne hoc quidem discussit. Nam mulus hic, Cyrus erat: quippe qui duabus ex gentibus ortus est, generosiore matre quàm patre. Nam illa quidem Meda erat, Astyagis Medorum regis filia: hic autẽ Persis & Medis subiectus: & licet omnium infimus, tamen dominam suam in matrimonium duxit. Hæc Lydis Pythia respondit, quæ illi Sardis reuersi, Crœso nunciarũt. Quibus auditis Crœsus suam ipsius agnouit culpam esse, nõ dei. De Crœsi imperio, & prima Ioniæ subactione ita res habent.

Crœsi donaria. Porrò Crœsi non hæc solũ quæ iam diximus, sed alia quoque permulta donaria in Græcia extant. Siquidem apud Thebas Bœoticas tripus aureus, quem illic Apollini nuncupauit Ismenio. Apud Ephesum quoque buculæ aureæ, atque columnæ pleræque. Quin etiam in protemplis apud Delphos clypeus visitur aureus & ingens, atque hæc etiamnum ad nostra usque tempora supersunt, nonnulla tamen interciderunt. Ac uerò quæ apud Branchidas Milesiorum à Crœso dedicata, pondere (quantũ intelligo) æqualia fuerant his, quæ in Delphis extant. Cæterùm ea quæ

ad Del-

ad Delphos simul & Amphiarai misit templum, hæc sibi uelut peculiaria, paternarumq; facultatum primitias diuis consecrauit. Quandoquidem cætera donaria è facultatibus erant aduersarij, qui Cræso priusquam regno inauguraretur, repugnans, Pantaleontis partibus impensè studebat, hunc in regni potestatem prouchere conatus. Pantaleon enim & ipse Halyattis filius, erat Cræsi frater, at non germanus: matres enim habebant diuersas. Nam Cræsus matre fuit Caira Halyattis uxore: Pantaleon ex Iade fuit susceptus. Ac uerò ubi tradito à patre imperio Cræsos potiretur, hominem illum qui antè sic pertinaciter sibi restitisset, occursantem forte in fullonis officinam pertractum interemit. Bona autem eiusdem iam antè diuis destinata, dictis modis iam illuc suspendit. Atque de donarijs intantum dictum sit. Porrò Lydia quod scribatur, nihil sanè mirandum habet, ut aliæ regiones, præter auri ramenta è Tmolo prouenientis. Vnum tamen nobis exhibet multo maximum, præterquè tam Aegyptiorum, quàm Babyloniorum opera in primis admirandum. Est Halyattis Cræsi parentis ibidem sepulchrum, cuius basis è grandioribus est lapidibus, reliqua sepulchri pars aggestio terræ. Quod sepulcrum cõstruxisse feruntur homines emptitij atque operarij, & unà cum his adiuuantes ancillæ. Ad nostram usq; ætatem tumuli summitas quinq; terminis distinguitur, quibus literæ insculptæ indicant, q quinque hic laborauerint. Apparetq; ancillarum opus esse maximum. Lydorum enim filiæ omnes meretricantur, atq; hoc nimirum quæstu tantisper dotem colligunt, dum nubiles ipsas se efferant. Sepulcri huius ambitus stadiorum est sex, & duorum iugerum: latitudo iugerum tredecim. Contiguis est eidem sepulcro lacus ingens, quẽ Lydi referunt esse perẽnẽ. Vocatur autem Gygæus, atque hoc quidem sic habet.

Halyattis sepulchrũ

Lydi

Lydorum mores & colonia.

Lydi legibus propemodum utũtur Græcorũ similibus, nisi quòd Lydi filias suas patiuntur prostitui. Hi primi eorum duntaxat quos nouimus nummum aureum argenteumq; ad uendum percusserunt, & primi cauponas instituerũt. Aiunt & ipsi se ludos inuenisse, qui etiamnum apud Græcos cum illis cõmunes sũt, simul autem hæc inuenisse, & in Thyrreniam, hoc est, Thusciã colonos deduxisse, id quod hunc in modum accidisse referunt: Tempore Atydis, Manis regis filii, annonæ difficultas per uniuersã Lydiam ualde grassabatur, adeò ut Lydi qui tum miserè degebãt, non cessantes remedia huic malo quærere, alius aliud excogitauerint: inuentumq; tunc ab iisdem aleæ tesserarumq; ludum, & pilæ cæterorumq; ludorum omnium genera, præterquam talorum. Horũ enim inuentionem sibi non uendicãt Lydi. Porrò ad famem discutiendam, altera quidem dierum in totũ lusibus occupabantur, ne uidelicet ciborum quærendorum solicitudine distorquerentur: altera uerò à lusibus abstinentes, pascebãtur. Atq; hoc modo uixerũt annis duodeuiginti. Vbi autem malum istud magis atq; magis ingrueret, factum est ut rex Lydos bifariã diuideret: & hos quidem in sedibus suis permitteret, illos uerò aliquò ablegaret colonos. Ac uerò his qui in sedibus suis permanerent, rex ipse pergeret imperare: illis autem qui deducendæ coloniæ destinati erãt, filium suũ præficeret, cui nomẽ Tyrrheno. Hi è Lyda excedentes, primùm diuerterunt Smyrnã. Hîc mox fabricatis nauigiis, nimirũ quibus ea quæ nauigationi accommoda uidebantur, imponerent: ad uictum sedesq; quærendas oram soluisse, donec uarias nationes pertranseuntes, ad Vmbros peruenissent. Vbi ciuitatibus constructis, hactenus habitauerunt. Atque à Lydis, propter regii filii, qui eos deduxit, nomenclaturam, nomen quoque commutarum, nominatosq; Tyrrhenos.

Tyrrhenos. Et Lydi quidem à Persis in seruitutem redacti. Hinc iam nobis exequetur oratio, cum Cyrum qui Cœsi euertit imperium, quisnam fuerit, tũ Persas qui Asiam subegerunt. Igitur quemadmodũ quidam memorant Persarum, non qui res Cyri illustrare, sed prout illa se habent, referre student: ita ego conscribam, gnarus trifarias alias esse de Cyro narrandi uias. Assyriis annis quingentis uiginti superiorem Asiam obtinentibus, primi Medi ab ipsis deficere cœperunt: qui ubi cum Assyriis fortè pro libertate contenderent:, strenuos se uiros declararunt, excussoq; seruitutis iugo, in libertatem sese asseruerunt. Post quos & aliæ nationes idem fecerunt, quod iam successerat Medis. Cæterùm ubi iam per continentem in uniuersum propriis uterentur legibus, hac demum occasione rursus tyrannidi sunt subiecti. Fuit apud Medos uir sapiens, cui nomen erat Deioces, filius Phraortis, qui cum ad tyrannidem aspiraret, huiusmodi quædam excogitauit. Cum Medi per uicos passim habitarent, is Deioces cùm antè apud suos probatus, tum magis studiosiusque æquitatem affectitabat uendita batque, quòd uideret apud Medos uniuersos magnã quandam licentiam, sat sciens quòd æquitati iniquitas esset inuisa. Medi uerò qui eundem habitabant uicũm, intuentes hominis mores, iudicem ipsum controuersiarum sibi constituunt. Hic ut qui principatũ ambiret, rectum se æquumque exhibuit. Quæ cum faceret, laudem apud populares suos obtinuit haud quaquam exiguam, adeò ut hęc intelligentes qui apud cęteros pagos habitabant, nempe quòd Deioces solus esset qui incorruptè iudicaret, lęti undecũque affluerent, & quotquot prius iniquis sententiis fuerant superati, ad Deiocẽ & ipsi lites finiendas trãsferrẽt: postremò nulli alii hãc prouinciã permitterẽt. Ac uerò ubi numerus accurrentiũ creuisset, q cognouisset

Medorum ab Assyrio defectio.

Deioces Medus tyrannidẽ uí affectat.

sent sententias iustè terminari, Deiocesq; animaduer-
teret uniuersa in se unum incumbere, neq; amplius
illic considere, ubi prius ius dicere consueuerat, uole-
bat: neque omnino iudicare amplius. Siquidem non
è re sua esse inquit, si totos dies rebus suis domi negle
ctis, dirimendis litibus operam impenderet. Cum igi-
tur rapinæ sceleraq; passim per uicos multò etiam im-
punius quàm prius patrarentur, factum est ut Me-
di habito concilio, inciperent de communi rerum sta-
tu tractare. Et quantum mihi uidetur, Deiocis amici
ex composito in hanc sententiam loquebantur: Ne-
quaquam, hisce modis utendo, hãc nostram regionẽ
poterimus diu habitare. Agite igitur, constituamus
nobisipsis regem, ut uidelicet ditio nostra bonis legi-
bus administretur: & nos ad sua quisq; opera diuer-
tentes, nusquam impunitate sceleratorũ uiolemur.
Quę cùm sic referrentur, persuasi Medi regibus sese
subijciunt. Continuo consultatum est, quemnam re
gem crearent. Deioces adeò ab omnibus commenda
tus productusq; in medium, ut omnium suffragio rex
comprobaretur. Ille uerò iussit ædificia sibi erigi im-
perio digna, stipatoresq; ad custodiam corporis sui
adiungi. Huic Medi hæc præstiterunt, eiq; ædifica
ingentia, probeq; munita extruxerunt, permiseruntq;
satellites ex uniuersis Medis quos uellet, sibi deligere.
Deioces uerò cum imperio potiretur, Medos
compulit unum oppidum condere, atq; hoc uno cõ-
munito exornatoq;, aliorum non ita magnam curam
habere. Obsequentibus quoque hac in re Medis, mœ-
nia construit ampla simul & ualida ea, quæ nunc Ec-
batana appellantur, in quibus murus unus alteri ue-
luti consinis erat. Sic nimirum constituris mœnibus,
ut ambitus singuli alteris gradatim essent sublimio-
res, solisq; primis prominerent. Adiuuabat hoc loci
ipsius commoditas, ut qui collis instar esset eleuatus,

Ecbatano rum con- structio.

Accef-

Accessit etiam maius quiddam data opera factum. Siquidem ambitus isti numero erant septem cõtingui, in quorum postremo regia erat & thesauri. Hæc mœnia cum amplissima sint, magnitudine prorsus illum Athenien sium æquant ambitu. Atque singulæ quidẽ pinnę suis atq; hunc in modum distinctis fulgent coloribus. Nempe primi ambitus pinnæ colore sunt albi canti, secũdi nigro, tertij purpureo, quarti cæsio, quinti sandaraciuo. Postremi uerò duo, alter argentatas, alter inauratas habebat pinnas, atq; hisce munimentis Deioces se suamq; sepiebat regiam, ac reliquum populum iussit seorsum circumquaq; habitare. Cæterũm uniuersis ad hunc ornatum constructis, primus Deioces cauit ne quis ad regem ingredi permitteretur, sed per internuncios cuncta transigerẽtur, adeò ut nec conspici regem à quoquam fas esset. Ad hæc, ne ridere nec expuere, propterea quòd omnibus factu deformia essent, coràm licere. Hæc ideo faciunt apud regem, ne uidelicet cum cernentes, æquales & unà cum eo educati indoleant atq; insidientur, quin aliud potius uideatur ipsis coràm non contuentibus. Vbi uerò Deioces iam adornasset constabilisset q; tyrannidem, in exercenda iustitia seuerus erat & incorruptus. Etenim disceptantibus intro ad se accersitis, lites terminabat, eosdemq; rursus dimittebat: atq; hæc circa causas faciebat. Quantum autem ad alia attinet, si quem audiret iniurium, hunc ad se ascitũ indicta pro delicti modo pœna multabat, in quẽ usum exploratores auscultatores q; destinauit per uniuersam regionem, cui præerat. Deioces autem solam Medicam subegit nationẽ, eiq; soli imperauit. Cuius nationes tot numero gentes sunt, Buse, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budi, Magi. Tot sunt in Media gentes. Deioce defuncto qui annos tres & quinquaginta regnauit, filius eius Phraortes suscepit imperium. Qui solo imperio Medorum

Deiocis Persarum regis instituta.

Phraortes Medorum rex.

dorum non contentus, bellum ante omneis intulit Persis, cosq; primus in potestatem Medorum redegit. Quibus nationibus potitus, ualida utraq;, mox Assyriam subegit, aliam deinceps atq; aliam inuadendo gentem, donec ad Assyrios oppugnandos perueniret, ad eos Assyrios, qui Ninum incolebant, quondam omnium principes, sed tunc à socijs per defectionem desertos, alioqui per se bene habentes. Aduersus hos expeditionem sumpta Phraortes, secundo ac uicesimo quàm regno potitus est anno, cũ pleraq; exercitus parte perijt. Post obitum eius Cyaxares filius, Deiocis nepos successit, qui dicitur multo quàm maiores sui fuisse præstantior, & primus Asiæ populos in prouincias distinxisse, primusq; in suum quosq; ordinem distribuisse, hastatos, sagittarios, equites, cum prius omnia promiscua fuissent, atq; implicita. Hic & cum Lydis prælium fecit, quod prælium cum fieret, dies nox effecta, & omnem trans Halym flumẽ Asiam sibi subiecit. Collectis omnibus quibus imperauit, castra mouit ad urbem Ninum, simul & patrem ulturus, & urbem ipsam euersurus. Commodum hunc obsidentem Ninum, adoritur Scytharum numerosus exercitus, cui Madyes præfuit Scytharum rex, filius Protothyæ. Hi inquam trãsgressi in Asiam, cũ Cimmerios ex Europa pepulissent, persequentibus deinde illis, fugam capessunt, atque sic in Medicam penetrauerunt. Est enim à lacu Mæotide ad Phasim usq; atq; Colchos, expedito uiatori iter triginta dierum. E Colchis uerò non ita longus progressus in Medicam. Sed una duntaxat natio media est Saspires, quos ubi transieris, continuò occurrit Medica. At Scythæ sanè hac non eruperunt, sed per aliam uiam longè superiorem deflectentes, ad dextram Caucasum montem reliquerunt. Hic Medi cum Scythis congressi, prælioq; fusi, Asiæ imperium amiserunt. Porrò Scythæ uniuersa Asia potiti, hinc rectà in Aegyptũ contenduut,

Cyaxares Medorum rex.

Scythæ Asia potiti.

contendunt. Fortè iam Syriam Palæstinam ingressus Psammitichus occurrit Aegypti rex, & muneribus precibusq; contendens, effecit ne ulterius progrederentur. Scythæ ubi retrocedentes in urbe essent Palestinæ Ascalone, bonaq; parte Scytharum nullam iniuriam inferente, pauci aliquot relicti Veneris Vraniæ fanum depeculati sunt, inter cętera (quantum equidem scio) huius deæ fana uetustissimum. Siquidem quæ in Cypro est eiusdem deę ædes, ex hac nata est: id quod ipsi etiam referunt Cyprij. Quinetiam illud apud Cytheros delubrum ex hoc Syriæ à Phœnicibus erectum proditur. Ac uerò dea ipsa templi spoliatoribus, eorumq; prolibus morbum immisit theliam, ut simul & ipsi fatentur Scythæ, se uidelicet illo morbo ob id laborare, & uidere licet apud Scythas hunc morbum curantes, quos Enareas appellant Scythæ. Postquam uerò uigintiocto annis Asiæ imperium Scythę obtinuerunt, omniaque iam penè ex negligentia, licentiaque depopulata essent. (nam præter tributum exactionesque, extorquebant, diripiebantque à quibuslibet quæcunque possidebant) tandem horum potiorem partem Cyaxares atque Medi hospitio acceptam inebriataque interemerunt. Et sic quidem Medi recuperarunt imperium, receptis ijs quibus prius potiebantur, & Ninum expugnauerunt. Vt autem ceperint, in alijs scriptis indicabo, Assyriosque excepta Babyloniæ parte subegerunt. Post hæc Cyaxares cum quadraginta annis unà cum Scythis imperasset, uita functus est. Huius regnum suscepit Astyages filius. Hic filiam sustulit, appellauitque eam Mandanen. Quæ uisa est ei per quietem tantum urinę facere, ut omnem ipsius urbem oppleret, atque uniuersam Asiam inundaret. Quod somnium quum magis somniorum interpretibus exposuisset, conterritus est, singula quæque ab illis edoctus.

Scythæ morbo infestatur ob sacrilegiũ

Medi imperium recuperant.

Astyages.

Ideoq; uisum hoc reformidans, Mandanen iam uiro maturam, nulli Medorum qui ea dignus esset, tradendam statuit, sed Persæ cuidam nomine Cambysi, quē compertum habebat familia quidem boua ortum: ceterùm ingenio sedato, gerentemque se multo infra mediocris Medi alicuius conditionem. Eodem quo Cambysi collocauerat filiam anno, uisionem alteram uidit. Videbatur ei ex genitalibus filiæ uitis enasci, quæ omnem occuparet Asiam. Quod uisum cùm retulisset ad interpretes somniorū, filiam iam pregnantem & partui uicinam, ex Persis accersit, eiq; cum uenisset, custodiam apponit, uolens quòd illa edidisset, interimere. Etenim magi somniorum interpretes, uisionem illam portendere dicebant Astyagi, prolem filia pro ipso regnaturam. Hæc igitur obseruans Astyages, ubi genitus est Cyrus, adscito Harpago familiari suo, & inter Medos fidissimo, atque omnium rerum suarum procuratori, hæc inquit: Harpage, negotium quod tibi iniungo cauc prætermittas, aut ullo modo exequi supersedeas: neue committas ut alios præponendo, postea tibiipsi perniciem crees. Capito quem Mandane peperit puerum, in domumq; tuam ferto, atque occidito: postmodum quoquo modo uoles, ipse sepelito. Cui respondit ille: Neque aliàs unquam rex huic uiro rem iniunxisti ingratam, & in posterum dabimus operam, ne quid in te delinquamus. Quod si tibi cordi est hoc ita fieri, mea interest id industriè exequi. Hæc cum respondisset Harpagus, eiq; puer traditus esset, ornatus ad necem, contulit se domum flens, adiensq; uxorem, refert omnem habitum secum ab Astyage sermonem. Ad quem uxor: Quid igitur, inquit, facere tibi in animo est? Ego uerò, respondet uir, quanquam Astyages mãdauit, etiã si despiciet, peiusq; insanier quã nunc insanit, non tamen eius uoluntati parebo, neque ad hanc necem obsequar: idq;

Cyri natiuitas.

multis

multis de causis, tum qđ puer ipsi mihi cognatus est, tũ quòd Astyages grãdis natu est, & uirili prole orbus: quo defuncto, si tyrannis ad eius peruentura est filiam, cuius nunc filium per me interimit, quid aliud restat hinc mihi quàm periculum maximum? Enimuerò tutelæ meæ causa expedit hunc puerum interire, sed per aliquem ipsius Astyagis, non per aliquem meorum. Hæc locutus, cuestigio nuncium mittit ad bubulcum Astyagis, quem norat pascuorum maximè idoneorum, & montium feris frequentissimorum esse guarissimum, cui nomen erat Mitradates, cuius contubernalis & eadem conserua erat, nomine Cyno Græca lingua, id est, canis: Medica, Spaco. (nam canem Medi spaca appellant) ubi boum pascua ille habebat, montiumque radices erant ad uentum boream Achatanorum, & ad pontum Euxinum. Hoc enim tractu ad Sapiros uergente Media, sanè montosa est & edita, ac nemoribus frequens, reliqua uerò tota admodum plana. Hic itaque accersitus propere cum uenisset, inquit ad eum Harpagus: Iubet te Astyages hunc capere infantem, quem in desertissimo montium exponas, ut celerrimè pereat, & hæc ut tibi dicerem, mihi iniunxit. Et nisi hunc interemeris, ullo que pacto seruaueris, pessimo exitio te occubiturum. Cui expositioni infantis inspector ego præpositus sum. Hæc ubi audiuit bubulcus, sumpto infante redijt qua uenerat ad bouile suum. Ei dum in urbem abiit, uxor sua, quæ erat prægnans, per totam diem parturiens, è uoluntate dei coniux est filium. Absente marito utriq; mutua tenebantur solicitudine: hic quidem uxori parturienti metuens, illa uicissim marito timens, propterea quòd præter consuetudinem ab hero accersitus esset. Vbi reuersus affuit cum uxor utpote ex improuiso cernens, prior interrogauit, quid ita exactè ipsum Harpagus accersisset.

fisset. Cui ille: Vxor, inquit, profectus ego in urbem, & uidi & audiui, quod nec uisum oportuit, nec agi circa dominos nostros. Harpagi domus omni luctu tenebatur. In quam ego perterrefactus simul atque introij, uideo infantulum palpitantem uagientemque, auro ac distincta ueste ornatum. Eum Harpagus, ubi me uidit, iussit celerrimè sumere, atq; asportare in effe ratissimum montem ubi exponam, dicens Astyagem esse qui hæc mihi iniungeret, magnopere minatus, nisi ea perpetrassem. Ego acceptum puerum attuli, ratus alicuius illum domesticorum esse, non autem illius genetis. Admirabar tamen, quòd uiderem auro uestibusque ornatum: præterea quòd planctus exercebatur in Harpagi domo. Atqui iter uiam ex omni oratione famuli, qui me extra urbem deduxit, mihiq; infantem tradidit, percepi eum Mandanes Astyagis natæ & Cambysis Cyro geniti esse filium, & ab Astyage iussum interfici, atque is hic est. Hæc loquens bubulcus, puerum detexit atque ostendit: quem illa intuita procerum ac speciosum, genua uiri cum lachrymis amplectitur, obsecrat ne qua ratione puerum exponat. Hic negare aliter ista fieri posse: superuenturos enim ab Harpago speculatores ad rem explorandam, seque nisi id exequatur, miserrimè periturum. Mulier ubi uiro non persuadet, Quandoquidem, inquit, te nequeo inducere, quod secundum est facito, si modò necessitas prorsus est, aspici puerum dum exponitur, quoniam ego quoque peperi. Peperi autem mortuum. Ferto hunc, & istum ex Astyagis filia tanquam ex nobis genitum alamus. Ita neque tu iniurius in dominos esse deprehenderis, neque nobis malè consuluerimus. Nam & hic qui obijt, regale sepulchrum nanciscetur, & iste qui superest, animam non amittet. Sanè quàm commodè uisa est bubulco mulier loqui ex præsenti conditione, atque ita

ita continuò esse faciendum. Igitur quem necaturus attulerat, cum uxori tradidit: suum autem qui mortuus erat, sumens collocauit in eo uase, in quo alterũ portauerat. Omniq́ue alterius pueri cultu ornatum baiulans, in uastissimo montium exposuit. Ideoq́ue post pueri expositionem, relicto quodam pecuariorũ pro se illic uicario, in urbem se contulit, & ad domũ Harpagi: aitq; sese paratum illi ostendere pueri cadauer. Harpagus missis suorum satellitum fidelissimis, rem per eos inspexit, ac bubulci filium sepeliuit. Et hic quidem infans humatus est. Alterum uerò qui postea Cyrus appellatus est, mulier sibi sumptum educauit, imposito illi nomine bubulci, alio scilicet quàm Cyro. Qui posteaquam decennis extitit, huiusmodi rem quæ illi contigit, palàm fecit. Ludebat in hoc pago, ubi bouilia illa erant, & ludebat cum æqualibus in uia, quem inter ludendum cæteri pueri eum pro rege sibi elegissent, cognominatũ bubulci filium, ipse eos munijs distinguebat: ut alij domorũ structores essent, alij satellites, alius ut oculus regis, alius mandatorum renũciator, suum singulis honorẽ munusq; assignãs. Horum puerorum quidam colluſor Artembaris filius erat, uiri inter Medos spectati, quem Cyrus, quòd imperata non fecisset, iussit ab alijs pueris cõprehendi, & cum illi paruissent, multis uerberibus affecit. Quæ puer tanquam se indigna passus, iniquissimo animo ferens, ubi primum dimissus est, in urbem ad patrem perrexit, & quæ à Cyro perpulisset cõploravit, non tamen Cyrum nominans (nondum enim eius hoc erat nomen) sed filiũ bubulci Astyagis. Artembares, ut erat ira percitus, ad Astyagem ducens filiũ secum, contendit: & rem intolerandam posse se inquiens, eiusq; humeros ostendens: Siccine indigne, ait, accipimur rex à filio bubulci serui tui? Audiens hæc, atque cernens Astyages, uolens ulcisci puerum Artembaris

Cyrus bubulcis imperat.

baris honoris gratia, iussit accersi bubulcum & filiũ. Qui cum ambo affuissent, intuens in Cyrum Astyages: Tu ne, inquit, hoc tale patre genitus, ausus es huius filium, uiri apud me primarij, tam indignis concidere uerberibus? Cui ille: Istud, inquit, here huic ego iure feci. Pueri enim pagani, quorum hic unus erat, me regem suum lugentes constituerant: quippe qui uidebar eis ad hoc maximè esse idoneus. At ille cũ cæteri pueri iussis obtemperarent, audiens dicto esse nolebat, ac me nihili faciebat, propter quod pœnas dedit. Quòd si ego propterea ullo malo sum dignus, hic tibi præsto sum. Hæc loquente puero, subijt Astyagi agnitio eius, uisaq; est figura oris inferre ac repræsentare ipsum, & gestus esse liberalior, & tẽpus expositionis cum pueri ætate congruere. Hic perculsus Astyages, aliquandiu sine uoce mansi, uixq; tandem ad se reuersus, uolens à se Artembarem dimittere, ut bubulcum submotis arbitris rimaretur: Ego, inquit, Artembares efficiam, ut filius quoquè tuus ob hoc nil conqueri possit. Dimisso Artembare, & eius iussu per famulos Cyro introducto, bubulcum (qui solus erat relictus) percontatur unde puerum accepisset, quisue ei tradidisset. Ille ex ipso genitum respondere, & genitricem eius apud se esse. Astyages dicere, non bene sibi illum consuluisse, qui cuperet ad ingentes deuenire necessitates. Simmulq; hęc dicens, satellitibus significauit ut caperent ipsum. Hic autem cum ad necessitates adduceretur, rem uti erat promit: ab initioq; exorsus uera referendo, deuenit ad preces, petendamq; sibi ueniã, iubens ut eam haberet bubulco ueritatem eloquuto. Astyages pauciora iam uerba fecit. Cęterũ cui ualde succensebat, Harpagum uocent satellitibus iubet. Quẽ ubi affuit, percontatur Astyages: Harpage, qua nece interemisti quẽ tibi tradidi puerum è filia mea genitum? Harpagus (ut uidit pastorem interesse) noluit

Astyages Cyrum agnoscit.

tergiuer-

tergiuersari mẽdácio, ne argumentis conuinceretur, sed ita respondit: Ego posteaquam infantem accepi rex, cogitani quo pacto ex animi tui sententia facerem: & tamen cum apud te innoxius extitissem, ne forem aut filiæ tuę, aut tibiipsi carnifex, ita statui agendum: Accersito huic bubulco infantem tradidi, inquiens te esse qui iuberes illum interfici. in quo dicendo mentitus non sum. Tu enim ita præcepisti. Atq; huic dum puerum trado ex tuo præcepto, iussi exponeret in deserto monte, perstaretq; in eo obseruãdo tantisper dum expirasset, comminatus isti extrema quæque nisi hæc effecta reddidisset. Vbi hic fecit imperata, & infans obijt, missis eunuchorum fidissimis rem cognoui, & per eosdem mortuum sepeliui. Ita res habet rex, atq; hac morte defunctus est pper. Et Harpagus quidem directam habuit orationem. Astyages autem dissimulata qua illi infensus erat causa, ob id qđ contigerat, primum rem ei enarrat, quemadmodum ipse à bubulco audisset: deinde ea narrata, eò deuenit loquẽdo, quòd puer uiueret, & bene haberet, quia sic actum esset. Namq; ex hoc, inquit, quod gestum erat circa puerum, ægro ualde animo fui, & à filia mea insimulatus haud leuiter tuli. Igitur in bonum conuersa fortuna, mittito filium tuum ad puerum hunc qui recens uenit. Præterea destino pro liberatione eius dijs immolare, quibus hìc honor debetur, tu mihi adesto ad cœnam. Harpagus cum hæc audisset, adorato rege, ac sibi maiorem in modum gratulatus, quòd peccatum suum commodè cessisset, & ultra bonam fortunam ad conuiuium uocaretur, domum abijt. Quam ingressus, properanter filiũ qui ipsi unicus erat, tredecim fermè natũ annos, mittit ad domũ Astyagis, iubens exequi quæcunq; ille imperaret. Ipse gestiens, quid sibi successisset, uxori exponit. Eius filiũ ubi aduenit, Astyages mactat, cõciſumq; membra

Astyages Harpago ipsius filij carnē apponit.

tim & partim assum, partim elixum, ubi esculentum effecit, paratū habuit. Dehinc sub horam cœnæ, postquam affuerunt cùm cæteri conuiuæ, tum uerò Harpagus: conuiuis quidem alijs atq; ipsi Astyagi mensæ appositæ sunt ouilla referta carne, Harpago autē carne filii sui, præter caput atq; extrema manuū pedūq;, cætera omnia. Nam ea in canistro operta, seperatim re posita erant. Eum postquam satis depastum illo cibo putauit Astyages, interrogat nunquid sit illis oblectatus epulis? Se uerò sanè oblectatum dicenti Harpago, hi quibus negotium erat datum, afferunt caput filij cum extremis manuum pedumq; uelatum, assistentesq; iubent detegere, ac sumere quod uellet ex eis. Harpagus obtemperans, ubi detexit, ceruit reliquias filii. Non tamen eo spectaculo consternatus est, sed apud seipsum fuit. Et perconti Astyagi, nunquid agnosceret cuius ferę carne pastus esset, se agnoscere respondit, sibiq; quicquid rex ageret, placere. Hoc reddito responso, receptisq; reliquiis carnium, domum abiit, eas (ut ego opinor) illinc collectas humaturus. Hac ultione Astyages Harpagum prosecutus est. Idē de Cyro de

Astyages magos de Cyro consulit.

liberans, eosdem ex magis accersiuit, qui fuerāt ipsius somnium interpretati. Postquam uenerunt, scisciatur eos, quid censeant de uisione sibi agendum. Illi necessariò fore inquiunt, ut puer si superstes esset, nec hactenus periisset, regnaret. Atqui puer & uiuit & incolumis est, Astyages excipit: & cum ipsum ruri agentem pueri eius pagi regem delegissent, quæ faciunt qui re uera sunt reges, ea omnia hic fecit. Nam satellitib. ianitoribus, internunciis, ac cęteris muniis institutis, imperium exercuit, quæ nobis quonam uidentur spectare? Si supersit puer, magi respondent, atque regnauit nulla ex prouidentia: confidito ob id, ac bonū habero animum, iam non eum regnaturum iterum. Nā quædam uaticinationes nostræ in exigua recidērunt,

&

& uelut insomnia in imbecillum quiddam tandem redacta sunt. Ego, inquit Astyages respondens, isti uestræ, magi assentior sententiæ, me somno esse defunctum, puero iam rege nominato, nihilque mihi amplius eum esse reformidandum. Vos tamen probè considerantes quænam futura sint, & meę domui & uobis tutissima consulite. Ad hæc magi, Nostra etiam rex, inquiũt, magni interest, tuum stare principatum: qui si immutetur, & ad hunc puerum, qui Persa est, transeat, nos quoq; qui Medi sumus, in seruitutem redigemur Persis, & extranei nullius erimus precij. Te uerò regnãte, cuius populares sumus, tum ex parte imperamus, tum magnos apud te honores obtinemus. Quo magis per nos & tibi & regno tuo prospiciendũ est: & nunc si quid cerneremus, quod timendum esset, tibi aperiremus. Verùm cum in rem friuolam nunc conferic somnium, & ipsi confidimus, & te itidem cõfidere iubemus, & hunc ablegare puerum ab oculis tuis in Persidem ad parentes. His auditis, Astyages gauisus est: accitoq; Cyro hęc inquit: Fili, cum ego propter quandam haud sanam somni uisionem in te fuissem iniurius, tuo tamẽ ipsius fato superstes es. Nunc itaq; lætus ad Persas ito cũ his, quos ad te ducendũ mittam. Eò perueniens, parentes tuos offendes: patrẽ non qualis Mitradates bubulcus, & matrem non qualis uxor eius. Hæc locutus Astyages Cyrum dimittit, quem ad domum Cambysis reuersus acceperunt sui parentes, & audita re uehemẽter amplexi sunt, ut quem statim mortem obijsse credidérant. Sciscitabantur quonam modo superstes esset. Hic se uerò ait eos antea non nouisse, & ob id maximè errasse: inter uiã tamen omne suum infortuniũ audisse, credidisse enim se bubulci Astyagis esse filiũ. Verùm in illo itinere omnẽ rem gestã ab his qui ipsum deduxerant, accepisse. Commemorabat autem se ab uxore bubulci fuisse educatũ, semper eam

Astyages Cyrũ Persidẽ dimittit.

eam laudibus prosequens, ita ut in omni eius sermone esset Cyno. Quod nomen accipientes eius parentes, ut diuinitus uideretur Persis filius ipsorum fuisse seruatus, diuulgarunt à cane Cyrum, cum esset expositus, fuisse educatum. Vnde hæc fabula emanauit.

Cyrus ubi in uirilem adoleuit ætatem, & inter æquales uirilissimus euasit, & idem dilectissimus, constituit Harpagus ad eum dona mittere, Astyagis ulciscendi cupidus. Nam per sese qui priuatus esset, non uidebat futuram de Astyage uindictam, sed Cyrum, cuius casus similis casibus ipsius extitisset, quum eum uideret educari, sibi socium comparabat. Cæterùm ante hoc alia ab eo cõparantur. Cum esset acerbus Astyages in Medos, Harpagus singulis quibusq; eorum se insinuans primoribus, persuadet oportere Astyagem à regno summoueri, Cyro delecto. His trãsactis Harpagus ac paratis, ita demum uolens Cyro apud Persas agenti, suam aperire sententiam, cum aliter non posset, ut pote itineribus custoditis, huiusmodi rem cõminiscitur. Exenterato solerter lepore ut nihil omnino rescideretur, iudidit libellum, in quo quæ libuit conscripserat, resutoq; uentre, leporem unà cum retibus tradidit uenatori cuidam suorum domesticorum fidissimo, præcipienscq; suo ore cum daret leporem, Cyro diceret ut ipse suis manibus aperiret, idq; sine arbitris faceret, hominem dimisit in Persidem. Hæc executo nuncio, Cyrus acceptum leporem aperuit, inuentumque libellum qui in eo inerat, legit, in hæc uerba: Fili Cambysis, quem dii respiciunt (nam aliter nunquam in tantum fortunæ peruenisses) ulciscere nunc Astyagem tuæ necis autorem. Quoniam ex huius tu quidem studio perieras, deorum tamen beneficio & meo superstes es. Quæ omnia quemadmodum circa te gesta sunt, opinor te olim iam resciuisse: & item, qualia ego ab Astyage passus sum, quòd te non occi-

Harpagus in Astyagẽ uindictam molitur.

Astyages inclusas lepori literas mittit ad Cyrũ.

dissem,

dissem, sed bubulco tradidissem. Nunc si mihi auscultare uis, omni tu (cui Astyages imperat) regioni imperabis. Persas ad rebellandum cum persuaseris, ducito aduersus Medos, ad uorum tibi re succedura, siue ego dux ab Astyage ad tibi occurrendum creatus fuero, siue alius quispiam Medorum illustris. Horum enim primi quique ab illo ad te deficientes, Astyagem conabuntur euertere. Ita tanquam cuncta tibi sint hic in expedito ista exequere sine mora. Cyrus his auditis, considerabat quonam solertissimo modo Persas induceret ad rebellandum. Cogitando tandem comperit hunc esse appositum, ut ita faceret: Scripto libello de his quæ uolebat, consilium Persarum coegit. Deinde resignato libello atque lecto, ducem se inquit Persarum ab Astyage esse designatum: & nunc Persæ, ait, edico uobis, ut præsto mihi sitis cum singulis falcibus. Hoc Cyrus Persis præcepit, quorum complura sunt genera, eorum quædam Cyrus contraxit, & à Medis ad deficiendum induxit, sub quibus alia omnia. Ea autem hæc sunt: Atteatæ, Persæ, Pasargadæ, Meraphij, Masij. Sed horum Pasargadæ præstantissimi, in quibus & Achæmenidarum cognatio est, unde reges Perlidæ sunt oriundi. Alij Persæ hi sunt: Panthelæi, Derusiæi, Germani: atque hi omnes aratores. Alii uerò pecuarij, Dai, Mardi, Dropici, Sagartii. Vbi cuncti afferunt, habentes quod eis erat præceptum, ibi Cyrus iubet locum quendam dumosum (erat in Perside is locus circiter decem & octo aut uiginti stadiorum) totum detergant intra diem. Quo labore perfunctis Persis, iterum præcipit in posterum diem ut lauti adsint. Interim coactos in unum capra-rum, ouium, boum greges patris sui mactat, atque instruit, tanquam Persarum exercitum accepturus uino epulisque quàm lautissimis. Postero die conuenerunt Persæ, & ille iubet eos discumbere in prato, atq; epulari.

Cyrus Persas ad defectionem pellicit.

epulari. Deinde cœnatos interrogat, utrum pridianam an præsentem conditionem præoptarent? Illis rẽ spondentibus, multum esse inter hęc duo discrimi-nis: pridianam enim omnia mala habuisse, præsentem uerò omnia bona habere, excepit Cyrus, & omnem rem denudauit, inquiens: Viri Persæ, ita res uestræ habent, uolentibus uobis mihi obtemperare, & hęc & alia infinita commoda aderunt sine ullo seruitutis labore: nolentibus verò, innumerabiles quales hesternę ærumnæ. Nunc itaque obtemperando mihi, efficiamini liberi, quæ bona ipse diuina quadam sorte genitus uideor in manus uestras esse allaturus, quos non arbitror inferiores esse Medis cũ in alijs, tum uerò in bellicis rebus. Quæ cum ita sint, rebellate quamprimũ ab Astyage. Persæ, ut qui iampridem dedignarentur parere Medis, nacti præsidem, libenter se in libertatem uindicarunt. Hæc molientem Cyrum Astyages cum accepisset, misso nũcio accersiit. Iste nuncium iubet renũciare, se prius illuc uẽturum quàm Astyages ipse uelit. His auditis Astyages Medos cunctos armat, hisquie aduerso numine Harpagum præfecit, oblitus eorum quæ illi fecisset. Comparato exercitu, ubi Medorum copiæ cum Persicis prælium conseruerunt, quicunq; eorum sermonis Harpagi erant expertes, pręliabantur: qui verò participes, ad Persas transibant. Pleriq; de industria ignauiter agebant, fugamq; faciebant. Dilapso turpiter Medico exercitu, Astyages ut primũ rẽ cognouit, minitans Cyro, inquit: Ne sic quidem Cyrus gaudebit. Hactenus locutus, ante omnia eos magos somniorum interpretes, qui suasissent ipsi Cyrum dimittendum, patibulis affixit. Deinde reliquos Medorũ qui in urbe erant, adolescentes pariter & senes armat. Quibus eductis, cum Persis confligens fugatur, uiuusq; capitur, amissis quos eduxerat Medis. Ei captiuo assistẽs Harpagus, insultauit exprobrauitq;, cum alia quæ hominí

Astyages à Cyro uictus capitur.

mini dolerent dicens, tum uerò per contando eum de cœna sua, in qua ille ipsum carnib. filij pauisset. Quoniam regnum eius ad seruitutem decidisset, eum intuens Astyages uicissim interrogat, nunquid ipsius foret Cyri opus. Harpagus suum uerò esse dicere, idq; meritò, quoniã ipse ad Cyrum scripsisset, & Astyages eum meritò improuidissimum atq; iniquissimũ omnium hominum compellauit. Improuidissimum quidẽ, quòd si facultas ei aderat, ut rex efficeretur, alteri tribuerit imperiũ, si modò illa per ipsum gesta essent: iniquissimum uerò, quod cœnæ causa Medos in seruitutem redegisset. Si enim oportebat omnino eum cõparare alteri regnum, nec sibi habere, satius futurum fuisse Medorum alicui id bonũ cõparare quàm Persarum. Nunc Medos, qui huius peccati affines non extitissent, ex dominis factos esse seruos: & Persas q fuissent hactenus serui, nunc dominos effectos esse Medorum. Hunc in modũ Astyages cũ quinq; & triginta regnasset annos, regno amotus est, ob cuius acerbitatem Medi subiecti fuere Persis cẽtum ac duodetrigin ta annos, omni supra Halym fluuium Asiæ dominati, excepto tempore quo Scythæ regnauerunt. Iidem sequentibus temporibus, cum horum pactorum pœniteret, à Dario defecerunt. Sed prælio uicti iterũ subacti sunt, Persæq; qui tunc cum Cyro aduersus Astyagem rebellauerunt, deinceps Asiæ imperitauerunt. Cyrus nullo alio malo afficiens Astyagem, penes se habuit quo ad uita excessit. Ita Cyrus genitus educatusq;, regno potitus est. Ex mox Crœsum iniuriæ illatorẽ subegit, quẽadmodum à me superius cõmemoratum est. Quo subacto, ita omnem Asiam adeptus est. Ritus quibus utuntur Persæ, tales esse comperi: Neq; statuas, neq; templa, neq; aras extruere consuetudo est, quinimò hoc facientib. insaniæ tribuẽre. Ob id, ut mea fert opinio, q̃ non quemadmodũ Græci, sentiunt deos ex hominib. esse q̃ Persarum ritus.

esse ortos. Moris habent, editissimis quibusq; consecratis montibus, Ioui hostias immolare, omnem gyrum cœli Iouem appellantes, Soli, Lunæq; sacrificant & telluri, igni, aquæ atq; uentis, hisq; solis sacra faciunt iam inde ab initio. Vraniæ quoque sacrificant, sic nimirum ab Assyriis Arabibusq; edocti. Assyrii Venerem Mylittam uocant, Arabes eandem Alittam appellant, Persæ Mitram. Sacrorum autem ritum circa hosce iam dictos deos huiusmodi quondam instituerunt. Persæ quippe sacrificaturi nec aras erigunt, neque ignem incendunt prorsus, sed neq; libamentis utuntur, aut tibijs, insulisue, aut molis. Verùm ut quisque diuis hisce sacra facere statuit, in locum mundum victimam sistens deum illum implorat, myrto maximè cinctam gestans tiaram. Sacrificans autem, non pro se solo, priuatimq; uota nuncupat, sed communiter uniuersis Persis bene precatur, in primis quidem regi: quando inter Persas omnes idem quoq; comprehenditur. Vbi uerò iam in minutas portiunculas membratimq; hostiam conscidit, carnibus elixis herbam substernit quàm tenuissimam, maximè trifolium. Huc collocatis impositisq; carnibus, magus astans theogoniam accinit, siquidem hanc illi dicunt incantationem efficacissimam: citraq; magum nullum illis fit legitimum sacrificium. Mox sacrificus sublatis carnibus abutimur, in quem cunque usum illi fert animus. Ex omnibus diebus præcipuè colendum censent suum quique natalem, nimirum hoc die plus aliis æquum censent ciborum apponere. Et ditiores integros boues, camelos, equos, asinos, coshi in fornace tostos isto die in mensam apponunt. Pauperes natalem minoribus pecoribus honorant: cibis utuntur perpaucis, bellariis multis, neque iis admodum bonis. Hinc est quòd Persæ dicant, Græcos pastos iam demum non esurire amplius. Nempe ipsis à cœna cibi apponuntur pretii nullius, & si quid apponatur,

tur, non ceſſant quin edant. Vinum largius illis appo nitur. Eiſdem nec uomere coràm, nec urinam facere li cet, quæ etiamnunc ita obſeruãtur. Poti, de rebus ma ximè ſerijs conſultare conſueuerunt. Nam ſi quando ipſis conſultandum uidetur, tum poſtera die ieiunãt, proponitq; is qui ædibus illis in quibus fortè conſul- tatur præeſt, & ſi placuerit atq; ieiunauerint, utuntur ipſo: ſin minus cõprobetur, abrogant: & de quibus ie- iuni deliberauerint, de eiſdem poti pronunciãt. Si in uia inuicẽ ſibi occurrãt, facile cognoſces ſi pares ſint: nàm ſalutationis loco ſe mutuò oſculantur. Quòd ſi alter fuerit humilior paulo, genas oſculantur duntaxat: ſin autem alter fuerit multo inferior, proſtratus adorat honoratiorem. In primis illos obſeruant reue- renter, qui proximè habitant. Secundas tribuunt his qui à primis proximi, atq; ſic deinceps progredientes, quo uiciniores, hoc arctiori neceſſitudine iunctos ex- iſtimant. Se nimirum omnium hominum lõgè opti- mos arbitrantur. Alios uerò quo remotiores diſſiti ſunt, hoc à uirtute magis eſſe alienos: atque illos demũ ſecundum dictam proportionem peſſimos eſſe colli- gentes, qui à Perſis abſint quàm remotiſſimè. Sub Me- dis imperium obtinentibus, pleræque nationes quo- que imperitabant: ſed quibus omnibus præerant Me- di, ijdem & affines, perindeatq; Perſæ, colunt. Quæ gens imperij curam gerens, latè progreſſa fuit. Externo rum Perſæ maximè omnium hominum ſtudioſi. Nam & Medicam ueſtem propria elegantiorem ar- bitrantes, geſtant: & in pugnis thorace utuntur Ae- gyptio. Quin uoluptatibus etiam omnis generis quas ſemel ſenſerint, frui ſtudent. A Græcis edocti, puero- rum quoque indulgent amoribus. Puellas plures du- cunt uxorum loco, atque præter has pleraſque pelli- ces alunt. Secũdum bellicam fortitudinem potior du citur numeroſæ ſobolis procreatio. Et illi qui quàm

plurimos liberos ediderit, rex tanquam strenuũ quip-piam præstitent, singulis annis munera mittit. Liberos eorum, à quinto anno incipientes usq ad uicesimum, tribus duntaxat artibus instituunt, equitare, arcu sagittas excutere, uera loqui. Ante quinquennium filius in conspectum patris non uenit, sed apud fœminas degit. Quod ea gratia sic fit, ut si inter educationem decedat, nullam hac prolis iactura patri afferat molestiam. Equidem hunc morem laudo, item illum, ne ob unam tantũ causam liceat uel ipsi regi occidere quempiam, neq; alicui aliorum Persarum atrocius aliquid in familiam exercere ob unum solum delictum: sed expendere iubetur quisque, si plura ac magna patrarit, atque tum demum iusta utatur indignatione. Suum aut patrem aut matrem aiunt neminẽ unquam occidisse. Verùm quotquot horum fortè acciderunt, omni necessitate excussa hos tandem deprehensos tradunt aut subdititios aut spurios. Quippe uerisimile nequaquam uideri aiunt, ut hic qui uerus pareus sit, à proprio filio interimeretur. Quæcunq; apud eos fas non est facere, ea nec dicere. Turpissimum apud eos ducitur, mẽciri: secundo loco, ęs alienum debere, cùm ob alias multas causas, tum quòd necessum sit eundem qui debet, mendacio quoq; obnoxiũ esse. Si quis è ciuibus lepra aut uitiligine infectus sit, huic in urbem accedere non conceditur, neque cum alijs Persis consuetudinẽ habere. Dicunt enim hos morbos illis immissos, quòd in solem peccauerint. Externum uerò qui ab ijsdem acceptus fuerit, è regione sua exigunt, atque ob eandem causam albas columbas in regionem illam afferunt. In flumen nec immeiunt, nec inspuunt, nec manus abluunt, nec denique simile quippiam faciunt, sed flumina inter omnia religiosissimè colunt. Hoc quoq; Persis accidit peculiare, quæ quanquam illos lateat, nobis minimè est obscurum.

Nempe

Nempe quæcunque apud illos nomina uel corpori uel magnificentiæ sunt similia, ea omnia in eadem terminari litera, quam Dores San appellãt, Iones Sigma. Etsi animaduertas attentius, deprehẽdes nomina Persarum non quædam, sed omnia similiter claudi. Equidem hæc probè sciens de Persis, possum indubitatò affirmare. Atqui ista quæ de mortuis prodantur, obscuriora, neque perinde certò: quòd uidelicet defunctorum Persarum cadauera non prius humentur, quã ab alite aut cane trahantur. Magos tamen sat scio hæc facitare, quandoquidem apertè faciunt: mortuumq; cera inuolutum in terram condunt. Magi uerò cùm ab alijs hominib. tum à sacerdotibus Aegyptijs differunt. Si quidem hi nullius animantis occisione se polluũt, præter ea duntaxat quæ diis immolant. Magi suis ipsorum manibus excepto homine atque cane, quoduis occidunt: imò hoc palmarij loco ducentes, si formicas serpentesq;, & breuiter, reptilia atq; uolatilia plurima necauerint. Atque de horum ritibus hunc in modũ dictum sit, nos ad institutam narrationem recurrimus. Iones atq; Acoles ubi audierant Lydos cirra negotium à Persis uictos, legatos Sardis mittunt ad Cyrum ultrò postulantes, ut ijsdem conditionibus eos admitteret, quibus Cræsi subiectos in ditionem accepisset. Verùm Cyrus ad eorum postulata per huiusmodi similitudinẽ atq; apologum respõdit: Tibicen quidam ubi pisces in mari cõspexisset, canere tibia incipiebat, ratus nimirum eos ad cantus suauitatem in terram progressuros: ac spe sua frustratus, misso in mare uerriculo, ingentem piscium uim complexus traxit. Et cum palpitantes cerneret in sicco, dixit ad pisces: Temperate, inquit, nunc mihi quæso à saltationibus, quando non libuit me canente saliendo progredi. Quæ uerba Cyrus Ionibus Aeolibusq; ideo dixit, quòd Iones prius ipso Cyro per legatos ad amicitiam

Iones & Aeoles ad Cyrum legatos mittunt de deditione.

citiam inuitante, flagitantesq; ut Cræso rebellarent, constanter recusauerant: tacitum demum rebus non ex sententia succedentibus, parati essent Cyri imperata facere. Hac occasione ira commotus, dicto responso eos dimisit. Ionesq; his auditis, ad suas quique uel reuertuntur, mœniaq; communiunt. Congregabantur autem in Panionio alij omnes, præter Milesios. Quippe cum his solis fœdus inierat Cyrus, iisdem conditionibus, quibus & Lydos receperat. Porrò reliquis Ionibus communi sententia uidebantur legati in Spartã mittendi, qui simul & præsentem rerum statum nunciarent, & auxilium impetrarent. Ionesq; uerò illi, ad quos Panionium quoque pertinet, urbes habent cũ cœli bonitate, tum montium comunditate optimè sitas, quas nos nouerimus, adeò ut neque superiore gio neque inferior, neque ea denique quæ orientem occidentemq; spectat plaga, Ioniam hac in parte æmulari possit. Siquidem hæc uel frigore riget, uel premitur aquis, illa rursus calore ac situ squalent. Linguam utuntur non eadem, sed eius quatuor proprietates ducunt. Miletus prima apud ipsos ciuitas, ad meridiem uergens: post hanc Myus, & Priene: hæ quia in Caria habitabantur, cum horum lingua conueniunt. Illæ uerò in Lydia, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, iam dictis sanè ciuitatibus, quantum ad linguam attinet, non respondent, inter se tamen eadem sonant lingua. Reliquæ tres ciuitates Ionicæ, quarum duæ insulas habitant, Samum uidelicet, & Chium: tertia in continenti sita Erythræa. Ex his Chij & Erythræi eandem proprietatem sibi uendicant: Samii uerò ab his discrepantes, propriam quandam receperunt loquendi formam, atque hunc in modum quatuor omnino linguarum fiunt proprietates. Ac uerò ex ijsdem Ionibus Milesij erant, qui cum Cyro metus prætextu fœdus pepigerunt. Insularibus

Ionicæ situs

sularibus nihil dum grauius fuit metuendum, quandiu Persis Phœnices nondum fuerunt subiecti, & ipsi Persæ nauigijs non uterentur. Porrò hi non aliam ob causam ab Ionibus defecerunt, quàm quòd cùm imbecilles essent omnes alii Græci, tum Iones oppido quàm infirmissimi, & nullius propemodum momẽti. Si quidem præter unas Athenas, nullam ferè Græcia insignem habebat urbem. Iam enim alij Iones, atque ipsi Athenienses, Ionum nomen refugerunt, nõ uolentes Iones appellarari. Quinetiam nunc plerosque ex illis uideas, quos nominis istius pudeat. Cæterũ duodecim istæ ciuitates nomine ipso gloriabantur. Et ubi semel nomen sibi Panionijs indidissent, fanum quoque de suo nomine constituxerunt Panionum: id quod nullis alijs Ionum permittere in animũ sibi induxêre, nec erant qui magnopere postularent eiusdem participes fieri, exceptis tantũ Smyrnæis. Tale quippiam Dorienſibus accidit, qui Pentapolim incolunt, illam quæ antè Hexapolis uocabatur. Hi quoq; deprehenduntur adeò neminem è finitimis Doriẽsibus ad Triopium sacrum admittere uoluisse, ut etiam populares suos, si cubi sacri legẽ transgrederentur, à ludorũ communicatione excluderent. Nam in certamine Apollinis Triopij tripodes uictoribus constituebantur ærei, & quos è sacro uictorib. non liceret efferre, sed deo ipsi donare ibidem. At uir quidam Halicarnassæus, nomine Agasicles, in eodem certamine uictoria potitus, ausus legem hanc uiolare, tripodemque domum ferens sibi asseruare. Propter quod commissum, quinq; hæ ciuitates, Lyndos, Ialyssus, Camerus, Cos atque Cnidus, sextam ciuitatem Halicarnassum à sacrorum participatione remouerunt, hac uidelicet pœna Halicarnassæos multantes. Atqui mihi sanè uidentur Iones duodecim fecisse ciuitates, nec uoluisse plures recipere, propterea quòd dũ Peloponnesum habitarent, De Dorienſibus.

eorundem totidem fuerint partes, quemadmodum
nunc quoq; Achæorum, qui Ionas è sedibus suis exe-
gerant, duodecim sunt genera. Nempe prima secun-
dum Sicyonem Pellena iacet, deinde Aegira, & Aegæ,
ad quam Crathis fluuius labitur, à quo & Italicus ille
uocatus est. Post Aegas Bura est & Helice, quò ab Ache
is bello fracti Iones confugerant. Post hanc Aegion
est & Rhyses & Patrenses & Pharenses, atque Olenus:
præter hunc Pirus ingens fluuius fluit. postea Dyma
& Tritæenses, qui soli mediterranea coluue. Hæ sunt
duodecim Achæorum illæ portiones, quæ tum quidē
Ionum erant. Hęcq; causa fuisse uidetur, quapropter
Ionibus duodecim ciuitates constituere placuerit. Ve
rùm quòd isti præcipuè, magisq; alij sint Iones, aut pre
stantius quippiam gesserint, magna insania esset asse-
uerare, quando ex his Abantes sint, Euboicæ haudqua-
quam minima portio, qui tamen cum Ionum nomi
ne nihil habent commune: & Minyæ Orchomenijs
admixti, Cadmei quoque, Dryopes, Phocenses, Mo-
lossi, Arcades, Pelasgi, Dores, Epidaurij, atquæ aliæ ple
raque nationes inter se commiscebantur. Quorum
alii ex Atheniensium Prytaneo progressi, nobiliss-
mos se Ionum existimauerunt. Hi coloniam du-
centes, loco uxorum Caricas habebant mulieres, qua-
rum iam antè parentes interemerant: propter quam
rem mulieres Caricæ legem tulerunt, quam iure-
iurando inter se firmauerunt, tradiderunt̃que suis de-
inceps filiabus, quòd uidelicet cum maritis nun-
quam cibum sumerent, neque proprijs nominibus
compellarent, propterea quòd eorum patres, maritos
atque filios trucidauissent, & cum hæc patrassent, si-
mul orbas ad concubitum uiolenter rapuissent. Hęc
Mileti fiebant. Reges creauerant partim Lycios, Glau
co Hippolochi filio oriundos, partim Cauconas Pylios
à Codro Melanti filio ortos, partim utrosq;. Nomen
antem

autem Ionum inter cęteros maximè amplectebantur fiñr qũe iam ueri atque genuini Iones. Omnes ramẽ Ionum nomenclatura communicant, quotquot Athenis oriundi Apaturia festa concelebrant. Concelebrant autem omnes præter Ephesios & Colophonios, qui soli ex Ionibus ab Apaturijs arcentur, idque ob eę dis parratæ causam. Est autem Panionium locus Mycales sacer, ad septentrionem uergens, communiter ab oniuersis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Mycale autem promontorium in continenti situm: quod quia Zephyro uento expositum est, ad Samum pertinet. Ad hunc montem collecti uniuersi Iones, sacrificium operantur quod Panionia uocant. Accidit hoc sanè non Ionum sacris duntaxat, uerùm communiter omnibus Græcorum festiuitatibus, ut in eandem literam finiant, perinde atque Persarum nomina. Et hæ quidem Ionicæ sunt ciuitates. Aolicę ciuitates sunt, Cumæ, quæ & Phriconis uocatur, Larissæ, Nouus murus, Tenus, Cilla, Notium, Aegiroëssa, Pitana, Aegæa, Myrina, Grynia. Atque hæ undecim Aolicæ fuerunt priscæ ciuitates. Vna autem Smyrna (Aolica & ipsa ciuitas) ab Ionibus diruta fuit. Alioqui & hæ duodecim erant numero in continenti sitæ, quæ ditionem habebant Ionibus præstantiorem: quę tamen ad illius cœli temperiem nequaquã accederent. Smyrnam uerò hac occasione amiserunt Aeoles, quòd Colophonios per seditionem è sedibus submotos recepissent, qui postea Smyrnęos obseruãtes dum extra urbẽ Bacchi sacra celebrarent, occlusis portis urbem occuparunt. Succurrentibus añe Aeolibus uniuersis, sic inter eos transactum est, ut si Iones utensilia bonaque mobilia Smyrnæis redderent, Aeoles Smyrna cederent. Hanc cõditionem cũ Smyrnæi accepissent, distributę sunt undecim hę ciuitates, suos quæque constituens ciues. Hę itaq; continentis

Panionij locus.

Mycale promontorium.

Aeolicæ urbes.

sunt ciuitates, exceptis ijs quæ Idam habitabant: nam illæ ad has non referuntur. Insulares uerò quinque ciuitates, Lesbum colebant, sextam enim in Lesbo Arisbam, Methymnæi iam sibi subiecerant, tanquam sanguinitate iunctam. In Tenedo una habitabatur ciuitas, & altera quædam in centum appellatis insulis. Iã uerò Lesbijs Tenedijsq; perinde atque cæteris Ionibus insulas tenentibus, cum nihil grauius esset metuendum, reliquis ciuitatibus communiter placuit Ioues sequi, quocunque illi duxissent. Porrò ubi Ionum Acolumq; legati Spartã appulissent, id quod factũ est properanter, ex omnibus delegerunt Phocẽsem quendam, cui nomẽ Pythermo, qui postulata propouceret. Hic purpurea ueste indutus, in Spartiatarum conuentum, qui ad famam legatorum collectus fuerat, processit: hortatusq; Lacedæmonios multis uerbis ad auxilium Ionibus ferendum. Illi, quanquam Ionum legatos repulerint, tamen myoparonem ablegarunt, quantum ego conijcio, hominibus instructum, qui rerum Cyri Ionumq; successum explorarent. Hi Phoceam appulli, Sardis mittunt spectatissimum ipsorum, nomine Lacrinem, qui Cyro Lacedæmoniorũ mandata perferret. Cyrus audiẽs quæ Lacrines proferret, rogasse fertur circunstantes Græcos, quinã homines essent Lacedæmonij, & q̃ multi numero. Mox ubi hoc cognouisset, ad Spartiatã dixisse: Equidem non extimui unquã homines illos, quibus locus est media urbe uacuus, ad quem colligi mutuis ipsi sibi iuramentis imponerẽt. His (si modò superi me seruauerint incolumem) non Ionum, sed propria sua incõmoda eruut deploranda. Hæc in uniuersos Græcos uerba detorsit Cyrus: quia fora ampla haberẽt, in quibus negotiationibus uterẽtur illi, Persæ ipsi horum nullo detinerentur, neq; illis ullã forum. Post hæc Sardis Tabalo homini Persæ cõmissit. Crœsi autem cæterorumq; Lydorum thesaurum,

Ionum & Aeolũ legati à Spartanis petunt auxilia.

Cyri respõsum ad legatũ Lacedæmoniorũ.

Pactyę

Pactyæ Lydo tradit defercudum. Ipſe uerſus Ecbatana contendit, Cræſum unà ſecum ducens, Ionum interim non magna habita ratione, etiamſi primi adoriendi fuiſſent. Quandoquidem Babyló ei obſtaculo eſſe uidebatur, & Bactriana quoq; natio, itẽ Sacæ atq; Aegyptij, in quos ipſe expeditionem facere in animo habebat: in Ionas autem alium quempiã imperatorẽ mittere. Poſtquam Cyrus è Sardis Lydos exegit, Pactyas à Tabalo atq; Cyro deſciſcit. Et quia Lydorum theſaurum habebat, conſcenſis nauibus auxiliarios mercede cõducit, maritimisq; omnib. pſuadet, ut communẽ ſecũ expeditionem ſuſcipiant. Quibus ſuccedentib. Sardis caſtra admouit, Tabalumq; in arce undiq; cõcluſum obſedit. Cyrus hæc ex itinere intelligẽs, Cræſum hunc in modũ allocutus eſt: Quiſnam, inquit, Cræſe finis erit corũ quæ nũc mihi accidũt, quãdo nõ ceſſant Lydi, ut uidẽtur tãtiſper & ſibi & mihi negotiũ facceſſere, dũ eos prſus delere aggrediar? Videor equidem perinde feciſſe atq; is, qui occiſo patre, filiis pepercit. Si quidem ego te capto, qui pluſquam Lydorum parens es, ipſis Lydis urbem ſuã reddidi. Cum hãc ſuam ſentẽtiam Cyrus expoſuiſſet, Cræſus excepit, ueritus nimirum ne Sardis funditus euerteret: Rex, inquit, Cyre, quanquã prudenter tu recteq; dixiſti, moderaberis tamen furori, neq; paticris antiquam hanc urbem ita excindi, quæ cùm ſuperiorum, tum eorum quæ nunc acciderunt, cauſa nõ ſit: nam priorum ego autor fui, id q; meopte hoc capite pẽdo: præſens factũ Pactyas deſignauit, cui tu Sardis cõmiſeras. Hic tibi pœnas det, Lydis aũt ueniã dabis. Modò hæc impera, ne uidelicet aliquando uiribus aucti, uel defectionem meditari auſint, uel moleſti eſſe poſſint. Interdices illis ne arma bellica poſſideant, iubebisq; ut ſupra tunicam pallium geſtent, induti cothurnos. Ad hęc ijſdẽ citharã cantusq; indulgebis,

Pactyas à Cyro deſciſcit.

Cyrus Cræſum cõſulit de puniendis Lydis.

denique cauponari, liberos instituere, & mox compe-
ries, & rex, uiros in mulieres degenerasse, nihilq; ne-
tuendum ne rebelles unquá à te desciscãt. Hæc ideo
Cræsus suggessit, ratus optabiliorem Lydis hanc esse
cõditionem, quam semel subactos populari, sat scies,
ni prætextum idoneum cõminiscerentur, nõ persua-
surum ut institutum detrectaret. Adde quòd formi-
dabat ne in posterum aliquando Lydi, si immitem-
tem calamitatem effugissent, rebellantes à Persis fun
ditus extinguerentur. Cyrus hac Cræsi admonitio-
ne gauisus, remissaq; iracundia, respondit ei se paritu
rum. Accersitoq; continuò Mazare homine Medo, ea
dem illi præcipit, quæ Cræsus suggesserat Lydis impe-
randa. Atq; præterhæc mandauit illos omnes sub coro
na uenũdari, quotquot unà cũ Lydis Sardis oppugnas
sent: Pactyam autem uiuum ad se perduci. Et hæc qui
dem ex itinere præcipiens, Lydos compulit ad Persa-
rum mores recipiendos. Pactyas intelligens exerci-
tum non procul abesse, conterritus cõfugit Cumam.
Mazares uerò nihil cunctatus, Cyri exercitus partem,
quam secum ducebat, Sardis promouit. Verùm ubi
Pactyam iam unà cum suis cõmilitonibus Sardis ab-
iisse cognouerat, primum Lydos adegit Cyri manda-
tis obsecundare. Et iam inde Lydi omnem uitæ ratio-
nem commutarunt. Deinde Mazares nuncios Cumã
misit, qui Pactyam reposcerent. Cumæi uerò consilio
inito statuerunt ad deum apud Brãchidas referendũ,
quid facto opus esset. Erat enim illi oraculum peruetu
stum, quo Acoles Iones q; communiter uti consueue
rant. Oraculum hoc in Milesiorum agro est situm ad
Panormum lacum. Missis igitur ad Branchidas con-
sultorib. rogabant quidnam facièdo hac in re deo gra
tificarentur. Cõsulentibus responsum est, Pactyã Per
sis esse permittendum. Quæ ubi relata audierunt Cu
mæi putauerunt oraculo acquiescendum, Pactyamq;
reddendum,

Pactyæ fu
ga.

Panchidi-
cum ora-
culum.

reddendum. Cæterùm cum huc bona pars propensa esset, Aristodicus Heraclides, uir inter cæteros Cumæos clarus, seu oraculo parum fidens, siue ipsos consultore oraculi responsum non rectè perferre existimans, constanter obstabat, quo minus oraculo Cumæi obtemperarent. Vnde factum est, ut iterum de Pactya cõsulturi, alij mitterentur sacerdotes consultores, inter quos ipse quoque Aristodicus erat. Hi cum ad Branchidas peruenissent, ex omnibus sciscitans Aristodicus oraculũ, rogabat in hæc uerba: O rex, uenit ad nos supplex Pactyas Lydus, mortem fugiens uiolentam: Persæ eundem reposcentes, iubent Cumæos hominẽ dimittere. Nos Persarum potentiam formidantes, tamen supplicem tantisper reddere detrectauimus, dum intelligeremus ex te indubitatò, quid facere nos conueniret. Hunc in modum sciscitanti Aristodico, idem rursus respondebatur quod priores retulerant, nempe Pactyam Persis permittendum. Post hæc Aristodicus tale quippiam de industria aggreditur: Templum circumiens, passeres aliasq; auiculas, quæ fortè in templo istic nidulabantur, è nidis exemit. Quæ cùm ille faceret, memorant uocem ex adyto auditam, quæ ad Aristodicum ferretur, atque huiusmodi quædam sonaret: Hominum scelestissime, quænam libido te incessit, ut auderes meos supplices diripere? Aristodicum nihil dubitasse ad hunc modum respondere: Et tu, inquit, rex huiusmodi auxilium fers supplicibus, quando Cumæos iubes Pactyam tradere Persis. Cui deus respondens: Equidem, inquit, iubeo, ut impij malè pereatis, neque deinde oraculum hoc de reddendis uestris supplicibus lacessatis. Porrò ubi responsum hoc postremum referrent Cumæi, neque uolentes Pactyam Persis tradere interimendum, neque eundem penes se detinendo Cyrum, ad urbis suæ expugnationem excitare, hominem

Aristodicus ait non dedendum supplicem.

minem ablegant in Mitylenam. Mitylenæi, cum Mazares subinde per nuncios Pactyam flagitaret, pacisc-
cuntur pro certa mercede mittendum: quod tamen
nolim indubitatò affeuerare, quandoquidem non
fuit persoluta. Cumæi cognoscentes ea quæ circa Pa-
ctyam à Mitylenæis gesta essent, misso ad Lesbum na-
uigio, Pactyam deportant in Chium. Indidem tami-
rum ex Mineruæ tutelaris deæ templo uiolenter ra-
ptus à Chiis redditur. Reddiderunt autem pro Atar-
nei mercede. Atarneus autem locus est Mysiæ, Lesbo
è regione situs. Et sic quidē in custodia Persæ habue-
rūt Pactyam, ut Cyro cùm primū liceret traderetur.
Atq; multo iam inde tempore, Chiorū nullus ex Atar
neo neq; molis libauit hordeaceis deo cuiquam, neq;
secundæ mēsæ fructibus iude deceptis utuntur. Bre
uiter, omnia à sacrorum usu remouentur, quæ è pro
uincia illa ꝓueniunt. Postquàm uerò Pactyas iam à
Chijs traditus fuit, Mazares mox in illos castra ꝓmo
uit, qui unà eū Pactya Tabalū oppugnassent: & par-
tim Prienenses subegit, partim Mæandri campū in-
cursauit, frumentationē militib. faciens, Magnesiam
etiā pari modo. Postremò Mazares morbo correptus,
uita defungitur. In defuncti locum suffectus Harpa
gus, & ipse Medus: nimirum quem Medorum tyran-
nus Astyages indignis epulis excepit, quiq; Cyrum in
regni potestatem inuexit. Hic inquam à Cyro institu
tus dux, simul atq; in Ioniam uenit, urbes ductis agge
ribus cepit. Nam ubi mœnia ciuesq; undiq; exercitu
clausisset, aggere ad murum obiecto citra negotiū ex
pugnauit: atq; sic Phocæa prima Ionū ciuitate poti-
tur. Phocēes primi Græcorum longis nauibus usi fe
runtur. Adriam simul & Tyrrheniā, Iberiam atq; Tar
tessam occupauerunt. Nauigiis autem utebantur nō
rostratis, sed penticonteris, hoc est, lembis quin-
quagenūm remorum. Hi cum primum Tartessum
uenissent,

Pactyas Persis traditus.

Mazari mortuo succedit Harpagus

uenissent, grati admodum fuerunt regi, cui nomen erat Argathonio, quiq; iã octoginta annis Tartessiorum regno prefuerat. Vixit aũt annis cẽtum uiginti. Argathonius rex.

Atq; Phocẽses Argathonio ista occasione redditi sunt amiciores: quòd uidelicet Phocenses iussit lonia relicta in sua ditione sedes deligere ubicunque illis liberet. Verùm ubi hoc non persuasisset Phocensibus, intelligeretq; interim Medum in eos exercitum ducere, pecunias numerauit ad urbem muro circundã dam, & quidẽ liberaliter numerauit. Siquidem ipsius muri ambitus non paucorum est stadiorum, totusq; è maiusculis lapidibus, ijsq; affabrè concinnatis. Et murus quidem ille hoc pacto fuit constructus. Porrò Harpagus exercitum promouens, urbe oppugnaturi cũ postulassent prius, si uellẽt Phocenses, sibi satis esse, unũ duntaxat muri propugnaculũ demoliri, ubi habitationẽ extrueret, cætera illis se permissurũ intacta. Phocẽses seruitutẽ auersantes, respõderũt diẽ unũ se ad consultãdũ sompturos: interim dũ consultatur, ille exercitũ ab urbe reduceret. Harpagus autẽ quanquã se scire diceret quid facturi essent, tamẽ permissurũ ut consultarẽt. Etenim simulatq; ille exercitũ reduxit, Phocẽses continuò lẽbos instruũt quibus liberos unà cũ uxorib. atq; supellectile uniuersa imponerent: ad hæc statuas quoq; & donaria, nisi quæ uel ferrea uel lapidea, aut deniq; picta essent, omnia nauib. importãt, quib. & ipsi conscensis soluerũt: traiecerũtq; in Chiũ. Phocæã aũt iam desertã hominib. occupauerunt Persæ. Phocẽses autem postquam ipsis Chij insulas quas Oenusas uocant, licitantibus addicere nollent, metuẽtes ne illuc emporium transferretur, obq; hanc causam hæc eorum insula clausa fuit, concesserũt in Corsicã. Hic enim iã ante xx. annos ciuitatẽ ex uaticinio condiderunt, nomine Alaliã. Interea Argathonius fatis concesserat. Porrò Corsicam Harpagus Phocæam obsidet.

traic-

traiecturi Phocenſes, prius diuerterunt Phocæam, præſi
diaq; illic Perſarũ, quæ ab Harpago fortè cuſtodiæ cau
ſa relicta fuerant, trucidarunt. Quibus patratis, quot-
quot ex claſſica ſodalitate ſupercrant, communi con
ſilio ſeſe mutuis execrationibus dirisq; deuotionibus
aſtringunt. Ad hæc grande ſaxum in mare demergũt,
iuramentoq; confirmant, non prius ſe de repetenda
patria cogitaturos, quàm ſaxum uadis imis leuatũ re-
uarie. Commodum uerò profectionem molientibus,
pluſquã dimidiam eorũ partem deſiderium cepit in-
genis paterni ſoli, morumq; Phocenſiũ. Et pleriq; etiã
uiolato iuramento remigrarunt in Phocæam. Alij ue-
rò iureiurando ſatisfacientes, ſoluentesq; ex Oe-
nuſis, Corſicam rectà petunt. Quò cũ appulſſent, com
muniter habitarũt unà cũ alijs colonis annis quinq;,
ſacraq; erexerunt. Cæterùm ubi iam uicinos circun-
quaq; hoſtili more popularentur, cõmuni ſententia bel
lum in eos adornant Tyrrheni atq; Carthaginienſes,
utriq; ſexaginta nauibus inſtructi. Phocæenſes ex aduerſo
armati ſexaginta quoq; naues milite implẽt, obuiamq;
illis procedunt in mare, quod appellatur Sardonium.
Cõmiſſa claſſica pugna, Phocenſibus Cadmæa quæda
contigit uictoria. Nam quadraginta illis naues perie-
runt, reliquæ uigiati contuſis roſtris factæ inutiles. Re
greſſi autem Alaliam, ſumptis liberis, uxoribusq;, atq;
reliquis facultatibus, quantum naues ferre poterant,
relicta Corſica demigrarunt in Rhegium. Verũ è nau
bus illis quæ perierant, quotquot homines in Cartha
ginienſiũ Tyrrhenorumq; manus peruenerunt (capti
enim pluriini) hi omnes protracti è nauibus, lapidib.
obruti ſunt. Deinceps uerò quæcunque ex Agylleenſiũ
uel pecoribus, uel iumentis atq; hominibus locum il
lum acceſſerunt, ubi Phocæenſes lapidati fuerant, con
tinuò morbida fiebant, ſtupore atq; igne corripieban-
tur ſacro. Agylleenſes Delphos miſerunt, uolentes com

miſſum

missum illud expiare. Pythia hæc eos iussit facere, quæ etiam nunc ab Agyllæis obseruantur. Nam & iusta illis persoluunt magnificè, & gymnicam celebrant certamẽ. Et Phocenses quidem huiusmodi fato usi sunt. Illi autem qui hunc progressi Rhegium confugerant, ciuitatem condiderunt in agro Oenotriæ, quæ nunc appellatur Hyela. Atq; Phocensium in Ionia res sic habent. Simile quiddam accidit Teys, quos simul atq; aggerum beneficio cepisset Harpagus, omnes conscẽsis nauibus traiecerunt in Thraciam, ibidemq; urbem condiderunt Abdera, cuius fundamenta prius iecit Temesius Clazomenius: sed nihil pro hac sua opera fructus reportans, à Thracibus explosus est, nunc tamen à Teys apud Abdera heroum colitur honoribus. Hi igitur Ionum soli seruitutem non ferentes, partium solum reliquêre. Verùm alii Iones, præter Milesios, prælio superati tandem, accesserunt Harpago, sicut & illi qui defecerunt, uirosq; se strenuos declararunt, pro suis quisque fortiter pugnans. Superati autem & capti, in sua quiq; patria remanserunt, eaq; quæ imperabantur subierunt Milesij, qui iam Cyro fœdere astricti, quietem agebant, quemadmodum superius à me commemoratum est. Hunc itaq; in modum Ionia secũdo in seruitutẽ redacta. Porrò ubi Ionibus ijs potitus esset Harpagus qui continentẽ habitabant, insulani horũ exemplo conterriti, ultro sese dediderunt Cyro. Ĩ uerò Ionibus etiamsi malè affectis, nihilominus sese ad Panionium recipientib. audio Biantẽ Priensem saluberrimum dedisse consilium, cui si obtẽperassent, licuisset Græcorũ omnium felicissimos uiuere. Siquidem ille suasit, ut cõmuni classe soluentes, Sardiniã peterent. Ibidem una quadã urbe omnium Ionum cõstructa, absq; seruitute liberi feliciterq; uiuerent, maximi rũ insula inter omnes maxima recuperata, alij imperarent. Sin autem manerent in Ionia, nullam sibi apparere

De Teys narratio.

Bias Ionibus consilium dat.

parere libertatis spem. Hæc Biantis sententia ipsis Ionibus periclitantibus prodita fuit. Sanum quoq; Thaletis illud consilium, iam ante subactam Ioniam datum: nempe qui iussisset Ionas unam quandã cõmunem curiam habere, camq; in Teio: propterea qd Teos in media esset Ionia. Alias autem urbes habitatas nihilominus huic parituras quàm aliarum urbiũ tribus, legibus parerent. Atq; hi quidem huiusmodi consilia dederunt. Harpagus subacta Ionia, in Caras exercitum traduxit, & Caunios atq; Lycios, una ducens Ionas atq; Acoles. Nam Cares ab his oriundi, ex insulis progressi sunt in continentem. Olim enim Minoi paruerunt, appellabanturq; Leleges, & insulas habitabant, tributum autem nullum pendebant, quantum equidem possum superiora repetendo è lõgissimo auditu coniectare. Iidem cum Minos flagitabat, naues ei implebant. Ille felici usus belli successu, multos agros populatus est. Caricæ gentis omnium quæ illis temporibus claruerunt ingeniosissimæ, memorantur tria inuenta: quippe galeis cristas imponere primi docuerũt Cares, clypeis signa adiunxere, postremò lora quoq; scutorũ excogitauerũt, antea nãq; citra habenas gestabant quotquot clypeis utebãtur, & baltheis duntaxat coriaceis fultos, collo sinistroq; humero sustinebant. Post Caras uerò tempore longo succedente, Dores atq; Iones ex insulis egressi, in continenti sedes posuerunt. Hunc in modum Cretenses de Caribus referunt. Quanquam his non assentiuntur Cares, qui se Aborigines atq; indigenas esse memorãt, codẽq; nomine usq; usos. Apd Mylassos Iouis Carij delubrũ ostẽtãt uetustissimũ, quo cõmuniter Mysi quoq; atq; Lydi utũtur, ut qui Carib. sint germani. Quippe tam Lydum quàm Mysum Caris fratrem appellant, atq; ob id eodem uti fano. Quotquot alterius sunt gentis, etiamsi Carum lingua utantur; non tamen

Thales Ionibus consilium dat

De Carib. narratio.

tamen sacro participant. Caunii, quantum mihi uidetur, indigenæ sunt, etsi ipsi se è Creta oriundos affirmant. Linguam sanè aut ipsi ad Caricam accommodauerunt, aut Cares Caunicam edidicerunt, id quod ægrè diiudicari potest. Siquidem legib. utuntur cùm ab aliis gẽtibus, tum à Carum moribus multũ diuersis. Nam apud illos laudatissimum habetur, iuuentutem frequenter amoris gratia ad compotationes cõuenire, tam uiros quàm mulieres atq; pueros. Sacra principiò sibi constituerunt externa, quorum postea pertæsi, cum patriis duntaxat uideretur utendũ diis, Caunii omnis ætatis sumptis armis, sacerdotem ad Calyndicos usq; montes persequuti sunt, fustibus cædentes, exclamantesq; externos se exigere deos. Et huiusmodi moribus illi utebantur. Lycii è Creta ab initio originem traxerũt. Cretam enim primum uniuersam barbari colebãt: deinde contẽdentib. p imperio Europæ filiis Sarpedone atq; Minoẽ, Minos superior factus expulit Sarpedonem, eiusq; gregales. Hi ppulsati, Asiæ ditionem occupauerunt Milyada. Et quam nunc Lycii colunt, olim erat Milyas, & Milyæ iã tũc appellabantur Solymi. His igitur imperitabat Sarpedon. Mox Termilæ appellati, quo nomine etiam uicini eos appellabant tantisper, dum Lycus Pandionis filius à fratre Aegæo Athenis pulsus, ad Sarpedonem in Termilas abiisset, factumq; esset, ut temporis ppgressu ad Lyci nomen Lycii uocarẽtur. Legib. utuntur partim Cretẽsium, partim Carũ. Quanquam hoc unum præter cæteros homines pro lege habent peculiare, quòd à matribus nomina sibiipsis indunt. Et si quis obuium percontetur quisnam sit, quaue familia ortus, à matribus auiisq; protinus genus suum repetet. Et si qua ingenua seruo nupserit, liberi qui ex his suscipiuntur, ingenui atq; nobiles existimantur. Si uerò uir uel inter ciues primarius uxorẽ duxerit

De Creta narratio.

excernam aut pallacam, ſuſcepti ex his liberi putantur non ingenui. Igitur illius tempeſtatis Cares nullum præclarum factum relinquẽtes, ab Harpago ſubacti ſunt. Nec Cares tantum, uerum & uniuerſi Græci quotquot illam regionem tenebant. Tenebant enim cùm alii, tum Lacedæmoniorũ coloni Cnidii, quorum regio declinat ad põtum, appellatur Triopium. Nam cum initiũ Byblesiæ ex peninſula incipiat, ſintq; Cnidii propemodum circunflui: eam partem qua boream ſpectat, Ceraunius claudit ſinus, auſtrale uerò Symanũ Rhodiumq; mare. Reliquũ frontem hoc eſt, iſthmũ qui perquã exiguus eſt, nempe quinque ſtadiorum, Cnidii tentaucrunt perfodere: uolentes interea dũ Harpagus Ioniã euerteret, ſuam ditionẽ in inſulę formã redigere. Eratq; hic iſthmus quem perfodere ſtatuerant, ea parte qua continentem ſpectat, Cnidia. Id iam multa manu conantibus, diuinitus arbitror aliquid repugnaſſe, quod nimirum omnes qui manum admouerent, læderet, cùm alias corporis partes, tum præcipuè oculos infeſtante petra. Cnidii miſſis nunciis Delphos, rogant quidnam eſſet, quòd tantopere conatibus eorum aduerſaretur. Pythia, ut ipſi referunt Cnidii, ſenario uerſu reſpondit in hanc ſententiam:

De Cnidiis.

Iſthmum neq; aggerate, neq; fodite.
Iupiter nanq; ipſe, ſi placuiſſet, feciſſet
Inſulam.

Cum reſpondiſſet hunc in modum Pythia, Cnidii à perfodiendo Iſthmo deſtiterũt, ſequentiq; cum exercitu Harpago, ultrò ſeſe nõ cõmiſſo prælio dediderunt. Pedaſii, qui mediterraneã ſupra Halicarnaſſum colunt, aliiq; uicini maximã diligẽtiam adhibere feruntur, ut eorum ſacerdos Palladi ſacram barbam habeat, id quod rer illis accidiſſe putatur: hi ſoli in Caria populi Harpago diu reluctati, multum negotii exhibuerunt, montem extruẽdo, cui nomen

Pedaſij.

Lyda,

Lyda. Tandem tamẽ & ipſi expugnati. Cæterùm ubi in Xanthium campũ exercitum produxiſſet Harpagus, Lycii contrà progreſſi, pauciſq; cum multis confligentes, ſtrenuè ſeſe geſſerunt. Superati autem prælio fugatiſq;, in urbem ſeſe recipiunt, uxores, liberos, atq; pecunias unà cum totis familiis in arcẽ cogũt, admotoque igne, arcem unà cum cæteris rebus incendunt. Quæ ubi feciſſent, ipſi regreſſi iureiurando ſe mutuo adſtringunt, & cum hoſtibus iterum congrediuntur, fortiterq; pugnãdo omnes oppetierunt.

Ex Lyciis autem qui Xanthii dicuntur eſſe, hi omnes præter octoginta quoſdam Iſtiæorum ſunt conuenæ. Qui octoginta tum emigrarunt, atq; ita ſuperſtites remanſerunt. Atq; Xanthum hunc in modum obtinuit Harpagus, pari modo Caunum. Nam Caunii Lycios magna ex parte imitati ſunt. Igitur inferiorem Aſſiam Harpagus ſubegit: ſuperiorem ipſe Cyrus deuicit, omnem gentem euertens, nullamq; relinquens. Ego illorum geſtorum pleraque prætermittã, & ea duntaxat prodam, quæ illi quàm plurimum laboris exhibuerunt, & memoria digna ſunt. Igitur Cyrus ubi continentẽ uniuerſam ſuæ ditionis feciſſet, Aſſyriis bellũ intulit. Aſſyriæ cũ aliæ multæ magnæ urbes, tũ uerò celeberrimi nominis ac ualidiſſima Babylon, illic ubi euerſa ab iſtis Nini regio extiterat. ea urbs in ingẽti planicie ſita eſt, forma quadrata, magnitudine quoquò uerſus cẽtenũm uicenũm ſtadiorum, in ſumma quadringentorum & octoginta, in circuitu quatuor laterũ urbis. Tãta eſt Babylonis urbis magnitudo, quæ ita exornata eſt, ut alia nulla earũquas nos nouimus. Iã primũ foſſa ambit alta atq; lata, aquæ plena. Deinde murus, quinquaginta cubitorum regiorum craſſitudine, ducentorum celſitudine. Eſt autem regius cubitus quàm mediocris tribus digitis maior. Operæ precium eſt me præter

Xanthii.

Babyloniæ deſcriptio

hęc differere quemadmodũ humus è fossa fit egesta, & murus effectus. Vt quidę terræ in deprimẽda fossa efferebant, ex eo lateres ducebant, quorũ cũ magnã uim extraxerant, eos in fornacibus coquebãt. Postea cæno utentes, asphalto feruenti per tricesimũ quem que laterum ordinem summitates arundinum insti patas conglutinabant: & primum labra fossæ, deinde ipsum murum ad eundem modum, super quem circa oras extruxerunt dictas singularias, alteras alteris obuersas: inter quas tantum intercapedinis relinquebatur, ut quadriga interagi posset. Eius per ambitum centum portæ stabant, æreæ omnes, cum cardinib. itidẽ postibusq. A Babylone octo dierũ itinere abest alta urbs, nomine Is, ubi fluuius est haud magnus eiusdem nominis, qui se deuoluit in flumen Euphratem. Hic itaq fluuius Is unà cũ aqua permultos reddit asphalti bituminis grumos, quæ asphaltus ad murũ Babylonis comportabatur. Hunc in modũ Babylon extructa est. Eius duæ sunt plagæ, quas interfluit fluuius nomine Euphrates, qui magnus & altus & celer, ex Armeniis in rubrum mare decurrit. Is hũc uterq murus lacertos exporrigit, eiusq incurua utrinq ripæ coctilib. laterib. pro maceria prętexũtur. Ipsa urbs plena domib. est ternarũ quaternarũmq cõtignationũ, secta in uias rectas cùm alias, tũ uerò transuersas, quæ ad flumẽ pertingunt. Ad quarum singulas p numero uicorũ portulæ factæ sunt in maceria, quæ flumẽ sepiebat, & ipsæ æreæ, & ad flumen idẽ ferentes. Et hic quidem murus lorica est. Alter uerò interior nõ multo quàm hic debilior, sed exilior. In utraq urbis media platea est murus erectus, quorum hic regiam comprehendit ambitu prægrandi atq ualidо: in altero Iouis Beli templum æreis portis, id qđ mea etiam nunc ætate extat, duorum undecunq stadiorum amplitudine, figura quadrata. In sacri me-

Is urbs.

dio

dio turris solida, crassitudine simul & altitudine stadii, cui alia rursus superimposita turris, & huic deinde alia, ad octauam usq. His extrinsecus scalæ sunt in circuitu adhibitæ, per quas ad singulas conscenditur turres. In mediis gradib. ductus, sellæq in hoc factæ, in quibus ascendentes liceat sedere ac conquiescere. In postrema turri sacellum est aliud, in quo lectus est splendidè stratus, & apposita in mensa aurea. Statua in hoc sacello nulla est, neq hic noctu cubat hominum aliquis, præter mulierem unam ex indigenis, quã ex omnib. deus delegerit, uti narrant Chaldæi huius dei sacerdotes. Narrant enim illi, tametsi mihi parum credibilia referre uidentur, deũ uidelicet ipsum templum ingrediẽtem, in hoc cubili conquiescere, sicut & Thebis Aegyptiacis. ad eundẽ modũ in Thebani Iouis fano, si modò Aegyptiis fides habenda est, mulier quoq cubare creditur: quæ mulieres cum uiris non putantur habere consuetudinem. Idem fit apud Patara Lyciæ urbem, quando oraculum celebratur. Neq enim id fit perpetuò: ubi id futurum est, uates noctu in templum concluditur. Porrò in Babylone præter hæc commemorata, aliud est sacellum inferius, quod Iouis magnam habet statuam, camq aurea mensam, pone mensam, & ipsam auream, simul & sustentaculum cũ sella, omniaq aurea, adeò ut Chaldæi octingentorum talentorũ auri opus existiment. Extra templum altare est, & ipsum aureum: & præter hoc aliud altare ingens, in quo solennes hostiæ immolantur, quandoquidẽ aureũ illud non licet hostiarũ sanguine polluere, præterquam lactentium. Insuper in hoc maiusculo altari Chaldæi quotannis centum millia talentorum thuris adolent, quando huic suo deo sacra faciunt. Eratq in hoc tẽplo etiamnum illo tempore statua duodecim cubitorũ è solido auro: quanquã ego hanc non uidi, sed ea refero quæ à Chaldæis refe-

referuntur. Hanc ſtatuam Darius Hiſtaſpis filius inſi
dioſe captans, nõ auſus tamẽ fuit diripere, ſed quam
poſtea Xerxes Darii filius abſtulit, ſacrificio (qui ueta
bat ſtatuam loco dimoueri) interẽpto. Atq; illud tẽ-
plum hoc pacto fuit ornatum. ſunt & multa priuata
donaria. Huius Babylonis multi alii reges extitẽre,
uorum in exponendis rebus Aſſyriis mentionem fa
ciam, qui & muros ornauerunt & templa: & in
Semir- ter eos duæ feminæ. Harũ prior, quę quinq; ætatibus
mis- ante poſteriorẽ regnauit, uocata eſt Semiramis. Hęc
per planicies aggeres extruxit ſpectaculo dignos, cũ
ante hac flumen eã omnẽ reſtagnare ſolitus eſſet. Po-
Nitocris. ſterior regina Nitocris nomine extitit ſuperiore ſoler
tior. Cuio eũ alia monumẽta extiterũt, quę ego cõme
morabo, tũ uerò hoc, qd animaduertẽs imperiũ Me-
dorum ingens ac pacatum, ſubactasq; ab his multas
urbes, & inter has Ninum, permuniuit ſe omnibus
quã potuit maximè. Ante omnia fluuiũ Euphratem,
qui primum mediam ipſorum urbem interfluens, re
ctus erat, tortuoſum reddidit, foſſis ſuperius depreſ-
ſis, adeò ut quendam Aſſyriæ pagum, nomine Arden
ca, terat influat, & qui nunc è mari per Euphratẽ Baby
lonẽ uerſus ſubuehuntur, ter ad hũc eundẽ pagũ ap-
plicẽt, idq; triduo. et hũc quidẽ talẽ reddidit. Aggerẽ
uerò ex utroq; fluminis labro aggeſſit uiſu mirandũ
tantæ eſt & magnitudinis & ſublimitatis. Multo ſu-
pra Babylonem, aliquãtulum ſeorſum à flumine, ef
fodit paludis eluiem, pfunditate quidẽ ad aquam
ſemper ducta: latitudine uerò eius quoquo uerſus
trecentorum uiginti ſtadiorum. Hæc foſſitia humus
ad fluminis ripas aggeſta eſt, quẽ locum ubi depreſ-
ſit, crepidinem ambitus eius lapidibus induxit. Hæc
duo, ut flumen flexuoſum & lacuna tota foſſa eſſet,
ideo fecit, ut fluuius per multos anfractus retẽtus, ſe
datior mearet, & nauigationes in Babylonẽ eſſent

tortuoſæ,

tortuoſæ, & ex ipſis nauigationibus lõgus ambitus la cunæ exciperetur. Ad hæc quæcũq; erat regio ad inuadendũ opportuna, & cõpẽdiaria ex Medis uia, hãc interſepit, ne Medi cõmercio Aſſyriorũ ipſius negotia cognoſcerẽt. Et hæc quidẽ ex ꝓfundo circũiecit. Cæterùm ex eis talẽ fecit cõmunitionẽ: Cum ſit urbs in duas dirẽpta regiones, fluuio mediũ tenẽte, quoties aliquis ex altera in alterã regionẽ trãſire uolebat ſub regib. ſuperiorib. is neceſſe habebat nauigio tranſire: q̃ erat (ut reor) ſanè moleſtũ. Huic rei proſpexit: ſiquidẽ ubi effodit effluuiũ lacus, aliud opere eodem monumẽtũ ſui reliquit. Saxa prægrãdia præcidit, quę ubi in expedito fuerũt, & locus depreſſus, in locũ ipſum quẽ depreſſerat, omnẽ fluminis curſum auertit, Cũ hic locus effoſſus impleretur, interea priſtino alueo arefacto, oras fluminis intra urbẽ ac deſcẽſus, q̃ ex portulis ad flumẽ ferũt, extruxit coctis lateribus cadẽ ratione qua muri extructi ſunt. Extruxit itẽ circa mediã fermè urbẽ pontẽ ex iis quos effoderat lapidib. ferro eos ac plũbo deuinciẽs. Hunc ſubliciis quadratis, per quẽ Babylonii tranſirẽt, interdiu cõmittebat, caſdẽ noctu tollebat: hac uidelicet cauſa, ne pernoctẽ tranſeũtes mutua furta exercerẽt. Vbi lacuna repleta eſt flumine, & opus põtis exornatũ, tunc fluuiũ Euphratẽ è ſtagno in priſtinũ reuocauit alueum: atq; ita lac⁹ quẽ foderat, uiſus eſt utiliter factus, & põs in uſum ciuiũ extructus. Eadẽ regina hũc machinata eſt dolũ: Supra portas urbis celeberrimas, in loco edito atq; cõſpicuo, ſepulcrũ ſibi extruxit, atq; his literis ĩſcripſit Si cui regũ Babylonis poſt me futurorũ fuerit pecuniæ penuria, aperto ſepulcro ſumat quãtum cũq; libuerit pecuniæ, dũtaxat indigẽs, alioquin ne aperiat. Nõ enim bonũ fuerit. Hoc ſepulcrũ tãdiu fuit immotum, dum regnum peruenit ad Dariũ. Is indignũ eſſe ratus, ſe neq; uti quippiã his portis (ideo autem

tem non utebatur, quòd supra caput ipsius transeuntis mortuus situs esset) neq; sumere pecunias repositas, & eas ipsum prouocãtes, reseruit monumentũ: in quo non quidem pecunias inuenit, sed literas ita dicentes: Nisi pecunia esses inexplebilis, & turpis lucri cupidus, haud aperuisses urnas defunctorũ. Talis extitisse hæc regina memoratur. Aduersus cuius filiũ Labynitum, patris nomen, & Assyriæ imperiũ habẽtem, Cyrus exercitum duxit. Ducit autẽ rex magnus exercitum probè domi comparata re frumentaria, atq; pecuaria. Portatur item aqua ex flumine Choaspe, Susa præterfluente, quo uno ex omnibus fluminibus rex potat. Cuius Coaspis aquam decoctam, & in argẽtea uasa diffusam, ferẽtes permultæ carrucæ quatuor rotarũ, multis trahẽtibus, assiduè comitantur, quocunq; ille proficiscitur. Cyrus Babylonẽ tendẽs, ubi uenit ad Gyndẽ amnem (qui in Mantienis ortus montibus, per Dardaneos in Tygrim alterũ amnem fluit, qui Opin urbẽ præterlabens, rubro infunditur mari) conabatur hũc fluuiũ Gyndẽ traiicere, cũ non posset nisi nauibus traiici. interim ei quidam è sacris equis candidis petulãter ingressus fluuiũ, transire conabatur. Hunc fluuius uorticibus contorquens, obruendo abripuit. Cyrus per quàm ægre ferens hanc fluminis iniuriam, illi comminatus est, se sic redditurũ eum tenuẽ, ut posthac facilè uel à mulierib. transiri posset, ne genua quidẽ tingẽtib. Hæc minatus, expeditione in Babylonẽ intermissa, copias suas bifariam diuisit. Dehinc alueos ad funiculũ designauit centenos & octogenos, utrinque ad Gyndis labra omnino cõuersos, quos distributis copiis effodi iussit. Et opus quidẽ, ut q à tanta multitudine fieret, perficiebatur: tamẽ in eo faciẽdo eã æstatẽ triuerũt. Cyrus ubi Gyndẽ multauit in trecẽtos & sexaginta riuos diductũ, & alterum uer illuxerat, ita porrò iter Babylonem per

Cyrus in Labynitũ Babyloniæ regẽ ducit exercitum.

Cyrus Gyndem fluuiũ in multos riuos diuisit.

git,

git, Babylonijs cum producto exercitu præstolãtibus. Qui ubi propius urbem ille promouit, cum eo confligerunt, prælioq; fugati, in oppidũ se receperunt. Ii tamen quia Cyrum iam pridem animaduerterant inquietũ esse, uiderantq; omnes pariter gẽtes aggredientem, cõportauerant multorũ sanè annorũ commeatus. Ideoq; tunc obsidionẽ nullius momẽti faciebãt. Et Cyrus cũ iam in longo tẽpore nihil admodũ res p ficerent, inops cõsilij erat. Tandem siue alius ei anxio suggessit, siue ipsi in mẽtem uenit quid in rem esset, sic statuit faciendum: Instructis uniuersis copijs, partim quà fluuius urbẽ ingreditur, partim à tergo quà egreditur, præcipit, ut dum cernerent alueum posse transiri, illac urbẽ inuaderẽt. Ita instructis atq; admonitis suis, cũ inutiliori exercitus parte abijt ad stagnũ. Eò ubi peruenit, quæ Babyloniorũ regina fecerat apud flumẽ, & apud stagnũ, q erat palus, eadem ipse fecit. Nam reuocato flumine, alueũ eius pristinum uado transibilem reddidit. Id tale ubi actum est, Persæ qui ad hoc ipsum instructi erant, per alueũ unde fluuius Euphrates abscesserat, mediorũ ferè femorũ tenus gnauiter Babylonẽ introierunt. Quos Babylonij si factũ Cyri prius aut audissent aut sensissẽt, haud dubiè, contempto eorũ ingressu, pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus quæ ad flumen ferũt portulis, cõscensisq; septis, ipsi p ripis stantes illos p gressos ueluti in cauea excepissent. Nunc ex inopinato eis Persæ astiterũt: & cũ capti essent qui media urbis incolebãt Babylonij, ppter eius tamen magnitudinẽ non sentiebatur (ut fertur) ab his qui circa extrema habitabant. Sed fortè quoniã dies festus eis esset, exercendis choreis atq; oblectationib. opera dabatur, donec planè rẽ animaduerterterũt. Atq; ita primũ capta est Babylon. Cuius urbis quãta sit potentia, cùm ex aliis multis pandã, tum uerò ex hoc, quòd cũ regi magno

Cyrus Babylone potitur.

Babylonis opes.

magno omnis plaga, cui imperat, sit distributa in ipsius atq; exercitus eius alimẽtũ, præter tributa ex duodecim quib. annus cõstat, mensib. quatuor regio Babylonia octo reliquis eũ omnis Asia alit. Ita huius regionis potẽtia tertia Asiæ partẽ æquiparat, & eius principatus, quẽ satrapiã Persæ uocant, omnium prouinciarũ lõgè est optimus, adeò ut Tritæchmæ Artabazi filio, qui pro rege tributũ hoc exigebat, singulis dieb. singulæ argenti plenæ artabæ penderẽtur. Est aũt artaba mẽsura Persica, capacior q̃ Attico medimnus trib. chœnicib. Atticis. Ad hæc eũdẽ peculiares eq. præter bello destinatos, admissarii ostingẽti, cũ equarũ qbus admittebãtur sexdecim millib. nã singuli ad uicenas admittũtur. Præterea canũ Indicorũ tãta alebatur multitudo, ut ad præbẽda eis cibaria, quatuor in eadẽ planicie magni uici attributi essẽt, aliorũ tributorũ immunes. Atq; hæc præsidis Babyloniæ peculiaria erãt. In Assyriorũ terra parũ pluit. q̃ in ea frumenti germinat, id demũ est, q̃ ex flumine irrigatur. Irrigatur aũt seges, & frumẽtũ pœnit, nõ quẽadmodũ in Aegypto, flumine ipsa spõte in rura discẽdẽte, sed manib. atq; scrobib. irrigatũ. etenim Babylonica regio omnis, quẽadmodũ Aegyptiaca, distinguitur in fossas, quarũ maximas nauib. trãsiri potest, ad solẽ hybernũ uergẽs, ex Euphrate exiẽs in Tigrim alterũ flumẽ, iuxta q̃ urbs Ninus sita erat. Hæc regio omniũ quas nos uidimus, lõgè optima est, dũtaxat ferẽdo frumẽto. Nã in arborib. ferẽdis, ficu, uite, oleo, nequaquã de principatu cõtendit. Cereris autẽ fructu pereãdo adeò ferax est, ut nunquã nõ ferè ducẽta reddat: & ubi præstãs bonitate se uincit, etiã ad tricena, quaternũm ferè digitorũ latitudine triticeis atq; hordeacis foliis. milii uerò ac sesami, peritatẽ instar arborũ etsi mihi cõpertã tamẽ memorare supersedeo, phè sciẽs his qui nũquã Babyloniã regionẽ adierũt, quæ de frugiferis dicta sunt, perquã incredibilia uisum iri. Oleo neuiquã utũtur, uisi q̃ ex sesamis faciũt. Sũt eis passim per

Assyriæ natura.

ommem

omnẽ regionẽ palmæ ſua ſpõte naſcẽtes, pleræq; fructife
ræ: ex quib. & cibos & uinũ & mel cõficiũt, curãtes mo
re ficorũ. Harũ, ut aliarũ arborũ, Græci maſculas uocãt,
quarũ fructũ his quæ palmulas ferũt, alligant, ut illinc
ꝑdiẽs culex, palmulas penetrãs cogat matureſcere, alio
q occaſuras. Maſculas enim in fructu culices ferũt, quẽ-
admodũ caprifici. Venio ad id, q ex omnib. quæ de ea re
gione ſecũdũ ipſam urbẽ, mihi ꝑ ſummo miraculo eſt
differẽdũ. Nauigia illorũ quæ per flumẽ cõmeant Baby
lonẽ, omnia ſunt orbiculata atq; coriacea, quæ pecuarii
Armenii, q ſupra Aſſyrios incolũt, ex cęſis ſalicib. faciũt,
inſtruũtq; pellib. nudo illarũ extrinſecus poſito in mo-
dum ſoli: neq; puppe diſcreta, neq; prora acuminata, ſed
in ſpeciẽ clypei magis orbiculata. tale nauigiũ ſtramẽtis
ſtipatũ, fluuio deferẽdũ permittũt, cũ aliis reb. tũ uerò
doliis è palmularũ uino onuſtũ, dirigẽtib. illud duobus
cũ totidẽ palis: quorũ alter introrſum palã trahit, alter
exterius pellit. Fiũt aũt nauigia hæc & magna admodũ,
& minora, quorũ maxima quęq; ferũt põdus quinq; mil
liũ talẽtorũ, ſingula ſingulos aſinos uiuos intọ habẽtia,
maiora etiã plures. In quos illi poſtq; nauigãtes Babylo-
nem peruenerũt, onusq; diſtraxerũt, lignaq; nauigii, atq;
omnia ſtramẽtã adduxerũt, pelles cõgerũt, & eos in Ar
meniã agitãt, aduerſo enim flumine nauigari præ illius
rapiditate nullo pacto poteſt. Qua ex cauſa nõ ex lignis,
ſed ex pellib. nauigia fiũt. Iidẽ ubi aſinos agitãdo in Ar-
meniã redierũt, alia ad eũdẽ modũ nauigia cõparant. et Babylo
naues quidẽ corũ tales ſunt. Amictu aũt tali utũtur: dua nlorum
bus amiciũtur tunicis, una linea uſq; ad pedes demiſſa, ueſti-
altera ſuper hãc lanea: poſtremò cãdida & breui penula menta.
circũdãtur. Calceos gerũt gẽtis more, ſoleis Thebanis ſi
milimos. Capita habentes comata mitris redimiũt, un-
gũctis toto corpore delibuti. Anulũ ſignatoriũ ſingu-
li geſtãt, & ſceptrũ affabrè factũ, cui ſuperſtat aut malũ,
aut roſa, aut liliũ, aut aq̃la, aut aliud quippiã. nã abſq; in
ſigni geſtare ſceptrũ, ipſis nefas ẽ. Atq; hic corũ corporis

eſt cul-

Babylo-niorum lex conlu galis.

est cultus. Leges uerò quę cõstitutæ ab ipsis, hæ sunt: una quidem prudẽtissima, altera autẽ (quantum ego sentio) qua Henetos ex Illyrijs audio uti per singulos pagos. Semel quotannis ista fiunt. Vbi uirgines factæ sunt nubiles, eas congregãt, & uniuersas unum in locum cõducũt, quas circũsistente uirorũ frequentia, surgens pręco sigillatim uẽdit, sed primũ pulcherrimam omniũ, secundũ hanc (ut quàm plurimo uendatur auro) aliã euocat, quæ post illam est speciosissima. Venduntur aũt in contuberniũ, quarũ pulcherrimas quasq; Babylonii, qui locupletes, & ijdem cœlibes sunt, mercantur, ut quisq; licitando alterũ superat. At ex plebe qui sunt cœlibes, his non est opus pulchra forma, ideo pecunias ac turpiores accipiũt uirgines. Nam præco, ubi uirginũ speciosissimarũ peregit uenditionẽ, excitat deformissimã, si quis illorũ mercari uolens existat, edicitq; quisquis uelit quàm minimo auri sumpto eã in matrimoniũ habere, donec illi qui minimo cõtentus est, fœmina addicitur. Ita aurũ ex speciosis uirginib. cõficitur, & per easdẽ cuicunq; uolenti deformes ac debiles collocãtur. Quarũ nulli cuiquam emptori fas erat sine fideiussoribus abducere, sed datis fideiussoribus de cõtubernio uxoris ita demũ licebat abducere: sed de hoc nõ conuenichat. lex lata erat ut aurum illi redhiberet. Quinetiam ex alio pago uenientib. licebat uxorem mercari, si uellent. Hæc apud eos honestissima lex erat, quę tamẽ nõ perseuerauit. Nouissimè aliud quiddã excogitauerũt, ne quis fœminas iniuria afficiat, neúe quis aliã in urbẽ abducat. Nã postea quã expugnati malè accepti sunt, rẽq; domesticam absumpserunt, unusquisq; plebeius ob uictus inopiam filias suas adigit ad quæstum corpore faciendum. Alteram item sapienter condiderunt legem, languentes efferẽdi in forum (neq; enim medicis utuntur) ut de eorum languore consulãt qui eos

Babyloniorũ lex de ægrotis.

adeunt,

adeunt, si quis & ipse eũdem passus est morbum, aut alium uidit patientem. Hæc uiri qui illos adeunt cõsuluunt, hortanturq; ad ea quæ ipsi faciẽdo effugerint similem morbum, aut alium nouerint effugisse. Nec fas est cuiquã languentes præterire silentio, nec ante quã exploraũerit quonã laboret ille languore. Sepulcra eisdem in melle sunt, luctus funebris Aegyptio persimilis. Quoties cum uxore miscetur uir Babylonius, adhibito thymiamati assidet, & ex aduerso mulier idem facit. Sub diluculum abluuntur ambo, nullum uas priusquam se abluerunt tacturi. Eadẽ & hæc Arabes faciunt. Vna iisdẽ Babyloniis lex est, omnibus modis execranda: nempe omnibus mulieribus indigenis commune est, semel in uita ad Veneris templũ desidentib. cum externis uiris consuetudinẽ habere. Cæterùm cum pleræq; sint diuitiis tumẽtes, quæ sui copiam facere recusent, hæ uehiculis camcratis subuectæ, p tẽplo cõsistũt, relicta interim à tergo magna famulitii turba. Pleræq; etiã hunc in modũ faciũt: Ad templũ Veneris sedẽt, nodis corollisq; tẽpora reuinctæ, è quib. dũ aliæ seorsum abeũt, aliæ egrediũtur. Nã diuerticula undecũq; sic funiculis distincta aditũ præbẽt externis ad mulieres illas, quam cuiq; libuerit deligẽdã. Porrò cũ semel illic consederint, nõ prius domũ regrediũtur, quàm hospitũ aliquis pecuniã mulieri in sinũ iniecerit, & cũ eadẽ à fano seorsum abducta rem habuerit. Hospitẽ aũt illum qui pecuniã obtulit, dicere oportet: Tanti ego tibi deã Mylitam imploro. Mylitam enim Assyrii Venerẽ appellant. Ac uerò pecuniam illam, quantulacũq; sit, non est fas reiicere, siquidẽ in sacrũ cõuertitur usum. Neq; mulieri etiã permittitur hospitẽ aliquẽ repudiare, sed quicũq; is est, qui pecuniã obiecerit primũ, hũc illa sequitur citra delectum. Postremò ubi iam congressa fuerit cũ externo mulier, dea expiata, domum reuertitur. Ac deinceps

Babyloniorum lex de fœcundatione.

deinceps haud ita multo conduxeris. Iam quæ forma sunt elegantiori, citius (ut par est) expediuntur: quæ uerò deformes, diutius cogũtur desidere ꝑ templo, antequã legi faciãt satis. Fitq; interdũ, ut uno atque altero anno, aut etiã triẽnio atq; diutius expectare oporteat miseras. Alicubi nempe in Cypro, similis quædã lex est. Hæc sunt Babyloniorũ instituta, quorũ tres sunt familiæ, quæ nullo alio nisi piscib. uictitant. Quos captos ubi arefecerũt ad solẽ, hoc faciũt: In pilã deiiciũt, ac pistillis pinsunt: deinde linteis cõseruant, undẽ quisquis uult cõspergit, oſſaq; facit, quã in modum panis torreãt. Cyro post hãc gẽtẽ ab eo subactã incessit cupido Massagetas in suã potestatẽ redigẽdi. Quæ gẽs ferunt & magna esse & robusta, ad auroram solisq; ortũ sita, trans Araxem fluuiũ è regione Issedonorum. Sunt qui dicãt eam Scythiæ nationis. Araxes Istro maior, & idem minor esse memoratur: & in eo frequentes insulæ Lesbo pares magnitudine: & homines qui illas incolunt, ætate uesci radicibus quibuscunq;, quas ipsi euellunt. Arborum autem fructus, quos maturos comperiunt, in cibum reponere, quo per hyemem uescantur. Apud eos etiam inueniri arbores talem fructum ferentes, qui iactus in ignem ab his, qui ad sẽ calefaciendum conuenerunt, foco circunsedentes incẽso igne, sic ebrios reddit odore suo, ut uinũ Græcos: & eo uehemẽtius, quo plus eius fructus fuerit iniectũ, quoad cõsurgatur ad tripudiãdũ, ac perueniatur ad cantũ. Atq; hæc fertur eorũ esse uiuendi cõsuetudo. Araxes porrò fluuius à Mantienis quidem, unde & Gyndes (quem Cyrus in trecentos ac sexaginta diduxit riuos) fluit, sed per sexaginta ora prorũpens, quæ uno excepto in paludes eluuiesq; euoluitur, ubi ferũtur homines habitare, qui crudis uictitẽt piscib. & ꝑ uestib. utãtur uitulorũ marinorum pellibus. Reliquum illud per apertũ fluit in mare Caspium, quod mare per sese est, nec ullo cum

Massagetæ.

Araxes fluuius.

Mare Caspium.

illo commiſcetur. Nam & illud quod Græci omnes pernauigant, & id quod extra columnas uocatur Atlanticum & Rubrum, idem eſt mare. Caſpium uerò alterum, ac per ſeipſum eſt longitudinis quindecim dierum curſu nauis qua remis utatur, latitudinis ubi ſpacioſiſſimum eſt, octo dierum: qua ex parte ad ueſperum uergit, Caucaſo prætentum monte, cùm maximè ueſtitatis, tum ſummæ altitudinis, multas atq; in ſe omnifarias gentes habente, ac pleraſq; omnes agreſti materia uictitantes, ubi arborum frondes, his quæ ſunt apud nos ſimiles feruntur eſſe, quibus contuſis & aqua dilutis, illi animalia ſibi per veſtes inſcribere dicuntur: eaq; animalia nũquam elui, ſed perinde atq; ab initio eſſent intexta, ſic cum reliqua lana ueteraſcere. Horum quoq; hominũ concubitus ſicuti pecorum in propatulo eſſe. Et ad ueſperã quidẽ uergẽs hoc mare q̃ Caſpiũ uocatur, Caucaſus cohibet: qua uerò parte uergit ad auroꝛã orientẽq; ſolem, planicies excipit proſpectu immenſæ magnitudinis. Quã ſpacioſam planiciẽ nõ ex minima parte Maſſagetæ poſſidẽt, quib. bellum Cyrus inferre cupiebat multis ac magnis ſolicitatus incitatusq́ue cauſis. Primũ ſua genitura, quòd uidebatur maius quiddã homine eſſe. Secũdo loco, ſelicitate qua fuerat uſus ad uerſus hoſtes. Quãcũq; enim gentẽ Cyrus inuaſerat, ea gens nullo pacto potuerat euadere. Erat aũt Maſſagetarum regina defũcto uiro Tomyris nomine, ad quã in coniugium petendã Cyrus miſit uerbo duntaxat, uolens eam habere uxorem. Animaduertens illa non ſe in coniugium, ſed regnum Maſſagetarum peti, accęſſum Cyro interdicit. Poſtea Cyrus cũ dolus non procederet, progreſſus uſq; ad Araxem, apertè infeſto cũ exercitu Maſſagetas tendit. flumen pontibus iungit, quibus copias traiiciat, factis ex nauibus, turres deſuperædificans. Ad quem in hoc labore occupatum,

Cyrus Maſſagetas bello petit.

Tomyris

Tomyris reginæ mãdatum ad Cyrum

Tomyris caduceatorem misit, qui diceret: Rex Medo
rum desine incumbere in quæ incumbis, nescius an
ista quæ constituisti, tibi conducibilia erunt. Omis-
so incœpto, apud tuos ipsius regna, & nos hinc finiũ
quorum sumus, principes esse. Verùm tu admonitio
nib. his uti noles, & omnia males quàm otium. Quòd si
tantopere affectas lacessere Massagetas, omitte quam
sustines æruminá, iungendo fluuium: ac nobis tridui
itinere digressis, traiicito in nostram regionem: aut si
mauis nos excipere in uestram, tu hoc idem facito.
Hæc ubi Cyrus audiuit, accitis Persarum primoribꝫ
coactisq; in mediũ rem proponit, cõsulens, utrũ sibi
agendum constituerent. Illorum in idem conuenêre
sententiç, iubentium recipi in ipsorum regionem cũ
suo exercitu Tomyrim. Quam sentẽtiam Cræsus Ly-

Cræsi consilium super Tomyris mãdato.

dus cum adesset, improbat, in contrarium differens
his uerbis: Equidem tibi rex etiam antea dixi, quãdo
quidem Iupiter tibi me tradidit, quicqd animaduer
tero errari in tua domo, id omne me pro uirib. auer-
surum. Nam mex ruinæ etsi ingratæ, mihi tamen exti
tere disciplinæ. Si tibi esse uideris immortalis, & eiu-
smodi exercitui præesse, nihil est opus ut meam tibi
dicam sentẽtiam: sin uerò tè quoq; agnoscis hominẽ,
& aliis talib. præesse, illud in primis discito, humana
rũ rerum circum esse: qui rotatus, semper eosdem for
tunatos esse nõ sinit. Ideoq; de hac, quam proposuisti,
re, secus ego atq; isti sentio. Si enim hostes in terrã no
stram uolemus excipere, id tibi ex hoc periculũ erit,
ne fugatus omne amittas imperiũ: quia haud dubiè
uictores Massagetæ, nõ se retro fuga recipiẽt, sed tuas
prouincias adorientur. Victor aũt tu non adeò multũ
uincis, quàm multũ si transgressus in terrã illorum,
uictis Massagetis instabis fugientibus. Hoc enim pro
illo substituito consilium, ut uicto hoste rectà pergas
ad subigendum Tomyridis regnum, & quidem sine

duce

duce. Deforme est enim atq; intolerabile, Cyrum Cambysis filium mulieri cedentem detrectare pugnam. Itaque mihi placet, traiectis copijs procedere eousque dum illi in occursum prodeant: atq; dehinc ita faciẽdo, dare operam ut illos superemus. Nanq; ut ego audio, Massagetæ bonorum sunt Persicorum insueti, & magnorum cõmodorum expertes. His ergo uiris propoue in nostris castris instructarum affatim epularum magna ui pecorum interfecta, cum magna etiam ui poculorum uini meri, atq; omnis cibariorum generis. Hoc ubi fecerimus, imbecillissimis quibusq; militũ ibi relictis, cum reliquis ad flumẽ nos recipiamus. Quibus tantis bonis illi conspectis (nisi me fallit opinio) se ad ea cõuertent, unde nobis supererit facultas magnas res perpetrandi. Atq; hç quidem in discussionem uenere sententiæ. Cyrus autem priori repudiata, Crœsiq; probata sententia, indixit Tomyridi ut retrocederet, utpote aduersus illam traiecturo. Illa quemadmodum à principio spopõderat, regressa est. Cyrus in Cambysis filij sui (cui regnũ tradebat) manus præbuit Crœsum, ac maiorem in modum ut hominem honore beneficijsq; prosequeretur, præcipit: si sua aduersus Massageras tractio nõ rectè cederet. Hæc ubi præcepit, eosq; remisit in Persidẽ, ipse cum copijs suis flumẽ traiecit. Transmisso Araxe ubi nox aduenit, uidit per quietẽ talem uisionẽ: Videbatur Cyrus in somnijs cernere maximum natu filiorum Hystaspis, habentem in humeris alas, quarũ altera Asiam, altera Europam inombraret. Erat Hystaspi Achæmenidæ Arsametis filio, ex liberis natu maximus Darius, tunc fermè uicesimum ætatis annum agens, in Persida relictus, quòd non maturus militiæ esset. Experrectus Cyrus, uisum suum intra se retractabat: quod cum ei magni momenti uideretur, uocato Hystaspi remotis arbitris, inquit: Filius tuus, Hystaspes, mihi atq; regnõ meo insidiari deprehensus

Cyri somnium.

henſus eſt: hoc unde proculdubio nouerim, per me noſcas licet. Dij mihi, quòd mei curam gerunt, quæcunq; eucuruta ſunt oſtendunt. Siquidē proximè uocte inter quiescēn liberorum tuorum natu maximū, in humeris habentem alas: quarum altera Aſiam, altera Europam inumbraret. Ex quo uiſo nulla tergiuerſatio eſt, quin ab illo mihi tendantur inſidiæ. Quapropter tu quàm raptiſſimè in Perſidem reuertere: facitoque ut cum ego ſubactis Maſſagetis illuc rediero, filiū tuum mihi ſiſtas ad cauſam dicendam. Et Cyrus quidem hæc locutus eſt, ſcilicet quòd ſibi inſidiari Darium ſuſpicabatur. At deus ei portendebat ipſum ibi mortem oppetiturum, & eius regnum ad Darium eſſe peruenturum. Reſpondens illi Hyſtaſpes: Abſit, inquit, rex, ut quiſpiam uir genere Perſes, tibi moliatur inſidias. Qui ſi quis ſit, is primo quoque tempore morte multetur. Tu enim Perſas ex ſeruis liberos, ex ſubditis aliorum hominum dominos effeciſti. Quòd ſi qua tibi uiſio filium meum indicat, rebus nouis contra te ſtudentem, ego tibi eum exhibeo pro tuo abitratu utendum. Hoc reddito reſponſo, Hyſtaſpes traiecto Araxe, Perſidem contendit, Cyro filium ſuum Darium in cuſtodia ſeruaturus. Cyrus autem Araxe traiecto, progreſſus unius diei iter, quæ Croeſus admonuerat exequitur, relictisque illic imbelli parte copiarum, mox cum expedita manu ad Araxem reuertitur. Hos itaque relictos ex Cyri exercitu aggreſſa tertia Meſſagetarū exercitus pars, ſeſe defenſantes interimit. Eadem conſpecto epularum apparatu, poſt aduerſariorum cædem ad epulandum diſcumbit: refertaq; cibo ac uino ſoporatur. Perſæ ſuperuenientes, horum multos occidunt, multoq; plures uiuos capiunt, cū alios, tum uerò ducem eorum, reginæ Tomyridis filiū, cui nomen erat Spargapiſes. Tomyris cognito exercitus ac filij ſui caſu, miſſo ad Cyrum caduceatore,

Cyrus aſtu Maſſagetas opprimit.

ita

ſta inquit: Inexplebilis cruore Cyre, ne ſpiritus tollas ex hoc quod actum eſt, ſi fructu uiteo, quo ipſi diſtenti adeò deſipitis, ut deſcendente in corpus uino impro-
ba à uobis uerba fundãtur: tali ueneno filium meum uicisti, dolo non prælio ſuperior. Quare meum admit
te conſilium bene tibi conſulentis: ubi, reddito mihi filio ex hac regione, ferens impunè quòd tertiam Meſ
ſagetarum partem profligaſti. Quæ niſi feceris, per So lem iuro, Meſſagetarum dominum, fore, ut ego te (etſi inſatiabilem cruore) tamen ſatiem. Hæc uerba ad ſe perlata, Cyrus pro nihilo habuit. Filius Tomyris Spar gapiſes, ubi uino laxatus didicit ſe in malo eſſe, exora-
uit à Cyro ut uinculis ſolueretur. Statimq; cùm ſolu-
tus eſt, ac manuum cõpos effectus, ſeipſam interemit: atq; hic quidem talẽ obijt mortẽ. Tomyris autẽ, quan
do Cyrus ipſam non auſcultaret, contractis ſuis co-
pijs ita conflixit cũ Cyro, ut hanc pugnam ex omni-
bus quæ inter barbaros extiterunt, acerrimã cenſeam extitiſſe: quamq; ita geſtã fuiſſe accipio, primũ utroſq; ſpacio inter ſe diſtantes, ſagittas egiſſe: deinde ſagittis abſumptis concurrentes, lanceis pugionibusq; fuiſſe conferros: ac diu pugnantes perſtitiſſe, neutris fugere nolentib. ad extremũ Maſſagetas ſuperiores extitiſſe: ibiq; cũ permagnã exercitus Perſici partẽ, tum uerò Cyrũ ipſum occubuiſſe, cũ unum de triginta omnino regnaſſet annos. Cuius cadauer inter cæſorum Perſarũ ſtragem Tomyris exquiſitũ cùm inueniſſet, caput in utrem demiſit, quẽ humano cruore cõpleuerat: mor-
tuoq; inſultans, inquit: Tu quidẽ meum uiuentis & in pugna uictricis filiũ perdidiſti dolo captũ, at ego te (ſi ut interminata ſum) cruore ſaturabo. Hæc de Cyri ul
tæ exitu: de quo cũ multa referantur, is qui mihi ma-
ximè uerisimilis uidetur, à me commemoratus eſt.

Tomyris filius ſibi mortem infert.

Cyri exitus.

Maſſagetæ, & amictum gerunt, & uictum habẽt Scy thico ſimilem. Ex equis præliantur & pedibus. Uro-

Massageta rũ mores.

que enim genere ualent: sagittarij item atq; hastati. Si gares, hoc est, pugiones, è more gestantes: in omnibus auro utentes & ære. Vtuntur nanque ære in omnibus quæ ad hastas, ad pharetras, ad sangares pertinent: auro autem in cunctis quæ ad capitis, ad balthcorũ, ad axillarum ornamentum spectant. Equorum itidem pectoribus æreos thoraces circundant. Circa frænũ, frænaq; & phaleras, aurum adhibent: ferro atq; argento nihil prorsus utentes. Quorum in regione cum immẽsa sit auri atq; æris copia, ferri tamen atq; argenti nihil est. Moribus his utuntur: Singuli quidem uxorem ducũt, sed ea communiter utuntur. Nam quod Græci memorant facere Scythas, id non Scythæ faciunt, sed Massagetæ. Siquidem uir Massageta quoties libidine capitur mulieris, suspensa ad plaustrum pharetra, sine pudore concumbit. Terminus uitæ nullus eis propositus est: ubi quis admodum senuit, eum conuenientes proximi quiq; cognati immolant, & cum eo aliquot pecudes, quarum carnib. pro epulo ubi decoxerunt, uescũtur, quod genus obitus apud eos beatissimum habetur. Languore extinctos nõ edunt, sed terra operiunt, loco damni putantes, quòd ad immolationem nõ uenerunt. Nihil omnino serunt, pecoribus uictitant piscatuq;, qui eis abundè ex Araxe fluuio suppeditat, ac lacte quod potitant. Ex dijs unum Solem uenerantur, cui equos immolant. Hic autem est eis mos sacrificandi, ut deorum per uicissimo è pecoribus omnibus per uicissimum mactent.

HERO-

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM Liber II.

Qui inscribitur EVTERPE.

CYro uita functo, regnum suscepit Cambyses eius filius & Cassandanæ Pharnaspo genitę: quã ante uirum defunctam Cyrus & ipse ingenti luctu prosecutus est: & cęteris quibus imperabat, lugeri prȩcepit. His parentibus ortus Cambyses, cum Iones & Aeoles pro hæreditariis sibi seruis existimaret, aduersus Aegyptios fecit expeditionem, comparato cùm ex alijs, tum uerò è Græcis, quibus dominabatur, exercitu. Aegyptij, prius quàm apud eos regnaret Psammetichus, omnium hominũ se priores extitisse arbitrabantur: uerùm Psammetichо regnum adepto, cum incessisset cupido noscẽdi, qui nam primi hominum extitissent, ex eo tempore putauerunt Phrygas quàm se priores extitisse, se uerò quàm cæteros. Enimuero Psammetichus, ubi sciscitãdo quinam primi hominum extitissent, nullum exitũ inuenire posset, huiusmodi rem machinatur: Pueros duos ex humilibus parentibus recens natos, tradit pastori inter pecora educandos, hunc in modum: Iussit neminem coram eis uocem ullam edere, solitaria in casa ambos sibijpsi relinqui, eisdem in tempore capras admoueri: ubi lacte expleti forent, alia administrari.

Cambyses Cyro succedit.

Psammetichus Aegypti rex, pueros duos curas nutriẽdos à mutis.

Hæc ideo faciebat iubebatq; Psammetichus, quòd cu
peret ex pueris ubi inarticulatè vagire desisterent, au-
dire, siqua vox prima erumperet, prout & contigit. Nã
ubi bimatus exactum est tempus, pastori qui hæc ad-
ministrabat aperienti ianuam atque intranti, ambo
infantes porrectis manibus procidentes, beccus clama
bant. Quod primò audiens pastor, obticuit. Cum ue
rò crebrius adeunti & obseruanti idem uerbum fre-
quentaretur, ita demum re domino indicata, iussus
ab eo pueros attulit exhibuitq;. Quos cum & ipse Psã
metichus audisset, percontabatur quinã homines bec
cus quippiam appellarent? Hæc percontans, comperit
Phrygas sic panem appellantes. Tali negotio argumẽ
tati, Phrygas se priores extitisse Aegyptij concesserunt.
Quod ita actum esse equidem ex sacerdotibus Vulca-
ni, qui sunt Memphi, audiebam. Græci tamẽ alia mul
ta & inepta memorant: Psammetichum pueros edu-
candos curasse apud mulieres, quarum linguas præci-
cidisset. Hactenus de puerorum educatione referebãt.
Alia quoq; apud Memphim audiui ex Vulcani sacer-
dotibus, cum quibus in colloquium ueni. Quinetiã
harum ipsarum rerũ gratia & Thebas & Heliopolim,
id est, Solis urbem, me contuli, animo cognoscendi,
nunquid consentanea forent his quæ Memphi dice-
rentur. Nam Heliopolitani feruntur Aegyptiorum
esse solertissimi. Atq; ex ijs narrationibus quæ ad rem
diuinam pertinentia audiui, ea non libenter enuncia
uerim, nisi ipsorum tantummodo nomina, existimã
omnes homines sentire de his. Quorum quicquid cõ
memorabo, id oratione coactus commemorabo. Quæ
autem humanarum rerum sunt, hæc ita referebant in
ter se constare: Omnium hominũ primos Aegyptios
annum comperisse, distinguentes eum in duodecim
temporum menses. Idq; comperisse ex astris: eo scien
tius (ut mihi uidetur) hoc agentes quàm Græci, quòd

Græci

Græci quidem tertio quoq; anno intercalarem menſem introducunt temporis gratia: Aegyptij uerò tricenis diebus, quibus duodecim menſes taxant, adijciũt huic numero quotannis quinos dies. Vnde eis ratio circuli tẽporum cõſtat eôdẽ redeuntis. Aegyptios quoque primos duodecim deorũ cognomina cẽſuiſſe, & ab illis Græcos fuiſſe mutuatos. Itẽ primos dijs & aras & ſimulacra & delubra ſtatuiſſe: quinetiã animalia in ſaxis ſculpſiſſe: quarũ rerum pleraq; ita effecta opere demonſtrabant. Præterea primũ mortalium regnaſſe Menẽ, ac ſub eo omnẽ Aegyptũ præter Thebaicã plagã paluſtrem fuiſſe: ex eaq; nihil eorũ quæ ſupra ſtagnũ Myrios extant, extiriſſe: in q ſtagnũ à mari per flumẽ ſeptem diebus nauigatur. Atq; de regione bene mihi dicere uidebantur. Manifeſtum eſt ei, qui ſi antea non audierit, tamen inſpexerit, modò ſit ſolertia præditus, Aegyptum in quam Græci nauigant, acceſſionem eſſe terræ, ac fluminis donũ: quinetiam loca ſupra ſtagnũ hoc, ad trium uſq; dierum nauigationẽ, de qua nihil amplius cõmemorabant. Eſt autem & aliud tale. Nã Aegyptiacæ regionis huiuſcemodi natura eſt: Iam primum cũ Aegyptum uerſus in alto curſum tenes, procul ab ea adhuc diurnæ nauigationis ſpatio, patieris ſenſum cœni, etiam in aqua undecim alta paſſus: quæ res declarat eatenus eſſe humi aggeſtum. Ipſius autem Aegypti lõgitudo ſecundum mare eſt ſexaginta ſchœnorum, id eſt, funiculorum: quemadmodum nos Aegyptũ diſtinguimus à ſinu Plinthinete, id eſt, lateritio, uſq; ad ſtagnum Selbonidis, ad quod mons Caſſius uſque pertingit. Itaq; ab hac parte ſexaginta ſchœni ſunt. Etenim qui modicum terræ poſſident, metiuntur illã paſſibus: q minus inopes terræ ſunt, metiũtur ſtadijs: qui multum poſſident, paraſangis: qui plurimũ ſanè, ſchœnis. Conſtant autem paraſangæ tricenis, ſchœni ſexagenis ſtadijs. Ita erit Aegyptus ſecundum mare ſta-

Aegyptũ natura.

dioram trium millium ſexcentorum. Hinc ad Heliopolim mediterranea uerſus Aegyptus ſpacioſa eſt, ſupina omnis, & aquarum inops, ſimul ac limoſa. A mari ad Heliopolim eundo per ſuperiora, eiuſdem penè ſpacij iter eſt, cuius ab Athenis illud, quod ab ara duodecim deorũ, fert Piſam, & ad delubrum Iouis Olympij: quæ itinera ſi quis cõputet, inueniet aut parũ quidđ differre quo minus paria ſint: aut non amplius quindecim ſtadijs. Nã uiæ, quæ ex Athenis Piſam fert, quindecim ſtadia deſunt, quo minus ſit mille & quingẽtorum ſtadiorũ. At ea quæ à mari ad Heliopolim ducit, hunc ſtadiorũ numerũ complet. Ab Heliopoli per ſuperiora eundo Aegyptus anguſta eſt. Nam qua parte mons Arabiæ exporrigitur, ab aquilone ferens ad meridiẽ atq; ad auſtrum, ſemper per ſuperiora pertingit ad mare quod rubrum uocatur: ubi inſunt lapidicinæ ad pyramides, quæ ſunt apud Mẽphim exciſę: ab hac quidẽ parte deſinens mons, declinat in quę dictũ eſt. Qua uerò parte productior ſeipſo eſt, duorũ ego audiebam mẽſium itineris eſſe ab aurora ad heſperũ: & eius extrema, quæ ad aurorã uergunt, feracia thuris eſſe. Atq; hic quidẽ mons talis eſt. Quo autem latere Africã Aegyptus ſpectat, alius mons ſaxeus extẽditur (in quo pyramides ſunt) ſabulo obſitus eodẽ modo, quo Arabici montis tractus, qui ad meridiem fert. Itaque quod ab Heliopoli eſt, non ita multorũ ſpaciorũ eſt, quod modò Aegypti ſit, ſed quatuor duntaxat dierũ nauigatione. Aegyptus anguſta eſt inter eos quos dico montes, quod intercapedinis campeſtris eſt terra, ſtadiorũ fermè (ut mihi uidetur) qua parte arctiſſima eſt, non amplius ducentorum, è monte Arabico ad eum qui dicitur Punicus. Illinc rurſus Aegyptus laxa eſt, atq; ita ſitus regionis natura cõparatus eſt. Ab Heliopoli autem ad Thebas, nouem diebus nauigatur, ſpacio quatuor millium octingentorum & ſexaginta ſtadiorum, hoc eſt,

eſt, unius & octoginta ſchœnorum: quæ Aegyptia ſtadia collecta ſecundum quidem mare, ſunt, prout à me ſuperius indicatũ eſt, tria millia ſexcenta: quantũ uerò à mari ad Thebas mediterraneſi ſit, indicabo. Sunt enim ſex millia ac centũ uiginti ſtadia: à Thebis autẽ ad urbem nomine Elephantinam, octingenta uiginti. Huius igitur regionis, quæ à me dicta eſt pleraq; pars, ut & ſacerdotes aiebant, & mihi ipſi eſſe uidebatur, acquiſititia Aegyptijs eſt. Siquidem quod inter prædictos montes, ſupra Memphim urbem poſitos, mediũ eſt, uidetur mihi ſinus maris aliquando fuiſſe, quem admodũ ea quæ ſunt circa Ilium & Teuthraniam, & Epheſum, & Meandri planiciem: ut hæc parua magnis comparẽtur. Quoniam nullum eorum fluminũ, quæ has regiones oblimauerunt, dignum eſt cõparari uni ex ſeptem oſtijs Nili, magnitudine. Sunt & alij fluuij nequaquã ad magnitudinẽ Nili, qui magna opera ediderunt, quorum nomina poſſem referre: cùm alij, tũ uerò Achelous, qui per Acarnaniã fluens in Echinadẽ inſularum mare, iam eas media ex parte fecit continẽtem. Eſt aũt Arabicæ regionis non procul ab Aegypto ſinus maris, productus ex eo quod rubrum uocatur, lõgus ita atq; arctus, ut differendo oſtendã. Prolixitas quidem, inchoando nauigationẽ ex Inacho in amplũ æquor, conſumit quatuor dies remigationis: latitudo uerò, ubi ſinus ampliſſimus eſt, dimidiatum diẽ nauigationis: in quo ſitu quotidie reciprocatio aquarũ, & uadoſum æſtuariũ eſt. Aliũ huiuſmodi arbitror ſinum in Aegypto extitiſſe: quorũ alter mare ad aquilonẽ habet, Aethiopiam uerſus: alter Arabicũ: de quo differere pergam, ferens ex auſtro in Syriã, qui peoè inter ſe ſuos receſſus terminãt, exiguo quodã terræ interuallo dirempti. Quòd ſi in hũc Arabicũ ſinũ Nilus uelit aluẽũ ſuum conuertere, quid eum prohibebit aſſiduè fluentẽ, quin intra uiginti millia annorũ illũ oblimet? Ego

Sinus Arabicus.

enim credo intra decem millia annorũ, qui ante me natum transierunt, sicubi siccanea facta sunt, nimirũ & suum siccaneum fieri posse, etiam multò (quã hic est) maiorem, à tanto flumine atq; ita operoso. Itaque quæ de Aegypto à referentibus audiui, ea & ipse ita habere existimo. Quippe cùm uideam & Aegyptum esse exporrectam à terra contigua, & conchylia existere in montibus, ac salsuginem exudare, quæ etiam pyramides corrumpat; & montem hunc, qui in Aegypto imminet Memphi, arenas solas habentem. Præterea regionẽ hanc nulli alteri cõterminæ, aut Arabiæ, aut Africæ aut Syriæ assimilem esse. Etenim Arabiæ maritima, ubi Syri incolunt, pulla humus est, & fragilis, utpote limus ex alluuionibus ab Aethiopia, flumine deuectus. Nam Punicam humum scimus magis puniceam esse, & magis subarenaceam: Arabicam uerò atq; Syriacã argillosiorem, ac suppetrosam. Quinetiam ut magnũ huius terræ documentum aiebant sacerdotes, sub rege Myri fluuiũ, quoties octo cubitis dum minimũ influebat, irrigasse Aegyptum quæ supra Memphim est. nec dum ab obitu Myris nongenti sunt anni, ad tempus quo hæc ego à sacerdotibus audiebam. At nunc, nisi ad sedecim aut ad quindecim saltẽ cubitos ascendat fluuius, regionem non transcendit. Quæ regio, si proportione in altum surgat, & tãtundem ad incrementũ readat: uidentur mihi Aegyptij, utiq; hi qui infra paludem incolunt cùm alia loca, tum uerò eam qui uocatur Delta, idẽ passuri, omni futuro tẽpore eam regionem Nilo non restagnante, quod aiebant ipsi passuros aliquando Græcos. Nam cũ audirent omnẽ Græcorum terrã pluuia perfundi, non fluminib. ut suã, dicebant fore, ut decepti aliquando magna spe, malè essurirent. Qui sermo hoc dicere uult, Græcos si nolit eis deus pluere, siccitate extinctum iri: ut quibus nihil sit alimenti ad aquæ, nisi tantum quod ex Ioue subministretur.

Atq;

Atq; hæc quæ ab Aegyptijs in Græcos dicuntur, rectè habent. Age, nunc uicissim dicam, quomodo res apud ipsos Aegyptios habeant. Si (ut superius dicebam) quæ infra Memphim est regio (hæc enim est quæ augescit) uelit in altum augescere proportione præteriti temporis, quid aliud Aegyptios, qui illic incolunt, quàm esurituros? si neque gustare ea quæ ab Ioue sunt, neque à flumine restagnari queant rura ipsorum. Isti nanq; ex omnibus hominibus, atq; ex omnibus Aegyptijs, maximè illaboratum percipiunt fructum, neq; proscindendis aratro sulcis, neq; subigendo solo, neq; aliud quicquã exercendo eorum, quæ in aruis colendis cæteri mortales laborant: sed postquam fluuius sua sponte superueniens irrigãuit rura, & rursus irrigata deseruit, tunc in suum quisq; ras iacto semine sues immittit, conculcatoq; suibus semine messem deinde expectat: atque ubi suibus semen uersauerit, ita demũ frumentum percipit. Quòd si uelimus de Aegypto Ionũ uti sententijs (qui solum Delta esse Aegyptum aiunt, à Perſei specula appellatũ, dicentes illã secundũ mare ad Pelusiaca usq; Tarichea quadraginta schœnorũ esse: à mari autem mediterranea uersus, pertingere ad Cercasorum urbem, iuxta quã scinditur Nilus in Pelusium fluens, & in Canobum: cætera uerò Aegypti, partim esse Africæ, partim Arabiæ) ostendemus, hac ratione urentes, nullam Aegypti primitus fuisse regionem. Nam Delta eis (ut ipsi dicunt, & mihi uidetur) defluxa humus est, ac nuper, ut sic dicam, extitit. Itaque si nulla eis terra erat, quid curiosi sunt, putãtes se primos homines extitisse? qui ne in puerorũ quidem experimentum (qui primam linguã proderent) ire debebant? quos ego opinor, neq; cum loco, quem Delta Iones uocant, pariter extitisse: sed semper fuisse ex quo genus humanum extitit, progressuq; terræ multos ex eis reliquos fuisse, multos aliunde subingressos. Ideoq;

olim

olim Thebæ Aegyptus uocabatur, cuius ambitus est stadiorum sex millium ac centum uiginti. Itaq; si nos de eis rectè sentimus, Iones non rectè sentiunt de Aegypto. Sin rectè Iones sentiunt, ostendo neq; Græcos neq; Iones scienter computare: qui cum aiunt tria membra totam esse terram, Europam, Asiam, Africam, quarum membrum annumerant Delta Aegypti, si non sit neq; Asiæ, neque Africæ. Nam secundum hanc rationem non est Nilus, qui Asiam ab Africa disterminat. Qui cum diuortia faciat circa acumen Deltæ, quod in medio est, id Asiæ & Africæ esset. De quo nos Ionum sententiam missam faciemus, ita sentimus: Aegyptum quidem eam omnem esse, quæ ab Aegyptijs incolitur: quemadmodum Ciliciam eam quæ à Cilicibus, & Assyriam quæ ab Assyrijs. Sed Asiæ & Africæ scimus recta ratione nullum esse terminum, nisi terminos Aegyptiorum. Si uerò quod Græcis persuasum est sequemur, sentiemus omnem Aegyptum quæ à Catadupis & Elephantina urbe incipit, bifariam diuidi, & utrunq; cognomea obtinere. Alium enim eius partem esse Africæ, aliam Asiæ. Quippe Nilus à Catadupis incipiens, mediam interfluens Aegyptum, irrumpit mari, uno quidem usq; ad Cercasorum urbem alueo, deinceps tripartito: quorum alueorum unus ad auroram, quod Pelusium ostium: alter ad uesperam tendit, qd Canobicum ostium nominatur. Tertius, quo rectà Nilus meat, talis est: Delatus per superiora in acutũ Deltæ profecisitur, dehinc medium Deltæ scindẽs, in mare euadit, non minimam huic alueo portionẽ aquæ præbens, nec minimè celebrem. quod Sebennyticum ostium appellatur. A Sebennytico item duo alia diuidantur ostia in mare ferentia, quibus hæc sunt imposita nomina, uni Saiticum, alteri Mendesiũ. Nam quæ Bolbitinum & Bucolicum nominantur, non sunt natiua ostia, sed defossa. Huic meæ opinioni, tantam esse

Nilus.

Aegyptum,

Aegyptum, quanta ratione demonstraui, testimoniũ etiam dat oraculum, quod ab Hammone est redditũ, quod ego posterius, quam ita in animum induxeram, circa Aegyptum audiui. Nam qui sunt ex urbe Marea & Apia, incolentes Aegypti fines Africam uersus, q̃d sibi Pœni non Aegyptij uiderentur, quodque perosi sacrorum cæremonias, nollent bobus fœminis prohiberi, miserunt ad Hammonem, negantes quicquam cũ Aegyptijs sibi esse commune. Habitare enim se extra Delta, nullumq̃ue sibi cum illis linguæ esse commercium, ac uelle sibi fas esse omnia gustare. Hæc eos deus facere non permisit, inquiens, Aegyptum eam esse, quam Nilus supergressus irrigaret: quisq; intra urbem Elephantinam incolentes, ex hoc flumine potarent, eos esse Aegyptios. Hæc illis ita responsa sunt. Porrò Nilus ubi inflatus est, non modò Delta inundat, uerum etiam plagam quæ dicitur Africana esse, aliquoties & Arabicam: idque utroque uersus duorum dierum itinere, & amplius eo uel minus. De cuius fluminis natura neque à sacerdotibus quippiam, neq; ab alio ulla re percipere potui: cum promptissimo forem animo ad hæc ab illis audienda, cur Nilus aquis inflatus deueniret inchoãs intumescere ab æstiuo solstitio, ad centũ usq; dies, & propè totidẽ diebus retrocederet, relinquens fluenta: ita per omnem hyemem tenuis esse perseueret ad solstitium rursus æstiuum. De his nihil omnino potui percipere ab Aegyptijs sciscitando, num aliq̃ uim Nilus haberet natura diuersam cæteris fluuiis. Hæc ego noscendi cupidus, eos interrogabã, & cur solus omnium amniũ nullas ex se auras remitteret. De qua tamen aqua quidam Græcorum, insignes cum uel lent effici sapientia, trifariam disseruerunt. Quarum opinionũ duas ne mentione quidem dignas existimo, nisi catenus ut illas tantũ significẽ. Earum una ait, uentos Etesias esse in causa, ut Nilus infletur, prohibẽs eum

De Nili natura disputatio.

cum effluere in mare. Atqui nonnunquam Etesiæ nõ dumspirauerunt, cum Nilus id agit. Ad hæc, si Etesiæ causa forent, oporteret alia quoq; flumina, quæcunque Etesijs obnoxia sunt, idem quod Nilus, pati: & eo magis, quo tenuiora sunt, minores gurgites exhibentia. Sunt aũt multa in Syria, multa in Africa flumina, quæ nihil tale patiuntur, quale patitur Nilus. Altera opinio est incredibilior quidem quàm hæc quæ dicta est, dictu tamen admirabilior, quæ ait illum, quòd ab oceano fluat, istud efficere: ipsum uerò oceanum, orbi terrarum circunfluentem. Tertia opinio ut multo modestissima, ita longè falsissima est: quippe quæ nec ipsa aliquid dicit, inquiens è niuibus liquescentibus manare Nilum: qui cum ex Africa per medios Aethiopes fluens, in Aegyptum euadat, ex locis calidissimis ad frigidissima, quî possit ex niuibus fluere? De quare multa sanè sunt, quę quis coniectare possit, nõ esse credibile, cũ qui talis sit, manare de niuibus: primum ac maximũ testimonium perhibẽtibus uentis, qui ab ijs regionibus calidi spirant. Secundum ea plaga, quæ sine imbribus & sine glacie perpetuò est: super niuẽ aũt quæ cecidit, necesse omnino est intra quinque dies plouere: ut si in his regionib. ningeret, etiã plueret. Tertiũ hominibus, qui ab ęstu solis nigri sunt, & miluis, atq; hirundib. quæ illic perennant: gruib. quoq;, quæ Scythicę plagę hyemẽ fugientes, ad hęc loca se cõferũt hybernatum. Si igitur uel quantulumcunque ningeret in ea plaga, per quam fluit, & ex qua incipit Nilus, profectò nihil tale esset, quemadmodũ necessitas arguit. At is qui de oceano loquitur, ad occultam fabulam referens, caret argumento. Neq; enim ego ullũ noui fluuium qui esset oceanus, sed hoc nomen opinor Homerũ, aut aliquem priscorum poetarũ cũ inuenisset, in poëticã intulisse. Quòd si opiniones quas proposui improbãtem me, oportet de occultis ferre sententiã,

dicam

dicam quare mihi uideatur impleri Nilus æstate. Hyberno tempore sol abscedens à pristino cursu subter hyemale sidus, meat in superiora Africæ. hoc quidem, ut breuissimè demonstretur, totum dictū est. Etenim dicū hunc, ut cuiq; terræ proximè accedit, ita eam maxima siti afficere credibile est, & scaturigines indigenarum amnium arefacere. Vt aūt plurib. uerbis demonstretur, ita habet: sol Africæ superiora permeans, istud efficit. Nam cum omne ueris tempus sit serenum in his regionibus, & ipsæ regiones sint torridæ, quas sol transiens uentos frigidos facit. quemadmodū medio cœlo means æstate facere consueuit: ad se trahit aquā, attractamq; in superna abijcit loca, q̄ excipientes uenti ac dissipantes liquefaciunt, hi uidelicet, qui (ut credibilè est) ab hac regione flant, auster & africus, multo omnium pluuiosissimi. Quanquam mihi uiderur nō omnem sol humorem eius anni Nilo remittere, sed pe nes seipsum reseruare. Idem mitigata hyeme, rursus in medium cœli regreditur, atq; illinc iam itidem ex cunctis fluminib. trahit humorē: quę flumina mox multarum aquarum imbre commixto, terram madefaciē te utiq; lacunosam, magna decurrunt. At æstate cum destituantur ab imbribus, & à sole attrahantur, exilio ra sunt. Nilus autem qui imbribus caret, cum attrahitur à sole, meritò solus fluuiorū eo tempore fluit multo exilior, quàm solet per æstatē. Tunc enim peræquè attrahitur atq; cæterę aquę, per hyemem uerò solus attrahitur. Ita solem censeo huius rei esse causam. Idem mea sententia, autor est aēreæ siccitatis in ea regione, dum exequat transitū suum. Ita semper Africæ superiora æstas obtinet. Quòd si finium ac cœli situs immutaretur, ut ubi nunc aquilo situs & hyems, ibi austri situs esset & meridiei: & ubi auster, illic aquilo collocatus esset: si hęc ita haberent, profectò sol amotus è medio cœlo, sub hyemē & aquilonem meare: supra Europā,

quemadmo-

quemadmodum nunc supra Africam: pertransiliesq; nobis omnem Europam, faceret (opinor) eadē in Istro quæ nunc facit in Nilo. De aura autem, quæ nulla è Nilo efflat, hoc mea fert opinio: Consentaneū esse, è locis ualde feruidis nihil respirare auræ, quæ ab aliquo frigido loco, flare gaudet. Verū hęc ita sint, quōmodō & sunt, & ab initio fuēre. Nili ramē fontes, nemo nec Aegyptiorum, neq; Græcorum, neq; Afrorum, cū quibus in colloquium ueni, se nosse professus est, præter scribam sacrarum Mineruæ pecuniarum apud Aegyptum, in urbe Sai, qui mihi iocari uidebatur, affirmāsse id proculdubio nosse. Sic aūt dicebat: geminos esse montes, cacuminibus in acutū tendentibus, inter Syenem positos urbē Thebaidis & Elephantinam. Quorū uni nomen esset Crophi, alteri Mophi, & ex eo medio Nili fontes abyssos, hoc est, immensæ altitudinis, emanare. Cuius aquæ dimidium Aegyptum uersus & uentum aquilonem flueret, reliquum dimidium Aethiopiam uersus atq; austrum. Quod autem abyssi forent fontes, aiebat Psammetichum Aegypti regem periculum huius rei fecisse: qui funibus multorum millium passuum connexis, & in fontes demissis, tamē ad fundum non deuenisset. Scriba hic, si modò gesta fuerant quæ dicebat, affirmando faciebat, ut ego opinarer uortices quosdam illic esse rapidos, ac refluxus, quemadmodum præcipitantis è montibus aquæ nequit funis ad explorandum demissus peruenire in fundum. Aliud ab ullo audire non potui, nisi (cum ipse inspiciundi gratia ad Elephantinam usq; urbem profectus sum) quiddā longissimæ narrationis, quod ex fama illic iam inquirendo accepi: eā ab urbe Elephantina ad superiora esse locū accliuē, ubi necesse sit nauigio utrinq; alligato tanquā boue pergere: & si funis abrumpatur, abire nauigium, rapiente fluminis impetu. Abesse autem hunc locum ultra quatuor dierum nauigationem:

De Nili fontibus.

gationem: esseq; ibi Nilum tortuosum, ueluti mæandrum, & duodecim schœnorum, quibus hunc in modum nauigare oporteret, & postea peruenire planum in locum, ubi sit insula Nilo circunflua, nomine Tachompso. Ab Elephantina desuper iam Aethiopes incolere & dimidium insulæ, nam alterum dimidium incolere Aegyptios. Insulam contineri ingẽti stagno; accolentibus circùm Aethiopibus pastorib. in quod è Nilo subuectus, peruenias in alueũ qui in stagnum diffunditur. Deinde egressus, itinere pedestri quadraginta dierum pergas propter flumen. Nam in Nilo acutos scopulos existere & saxa frequentia, per quæ nauigare non licet. Peragrato quadraginta diebus eo loco, alterum rursus ingressus nauigiũ, duodecim diebus subueheris, dum ueniás in urbem magnam nomine Meroẽn, quæ fertur aliarum urbium esse metropolis. Cuius incolæ solos deorum colunt Iouem & Liberum, eosque magnopere uenerantur. Ioui etiam constituerunt oraculum, cuius responsis quando iubentur; & quocunque iubentur, eò sumunt expeditionem. Ab hac urbe intra tantundem temporis, intra quantum ad ipsam ex Elephantina peruenitur nauigando, peruenies ad transfugas, quibus nomen est Asmach: quod uerbum idem pollet, quod sinistræ regiæ assistentes. Isti cùm essent Aegyptii bellatores, ducẽta & octo millia, ad hos Aethiopes transiere, hac de causa: Sub rege Psammeticho fuerant in præsidiis collocati, alii ad urbem Elephantinam, & ad Daphnas Pelusias aduersus Aethiopes, alii aduersus Arabes & Syros, alii ad Meroen aduersus Pœnos. Quibus in locis, quemadmodum sub rege Psammeticho erant, ita in ea ætate Persarum præsidia excubabant. Nam & in Elephantina & in Daphnis Persæ excubias agunt. Cùm igitur triennium in præsidio fuissent Aegyptii; neq; illinc ab aliquo dimitterentur, com-

muni usi consilio, à Psammeticho ad Aethiopiam sibi transeundum putauerunt. Quos, re audita, Psammetichus insecutus, ubi est assecutus, multis uerbis obsecrabat, uetabatque patrios deos, ac liberos, uxoresque deserere. Ibi quidam illorum fertur ostenso ueretro dixisse, ubicunque id esset, id sibi & uxores & liberos fore. Hi posteaquam in Aethiopiam profecti sunt, sese Aethiopum regi tradiderunt: quos ille ita remuneratus est. Erant ei nonnulli Aethiopum aduersarii, quorum terram eripientes istos iussit incolere. Aethiopes his colonis inter se collocatis, facti sunt mansueriores, moribus Aegyptiacis imbuti. Ad quatuor igitur mentium partim nauigationem, partim iter, cognoscitur Nilus: præter id quo fluit per Aegyptum. Tot enim menses in summa reperientur impendi ab his, qui ex Elephantina ad hos per fugas pergant. Fluit autẽ ab Hespero & occasu, dehinc quid sit, nemo potest pro comperto narrare. Est enim deserta præferuore ea regio. Accepi tamen hoc ex quibusdam Cyrenæis, qui se ad Ammonis oraculum isse cõmemorarent, collocutosque cum Etearcho Ammoniorum rege, & ex aliis sermonibus deuenisse in garrulationem de Nilo, cuius nemo nosceret fontes: Etearchumq; narrasse aliquando Nasamonas quosdam ad se uenisse, quæ gens sit Punica, Syrtim incolens, & oram quæ uergit ad auroram, non multum supra Syrtim eos cum uenissent, interrogarenturq; nunquid amplius haberent quod referrent de Africæ desertis, retulisse apud se fuisse uirorum præpotentium filios procaces: eos cum in uirilem ætatem adolcuissent, cũ alia superuacua fuisse machinatos, tum uerò ex sese quinq; sortitos ad inspiciundas Africæ solitudines, si quid amplius cernerent quàm hi qui longissia inspexissent. Oram enim maritimam Africæ aquiloni obnoxiam Pœnos, & Pœnorũ pemultas gentes ab Aegyptæ

De quæstione Nili fõtibus.

pto incipientes omnem obtinere usq; ad promontorium Solœntẽ, q; Africam terminat, præter id demũ quod aut Græci obtineant, aut Phœnices supra maritimam oram, & eos qui ad mare incolunt, feris ulteriora habitari. Vlteriora feris arenosa esse, uehementerq; arida, ac prorsus uasta. Igitur eos iuuenes ab æqualibus dimissos, aqua atq; cibariis ꝓbè instructos, primũ per loca hominib. habitata perrexisse, hanc per mensos in illam feris frequẽtem peruenisse. Ex ea per solitudiñes iter fecisse in uentum zephyrum, peragratoq; multo spacio sabulosi loci plurib. sanè diebus, aspexisse demum arbores in planitie quadã enatas, ad easq; accessisse, ac fructũ qui inerat decerpsisse, eisq; inter decerpendum supervenisse quosdam infra mediocrem uirorum staturam pusillos, uoce quæ nec à Nasamonib. cognosceretur, nec Nasamonum uocem ipsa cognosceret. Et ab his deprehensos, ductosq; per maximas paludes: atq; illas transgressos peruenisse in urbem, in qua uniuersi forent æquali statura illis qui adduxissent colore nigro. Eam urbem, præterlabi grãde flumen, ab hespero ad oriẽtem solẽ fluens, in quo apparerent crocodili. Hactenus à me de sermone Ammonii Etearchi commemoratum sit: nisi quòd is aiebat Nasamones, ut Cyrenæi referebãt, reuertisse, & eos homines ad quos illi peruenissẽt, omnes esse fallaces. Flumen aũt quod præterfluebat, & Etearchus coniectabat Nilum esse, & ratio sic dictat. Ex Africa enim Nilus fluit, eamq; mediam secat: & (ut ego ex apertis ignota coniecto) pari tractu atque Ister meat. Ister nanque fluens ex Celtis atque urbe Pyrene profluẽs (Celtæ autem sunt extra cippos Herculis, Cynesiis finitimi, omnium in Europa ad occasum habitantium ultimi) mediam Europam scindit, totamq; permensus quà Istriani Milesiorum coloni incolũt, mari Euxino finitur: & Ister (fluit enim per terram habita-

Ister fluuius.

tam) inter primos cognoscitur. De Nili uerò fontibus nemo habet quod referat: & meritò, utpote Africa per quam fluit, deserta. De eius fluxu, quàm potuit longissimè repetendo narrari, dictum est. Euadit autem in Aegyptum. Porrò Aegyptus montanæ Ciliciæ ferè opposita est. Hinc recta ad Sinopen in ponto Euxino sitam, quinq; dierum iter est uiro expedito: Sinope autem Istro mare irrumpenti, ex aduerso est sita. Ita Nilus totam permeans Africam, uidetur mihi æqui parandus Istro. Hactenus de Nilo dictũ sit. Venio ad plura de Aegypto referenda, quia plura quàm alia omnis regio mirabilia habet, & præter omnem regionem exhibet opera relatu maiora. Horum gratia plura de ea commemorabuntur. Aegyptii quemadmodum & cœlo quod apud eos, & flumine diuersa ab aliorum natura, ita ipsi pleraq; omnia à cæteris hominibus diuersa constituerunt & instituta, & iura: apud quos fœminæ quidem negotiantur cauponanturq;, & institoris operis uacant: uiri autem intra domos texunt. Alii uillum subtegminis desuper trahunt, Aegyptij subter. Onera uiri capitibus, fœminæ humeris baiulant. Fœminæ stantes mingunt, uiri sedentes. Domi uentrẽ exonerãt, exterius in uiis comedũt: reddẽtes rationẽ, quæ sunt turpia, sed necessaria, ea in occulto fieri debere: palã uerò, quæ nõ sunt turpia. Mulier neq; dei neq; dea ulla sacerdos est, sed uiri deorũ omniũ & dearũ. Alendi parẽtes filiis nulla nolẽtib. filiab. & ut nolint summa necessitas est. Deorũ sacerdotes alibi comati sunt, in Aegypto derasi. Apud alios ritus est, statim in funere pximi capita de glabrare: Aegyptii in funerib. sinũt capitis crines augescere, barbã tamen tondẽt. Apd̃ cæteros mortales uictus à ferarum secretus est consortio: Aegyptii cum feris uescuntur. Alii frumento atq; hordeo uictitant: Aegyptiis uictitare his quæ ex his facta sunt, maximo probro

Aegyptiorũ mores.

pro est: sed cibis è farre confectis, quod quidam siliginem appellant. Conspersionem pedibus, lutum manib. subigunt. Virilia, prout contigerunt, alii esse permittunt, præter eos qui istis didicerunt: Aegyptii circuncidunt. Viri binas uestes habent, fœminæ singulas. Alii uelorum ansulas, & funes extrinsecus assuunt: Aegyptii intrinsecus. Græci literas scribũt, & calculis cõputãt, à sinistro in dexteram manum ferẽtes: Aegyptii à dextro in sinistrum: & hoc facientes, aiunt se in dextrum, Græcos facere in sinistrum. Literis bifariis utuntur, quarum unas sacras uocant, populares alteras. In deos religione supra modum, supraq; omnes homines utuntur. Talibus etiam morib. utũtur: Atheneis in poculis potant, singulis ea diebus exergẽtes, nõ eorũ aliquot, aliquot nõ itẽ, sed uniuersi. Linea ferunt uestimenta semper recens abluta, huic rei præcipuè uacantes. Virilia circuncidunt munditiæ gratia, pluris facientes se mũdos esse quàm decoros. Sacerdotes quoq; die totum corpus eradunt, ne quid eis inter deorũ cultũ, aut pediculi aut alterius sordis creetur. Iidem uestem tantummodo lineam, calceos papyraceos gestant. Aliam uestẽ, aut alios calceos inducere eis fas non est. Lauantur quotidie frigida interdiu ter, noctu bis. Alias præterea cæremonias propè dixerim infinitas exercent. Quinetiam non exiguis afficiũtur commodis. Nam neq; è re domestica aliquid conferunt, neq; erogant, sed eorum singulis quotidie cibi sacri cocti præsto sunt, & carnis bubulæ, & anserinæ satis abundeq;. Vinum quoq; uiteum datur. De piscibus gustare nefas est illis. Fabas Aegyptii in sua terra nec admodum serunt, neque natas, aut crudas, aut in aqua coctas edunt. Sacerdotes uerò ne aspicere quidẽ sustinent, arbitrantes haud mundum illud legumen esse. Initiantur non sigillatim cuique deorum, sed gregatim: quorum unus est pontifex. Vbi

Aegyptio rum sacro rumritus.

quis defunctus est, filius eius subrogatur. Boues mares Epaphi esse censent, eaque de re hunc in modum explorant: Si pilum in eo nigrum uel unum uiderint, nequaquam mundum censent. Explorat autem hæc sacerdotum aliquis ad id constitutus, linguam pecudis uel stãtis resupinatæ exercẽdo, an mũda sit his signis, quæ ego alio referã in libro. Inspicit & caudæ pilos, num habeat secũdum naturam procreatos. Eam si fuerit his omnibus munda, notat alligato cornibus cannabo: deinde applicita terra sigillari annulo impressa, ita abducũt. Nam immolare non notatam, pœna morte sancita est. Et hunc quidem in modum pecus probatur. Sacrificandi autem is eis est ritus: Pecude quæ obsignata est, ad aram ubi immolatur abducta, pyram incendunt: deinde supra pecudem libato contra templum uino, ac deo inuocato: eam mactant: mactatæ caput asportant in forum, si nundinæ sunt, & Græci negotiatores adsunt, atque illis uendunt: qui si non adsunt, in flumen abiiciunt. Execrantur autem capita in hæc uerba: Si quid mali aut ipsis immolantibus, aut uniuersæ Aegypto futurum sit, id in caput hoc conuertatur. Eodem ritu circa capita pecudum immolandorum, & uini libamina, omnes pariter Aegyptii ad omnia templa utuntur. Atq; ex hoc ritu nemo Aegyptiorum de capite illius animantis degustat. Est tamen sacrorum delectus, & alius apud alia templa adolendi modus ab eis institutus. Quẽ uerò deũ maximum existiment, eique maximum festum agant iam dicam. Posteaquam iciunauerunt pridie festi, atq; obdormierunt, uaccam immolant, eamq; corio exuunt, & toto aluo uacuant. Intestina intra uentrem adipemq; linquunt, crura truncant, & externos lumbos armosque ac ceruicem. His actis, reliquum uaccæ corpus stipant panibus puris, & melle, & uua passa, & ficis, & ture, & myrrha, atq;

De Aegyptiorũ, eiq;

aliis

aliis odoribus. Vbi hæc infarserunt, adolent, multum uini oleiq́ue infundentes, ieiūni tamen priusquam sacrificent. Dum sacrificium ardet, omnes uerberantur. Postquam uapulauerunt, dapes ex sacrificii reliquiis proponuntur. Boues mares eosdemq́ue mundos, ac uitulos uniuersi Aegyptii immolant. Fœminas eis immolare non licet, utpote Isidi consecratas. Nam Isidis simulacrum muliebre est, bubulis præditum cornibus, quemadmodum Io Græci describunt. Bouesq́ue fœminas omnes itidem Aegyptii uenerantur ex omnibus pecudibus longè plurimum: coq́ue nemo Aegyptius, Aegyptiaue. Græci uiri aut os suauiatur, aut cultro, ueruue uel olla, uel pura bouis carne Græco cultro incisa utitur. Boues qui demortui sunt, hunc in modum sepeliunt: Fœminas quidem in flumen abiiciunt, mares autem in suburbanis singuli defodiunt, uno aut altero cornu extante, signi gratia. Vbi computruerunt, & statum tempus aduenit, præsto est ad singulas urbes nauis, ex insula nomine Prosopitide, quæ est in Delta, nouem schœnorum ambitus. In qua cùm aliæ sunt frequentes urbes, tum ea unde proficiscuntur naues ad ossa tollenda, nomine Atarbechis, ubi templum Veneris extructum est. Ex hac urbe alii permulti uagantur in alias urbes. Vbi effoderunt ossa, asportant, eaq́ue in uno loco cuncti sepeliūt. Quē in modū boues, in eundē defuncta alia pecora sepeliunt. Ita enim apud eos circa hæc legibus comparatum est. Nam neq; interimūt ea. Cæterū qui Iouis Thebani templum incolunt, aut Thebani ritus sunt, ii omnes ab ouibus se abstinētes, capras immolant. Non enim eosdem deos peræquè colunt uniuersi Aegyptii, præter Isidem & Osirim, quē Bacchū esse aiunt. Hos peræquè uniuersi colunt. Qui Mendetis templū obtinent, siue Mēdesii ritus sunt, hi captis abstinentes, immolant oues. Itaque Thebani & qui-

Iupiter cur Ammonius dictus.

cunq; propter illos quibus parcũt, aiunt ideo sibi cõditam hanc legem, quòd Iupiter cum ab Hercule cernere eum uolente, cerni nollet, tandem exoratus id comminiscatus sit, ut amputato arietis capite, pelleq; uillosa, quam illi detraxerat, induta sibi, ita sese Herculi ostenderet: & ob id Aegyptios instituisse Iouis simulacrum facere arietina facie: & ab Aegyptiis Ammonios accepisse, qui sunt Aegyptiorum atq; Aethiopum coloni, & linguam inter utrosq; usurpantes. Qui etiam mihi uidentur eadem re se Ammonios cognominasse, quòd Aegyptii Iouem Ammonem appellant. Ob hanc rem arietes non mactantur à Thebanis, sed eius sacro sancti sunt. Certo tantum die, quotãnis infesto Iouis, unum demum arietẽ amputant, cuius pellem detractam, hunc in modum Iouis simulacro induunt: ad illudq; deinde aliud ducunt Herculis simulacrum. Hoc acto, cuncti qui circa templum arietem uerberant, deinde sacra eundem urna sepeliunt. De Hercule hũc ego audiui sermonem, quòd sit unus ex diis duodecim. Nã de altero Hercule, quem Græci norunt, nulla in parte Aegypti quippiam potui audire, cuius nomen non Aegyptii à Græcis acceperunt, sed Græci potius ab Aegyptiis: & hoc nomen filio imposuere Amphitryonis. Quod ita se habere cùm multa mihi indicia sunt, tum uerò aliud quòd huius Herculis uterq; parens, Amphytrion & Alcmena, fuerunt ab Aegypto oriundi. Ideoq́ue Aegyptii negant se aut Neptuni, aut Tyndaridarum nomẽ nosse: neque hos deos inter cæteros admiserunt. Quod si nomen dei ullius à Græcis mutuati essent, non minus, imò uel magis istorum mentionem habuissent, si etiam tunc nauicularian exercebant, & ulli Græcorum nauicularii erant, ut credo, & mea fert opinio, quapropter istorum potius deorum, quàm Herculis nomen Aegyptii percepissent. Atqui uetustus quidam deus est

De Hercule.

apud

apud Aegyptios Hercules, & (ut ipſi aiunt) decem & ſeptem annorum millibus ad Amaſim regem, ex quo Herculẽ ex octo diis, qui duodecim facti ſunt, unum eſſe arbitrantur. Quibus ego de rebus certior fieri cupiens, à quibus poſſem, in Tyrum & Phœnicem nauigaui, quòd ibi templum Herculis eſſe audirem, quod & uidi opulẽter exornatũ cùm aliis multis donariis, tum uerò duob. cippis, altero ex auro excocto, altero ex lapide ſmaragdo maiorem in modũ ſplendẽte per noctem. Cumq; ueniſſem in colloquiũ cũ dei ſacerdotib. percõtabar quantũ temporis foret, ex quo id templũ fuiſſet extructũ. Comperi ne hos quidẽ congruere cũ Græcis, quippe dicẽtes ab urbe cõdita fuiſſe dei templũ pariter extructũ: eſſe aũt à Tyro condita annorũ duo millia ac trecentos. Vidi præterea Tyri eriã aliud Herculis templũ cognomine Thaſi. Quineriã in Thaſum profectus ſum, ubi inueni templũ à Phœnicibus conditũ, qui ad inueſtigandã Europam nauigantes, Thaſum condiderunt: quod quinq; uirorum ætatib. prius fuit, quàm Hercules Amphytrionis in Græcia exiſteret. Hæc quæ cõmemorantur, planè declarãt Herculem uetuſtum deum eſſe. Eoq; uidentur hi rectiſſimè facere è Græcis, qui bifariam Herculi templa ædificanda colendaq; cenſuerũt: uni quidem ut immortali, cognomine Olympio, immolantes: alteri uerò ut heroi, parentantes. Alia quoq; multa inconſideratè Græci loquũtur, quorũ, & hæc inepta fabula eſt, quã de Hercule ferunt: eũ cũ in Aegyptũ peruenisſet, ab Aegyptiis redimitum tanquã Ioui immolandum, ſub pompa fuiſſe eductum, ac tantiſper quietem tenuiſſe, dũ illi ante aram cum ſtitiſſent: ibi ad uim conuerſum, omnes interemiſſe. Quę cum dicunt Græci, uidentur mihi ſe & naturę Aegyptiorũ, & morũ ignaros prorſus oſtẽdere. Quib. enim nullã pecudem fas eſt immolare, præter ſues, præterq; boues mares & uitulos,

talos, dūmodò mundos, & anseres: Ii qua ratione immolarent homines? Aut quomodo Hercules, cum & unus esset, & adhuc (ut aiunt) homo, tot millia uirorum intermisset? Et hæc quidē quę de his rebus diximus, sintq; & à diis & ab heroib. in bonā partē accepta. Capras & hircos ea de causa hi quos dixim⁹ Aegyptiorum non mactant, quòd Pana inter octo deos Mende
De Pane. sii numerent, quos octo aiunt priores duodecim diis extitisse. Panos simulacrum & pictores pingunt, & statuarii scalpunt, quemadmodum Græci, caprina facie hircinisq; cruribus: haudquaquā existimantes cū esse talem, sed similem cęteris diis. Qua tamen eum causa talem describant, nō est mihi relatu iucundū. Verūm hi cū capras, rū uerò capros hircosue omnes ueneran tur. Et inter Mendesios caprarii præcipuo honore afficiūtur, & ex his unus maximè: qui cū decessit, ingens toti Mendesiæ plagæ luctus existit. Vocatur aūt & hircus & Pan Aegyptiacè Mēdes. In hac regione cōtigit hoc mea memoria pdigium: Hircus cū muliere coiit ppalam, q; in ostentationē hominū peruenit. Suem Aegyptii spurcam belluam arbitrantur: quam si quis uel transeundo cōtigerit, abit lotū sese cū ipsis uesti.
De suis immolatione. mentis ad flumen. Eoq; soli omniū subulci, in Aegypto, etsi indigenæ, tamen nullū ingrediantur in templum: nemoq; aut filiā cuipiā eorū nuptū dare uult, aut cuiuspiā eorum filiā in matrimoniū ducere. Ipsi inter se subulci dant, accipiuntq; filias. Aliis diis immolare sues, ius Aegyptiis non est præterquam Lunæ tantum & Libero: nisi per tēpus pleniluunii, quo sues immolant, ac suilla carne uescuntur. Ideoq; aliis diebus festis sues abhorrent, cum in hoc mactent. Cuius rei ab Aegyptiis ratio redditur, sed eandem intellectam mihi magis decorū est non referre. Sacrificium autem de suibus Lunæ hunc in modum fit: Immolato sue, extremam eius caudam, & lienem, & omenta

simul

simul componunt, & adipe qui circa aluum pecudis existat, ea operiunt, ac deinde igni admouent: reliqua carne plenilunii die uescũtur, quo die sacra faciunt: alio die amplius gustant. Qui sunt ex eis inopes propter tenuitatem facultatum, assimilatos quosdam sues coquunt, quos immolent Baccho quoque in eius festo. Singuli in cœnã porcũ pro forib. mactant, reddũtq; subulco qui illũ tradidit. Quin & aliũ diẽ festum Baccho Aegyptii agunt sine porcis, ferè per omnia Græco festo similem. Sed loco phallorum, id est, siculneorum ueretrorũ à collo pendentiũ, sunt ab eis excogitatæ statuæ cubitales è neruis cõpactæ, quas fœminæ circunferũt per pagos, membrum, quæ propemodũ instar est reliqui corporis in uẽtre, & tibia præẽte, quã fœminæ Bacchũ canẽtes sequũtur. Cur aũt mẽbrum habeat iusto maiorẽ statura, & unũ corporis mẽbrum agitet, redditur ab eis ratio: ut iã Melampus Amytheonis filius non imperitus huius sacri, sed peritus fuisse uideatur. Siquidẽ Melampus fuit, qui Græcis Dionysii, id est, Liberi patris uel Bacchi nomen & sacrificium, & pompam phalli enarrauit, non tamen omnem planè rationem complexus. Verũ hi qui pòst hunc extiterunt sophistæ, rem in maius explicauerũt. Itaq; phallum Dionysio missum, narrandi Melampus autor extitit: à quo edocti Græci, faciunt ea quæ faciunt. Equidem Melampodem dico uirum fuisse sapientem, diuinationẽq; sibiipsi comparasse: eundẽq; cùm alia multa ab Aegypto accepta Græcis enarrasse, tum uerò nonnulla de Dionysio tamen commutata. Neq; enim dixerim quæ in Aegypto fiunt huic deo, congruere cum his quæ in Græcia. Nam consentanea sunt Græcis, non nuper introducta. Neq; tamen credam Aegyptios à Græcis fuisse mutuatos aut hoc, aut aliud quippiam, sed Melampodem, quæ ad Dionysium pertinent, audisse ex Cadmo, aliisq; Tyriis, qui cum

Aegyptiorũ festum Bacchi.

cum eo è Phœnice uenerunt in terram quæ nũc Bœotia appellatur. Adeò deorum omniũ nomina fermè ex Aegypto in Græciam peruenerunt. Idq; ego ex barbaris sciscitatus, ita rem habere comperio, ac reor ex Aegypto præcipuè uenisse: & iccirco illic non esse usquam nomina neque Neptuni, neq; Castoris, quemadmodum à me superius dictum est, neque Iunonis, neq; Vestæ, neq; Themios, neq; Gratiarum, neq; Nereidum, neq; aliorum deorum. Dico autem quæ ipsi Aegyptii, qui se negãt deorum agnoscere nomina. Quidii uidẽtur mihi à Pelasgis fuisse nominati, præter Neptunum, quem ab Africanis audierunt. Nam Neptuni nomen ab initio non usurpauerunt, nisi Afri, qui semper hũc deũ in honore habẽt. Eum Aegyptii igitur putant esse, sed nullo honore prosequuntur. Hæc itaq; & alia præterea quæ ego referam, Græci sunt ab Aegyptiis mutuati, sed non id, ut Mercurii statuam facerent, porrecto cum ueretro, uerum à Pelasgis: & primi ex omnibus Græcis Athenienses, & ab his deinceps alii. Nam præstabant inter Græcos ea tempestate Athenienses, in quorum regione permixti Pelasgi habitant, ex quo cœperunt pro Græcis haberi. Hæc quæ dico, quisquis Cabirorum sacra imitatur, quibus Thraces initiantur, nouit à Pelasgis esse sumpta. Nam Samothraciam quondam incoluerunt hi Pelasgi, qui cum Athenientibus unà habitauerunt, à quibus Samothraces cærenonias mutuantur. Itaque primi è Græcis Athenienses à Pelasgis edocti, statuas Mercurii erecta tenere uirilia, idem facitauerunt. De qua re Pelasgi sacrum quendam sermonem retulerunt, qui in Samothracibus mysteriis patefactus est. Iidem antea in deorũ inuocatione tum omnia immolobant, quemadmodum ego apud Dodonam audiẽdo cognoui, tum nulli deorum aut cognomen, aut nomen imponebant, quippe quod alicui-

De Pelasgis.

de nun

de nunquam audiſſent. Quos autem cognominauerunt, eos ob id cognominauerũt, q omnes res atq; omnes regõies illi tenerẽt redacta in ordinẽ. Multo deinde progreſſu temporis, aliorũ deorũ nomina audierunt ex Ægypto allata: poſt quos diu nomẽ Liberi acceperũt. Itẽq; aliquãto pòſt de illorũ nominib. in Dodona oraculum petiuerũt. Nanq; hoc oraculũ omnium quæ apud Græcos ſunt oraculorum uetuſtiſſimũ eſſe exiſtimatur, atq; adeò ſolum erat ea tempeſtate. Conſulentib. igitur Pelaſgis apud Dodonã, num omnia quæ barbaris aduenieſſent aſciſcere deberent, oraculum redditum eſt, ut illis utercntur. Atq; ita ex eo tempore ſacrificauerunt, deorum nomina occupantes, & ea deinceps à Pelaſgis Græci acceperunt. Vnde autem ſinguli deorum extiterint, an cuncti ſemper fuerint, aut qua ſpecie, haud ita multo ante hoc tempus ignorabatur, ut ingenuè loquar. Nam Heſiodus atq; Homerus, quos quadringentis non amplius annis ante me opinor extitiſſe, ij fuere qui Græcis deorum prolem introduxerũt, eisq; & cognomina, & honores, & diuerſa artificia, & figuras attribuerunt. Quibus & poſteriores uidentur extitiſſe hi poëtę, qui fuiſſe priores feruntur. Et prima quidem illa Dodonææ ſacerdotes meminerunt: poſteriora aũt ad Heſiodũ uſq; ad Homerum, ego referam. At de oraculis quæ in Græcia, & de illo quod in Africa eſt, talia Ægyptii cõmemorant. Nam enarrabant ſacerdotes Iouis Thebani duas fœminas, quæ eſſent ſacerdotes è Thebis, à Phœnicibus fuiſſe exactas: & harum unam in Africa fuiſſe uenundatam ſe audiſſe, alteram in Græcia: atq; has fœminas eſſe, quæ primæ apud dictas gentes oracula condidiſſent. Percontãtiq; mihi unde id quod commemorant, planè compertum haberent: reſponderunt, maiorem in modum ſe inſtitiſſe ueſtigare de his mulierib. nec tamen unquam perueſtigare potuiſſe, ſed

De origine & natura deorũ cæremoniarum.

ſed poſtea hæc quæ dicebantur de eis audiſſe. Hæc igi
tur Thebis è ſacerdotib. audiebam. Antiſtides aũt Do
donæorum illas aiunt geminas ex Aegypto columbas
aduolauiſſe, utranq; nigram, unam quidem in Afri-
cam, alteram ad ipſos: quæ fago inſidens, humana uo
ce elocuta ſit, eo loci Iouis oraculum condidebere,
& ſe interpretes eſſe, quòd ipſis annunciaretur diuini
tus fieri, & ob id ſe ita feciſſe. Eam uerò quæ ad Afros
abiiſſet columbam, iuſſiſſe Afris, ut Ammonis oracu
lum conderẽt, quod oraculum & ipſum Iouis eſt. Ita
referebant Dodonæorum ſacerdotes cum aſſenſu cę-
terorum Dodonæorum templo uicinorum: quarum
antiquiſſimæ nomen erat Promeneæ, proximæ Timа
reteæ, uiniminæ natu Nicandreæ, de quibus ita mea fert
opinio. Si re uera Phœnices ablegauerunt fœminas ſa
cerdotes, & earum alterã in Africa, alteram in Græcia
uendiderũt: hanc, quæ in Græcia illa quæ Pelaſgia uo
cabatur, uenit, eam eſſe quæ apud Theſprotos ue-
nit: atq; deinde ancillarem ibidem condidiſſe ſub
fago enata fanum Iouis, quemadmodũ mos erat The
bis miniſtrare in Iouis templo. Hinc proceſſit ut hic
memoria eius haberetur, atq; hinc oraculum inſtitu
tum. Et poſteaquam illa linguam Græcam percepit,
dixiſſe aiunt, ſororem ſuam in Africa ab eiſdem Pho-
nicibus (ut ipſa fuiſſet) uenundatam. Quod autem
mulieres à Dodonęis columbæ uocatæ ſunt, ob id mi
hi uidetur factũ, quia barbarę eſſent, quòd uidelicet
ſimile quidã auibus ſonarent. Interiecto deinde tẽpo
re columbam humana uoce locutam aiũt, poſtquam
more ipſorum mulier locuta eſt, tandiu uolucris mo
do ſonare uiſa, quamdiu barbarè loquebatur. Nã co-
lumba quodammodo humanam uocem ſonat. Ni-
gram autem columbam eſſe dicentes, Aegyptiam fœ-
minam ſignificant. Sunt itaq; ſimilima inter ſe oracu
cula, & illud apud Thebas Aegyptias, & hoc apud
Dodonam

Dodonam. Estq; diuinandi in templis ratio ab Aegypto ascita, cum ipsi Aegyptii extiterunt principes cõuentus & pompas & conciliabula faciendi, & ab eis Græci didicerunt. Cuius rei hoc apud me argumentum est, quod illa constet priscis temporib. Græcanica uerò recens fuisse instituta, nec semel quotannis conuentum agere Aegyptios: sed frequenter cùm alibi, tum præcipuè ac studiosissimè in urbe Bubasti in honorem Dianæ. Secundo loco in urbe Busiri, in honorem Isidis. In qua urbe maximũ est templũ Isidis, ipsa in medio Delta Aegypti sita. Est autem Isis, quæ Græca lingua dicitur Δημήτηρ, id est, Ceres. Tertio gradu in urbe Sai, in honorem Mineruæ. Quarto Heliopoli, in honorem Solis. Quinto in urbe Buti, in honorem Latonæ. Sexto in urbe Papremi, in honorem Martis. Cæterùm cum se conferunt in urbem Bubasti, hæc faciunt: Nauigant uiri pariter & mulieres, magna in singulis nauibus utrorumque multitudo. Inter nauigandum assiduè mulieres aliquot crepitacula tenentes plaudunt, uiri tibiis canunt. Cæteri cæteræque modulantur, manusque complodunt. Ita nauigando ut ad quamcq; urbem perueniunt, talia agunt: appulsa ad terram naui, mulierum aliæ ea quæ dixi faciunt, aliæ compellantes eius urbis fœminas, ingerunt probra, aliæ saltant, aliæ surgentes ratrahunt illas. Talia ad singulas urbes flumen accolentes agũt. Cum ad urbem Bubastum peruentum est, diem festum celebrant magnis hostiis offerendis. Quo in festo plus uini uinealis absumitur, quàm in reliquo anni tẽpore. Commeant illuc (ut indigenæ aiunt) uirorum ac mulierum præter pueros ad septingenta millia. Atq; hæc quidem in ea urbe fiunt. At in urbe Busiri, ut diẽ festum Isidi agant, superius à me dictũ est: Verberantur enim post sacrificium cuncti, multa simul hominum millia: quot autem uerberentur, nõ est mihi

mihi fas dicere. Sed ex omnibus præcipuè hoc faciũt Cares, qui Aegyptum incolunt: adeò quidem, ut gladiis quoq; frontes concidant, ex quo facto datur intelligi eos hospites esse, non Aegyptios. Vt uerò in Saim urbem sacrificatum conuenerunt, noctu sub dio uniuersi circum mœnia frequentes lucernas accendunt, imbutas sale, & oleo plenas cũ multo lychno, & tota ardeat nocte. Cui festo nomen impositum est, Accensio lucernarum. Ad hunc conuentum quicunque Aegyptiorum ierint, obseruantes sacrificii noctem, & ipsi lucernas accendunt, neque id in Sai modò, sed etiam per uniuersam Aegyptum. Qua uerò gratia nox hæc lumen & honorem sortita sit, sacra quædam ratio commemoratur. Ad Heliopolim & ad Butim qui ueniunt, tantum sacrificasse contenti sunt. In Papremi uerò quemadmodum in alia, & hostias, & sacra operantur, sed quoad sol circũfertur, pauculi sacerdotes circa simulacra exercentur: complures eorum tenẽtes ligneas clauas, stant pro foribus templi: alii è regione plus mille uirorum, qui uota exequuntur, cum singulis fustibus frequentes consistunt: qui pridie simulacrum ligneum ex ligneo sacello deauratо in alias sacras ædes exportant, paucis illis qui ministerio simulacri delecti sunt, trahentibus plaustrum quatuor rotarum, quo uehitur sacellum cum simulacro, quod intus est. Hos ingredi prohibent hi qui in uestibulo stant. At hi qui uota exequuntur, opitulantes deo, percutiunt hos sese defensantes. Hic uehemens existit fustuaria pugna mutuo capita ferientiũ, multiq; ex uulneribus (ut ego opinor) percũr, etsi Aegyptii quenquam mori negant. Aiunt autem indigenæ conuentum hunc ideo institutum, quòd id templum incolat mater Martis, & ad eã Martẽ iam adultum, ac uirilis ætatis ueniſſe gratia coëundi cum matre, quem materni ministri, ut qui cum à principio

non agnoscerent, ingredi ad matrem non sinerẽt. Hũc ex alia ciuitate adductis hominibus, illos malè multasse, & ad matrem fuisse introgressum. Et ob hanc rem ait solennem esse matri die festo hanc rixam, & institutum ne in templo cum fœminis coiretur, neue à Venere, uisi ablutis, templa adirentur. Hi sunt qui primi cæremonijs uacauerunt: nam cæteri ferè mortales, præter Aegyptios ac Græcos, coëunt in templis: & à Venere surgentes, non abluti introëunt templum, putãtes hominem esse ut cæteras animantes. Etenim uidere licet, & pecudes omnes, & uolucrum greges coire in deorum templis, atq; in fanis: quod si non esset deo gratum, non facturas illas fuisse allegant. Mihi autem ista facientes non probantur. Aegyptij cùm in alijs ad sacra pertinentibus, tum uerò in his superstitiosè agũt. Cæterũ Aegyptus cum sit Africæ finitima, non tamen admodũ feris est frequens: quæ uerò illic sunt, eę omnes pro sacris habentur, partim mansuetæ, partim immansuetę. Qua autem causa pro sacris habentur, si dixero, ad res diuinas oratio mea descenderet, quas ego in primis enarrare deuito: quarumq; quicquid dixi, id necessitate coactus tamen delibando dixi. Lex uerò quæ de feris est, ita habet: Earum educandarum curam seorsum à cæteris Aegyptij atq; Aegyptiæ suscipiunt. In quo honore filius patri succedit. His feris omnes qui in urbibus sunt, uota persoluunt quæ susceperant illi deo, cuius illa fera est, hunc in modum: derasis filiorum capitibus aut in totum, aut ex media, aut tertia parte, appendunt crines una in lance, & altera tantundem argenti: quæ pecunia cum lancem traxerit, eam tradunt curatori ferarum. Ille pro hoc amputatum piscem præbet feris escam. Talis cibus illis præbetur. Quarum si quam quis necauerit, si uolens, morte multatur: sin inuitus, plectitur ea multa quam sacerdotes statuerint. Quisquis tamen ibim aut accipi-

Aegyptiorum lex de feris.

trem necauerit, siue uolens, siue nolẽs, necessariò mor te afficitur. Sed cum multæ sint feræ, quæ unà cum ho minibus uiuitent, multo tamen plures essent, nisi res Felis. hæc officeret felibus. Fœdes postquam sunt enixæ, non amplius adeunt masculos. Eas isti coëundi gratia inda gantes, tamẽ potiri nequeunt. Ergo cõtra illas talia cõ muniscuntur: Ereptos aut subreptos earum fœtus occi dunt, non tamen occisos edunt. Illa filijs orbatæ, cupi ditate aliorum (amantissima enim filiorum fera est) ita demũ ad mares se conferunt. Felem incensa struc, diuina res occupat. Nam quoties ignẽ extinguere ne glexerunt Aegyptij, custodias feliũ dispositi aguut. At illæ aut mutuendo sese hominibus, aut transiliendo in ignem insiliunt. Hoc dum cõtingit, ingenti luctu afficitur Aegyptus. Quibuscunq; aũt in domibus ul tiò felis obpetit mortem, earum domorum habitato res cunctı sola supercilia eraduut: totum aũt corpus & caput, in quorũ domibus sic moritur canis. Efferũ tur tales mortuæ ad sacra tecta, ubi salsæ sepeliũtur in urbe Bubasti. Canes in sua quisq; urbe tumulant, sa cratis in locelis. Eodem quo canes modò, indagatores sepeliuntur. Nam mygalas, id est, mures araneos, & accipitres in urbem Butum asportant. Visos autem qui sacri sunt, & ludos, non multo uulpibus grandio Crocodi- res, eo loci sepeliunt, ubi iacentes inueniunt. At cro lus. codilo talis inest natura, ut quatuor mensibus maxi mè hybernis nihil omnino edat: & cum sit quadrupes tamẽ terrestre & aquatile est. Nam oua parit humi, ex cludit q; & plerunque diei in sicco agit, sed totam no ctem in flumine, quippe calidiore aqua quã nocturno sereno, & rotido. Ex omnibus quæ mortalia agnosci mus, hoc maximũ existit ex minimo, siquidẽ oua gi gnit haud multo maiora anserinis, & pro portione o ui ferus excluditur. Excretos, ad decem & septem & amplius cubitos peruenit. Oculos habet suillos, den tes magnos

tes magnos pro portione corporis, & prominẽtes arq; ferratos, cui ex omnibus feris soli lingua innata nõ est. Idem inferiorem maxillam solum non mouet, sed superiorem inferiori admouet. Vngues quoq; robustos habet, pellemq; circa tergum impenetrabilẽ. Inter aquas cæcus, sub dio perspicacissimus. Itaq; cũ in aqua uitam degat, os ferri instar suum hirudinibus refertum: Cumq; eum cæteræ feræ ac uolucres fugiant, solus ipsi trochilus pacatus est, quòd uidelicet ei est utilis. Etenim posteaquam crocodilus ex aqua in terram egressus est, ac deinde hiauit (semper enim ferè hoc ad zephyrum facere solet) tunc in eius os trochilus penetrãs, deuorat sanguisugas. Qua utilitate delectatus crocodilus, nihil omnino trochilum lædit. Quibusdam Aegyptiorum crocodili sacrosancti sunt, quibusdã nõ sunt, sed ueluti hostes exagitantur. Sacros admodũ esse eos existimant, qui circa Thebas & Morios stagnum incolunt: quorum utrique unum ex omnibus crocodilis alunt cicurem & edoctum manu tractari, appendentes eius auribus uel gemmas, uel ex auro fusiles in aures & primoribus pedibus catenam innectentes: cibaria quoq; accõmodata, ac sacra præbentes, consētur tanquam pulcherrimè uiuentem. Vbi mortem obijt, sale cõditum sacris in urnis sepeliunt. At qui circa Elephantinam urbem incolunt, quod sacros esse non censeant, etiam comedunt. Neq; uerò crocodili uocantur, sed champsæ. Iones appellauere crocodilos, illi genen crocodilorũ, quod apud eos in sepibus gignitur, comparantes. Hos capiendi cum sint complura & multiplicia genera, unum tantũ hoc, mihi quod maximè dignum relatu uidetur, puto scribendum. Vbi regum suillum hamo circundarum, ad alliciendum crocodilum, pertulit in medium fluminis uenator: ipse ad ora fluminis porcellũ, quem uiuũ tener, uerberat. Cuius uocem crocodilus audiens, secundum illam iẽ

dit, nactusq; tergum deuorat. Et posteaquam attractus est, ante omnia eius oculos uenator cœno opplet. Hoc acto, cætera facilè sanè obtinet, alioqui cum labore adeptura. Equi uerò fluuiales in plaga Papremitana facti sunt, in cætera Aegypto non sacri, talem speciem naturamq; habentes: Quadrupedes bifidis pedibus, unguis bouinis, simo naso, equina iuba, eminentib. & cancellatis dentibus, fulgida cauda, equina uoce, magnitudine maximi tauri, tam crasso corio, ut ex eo arefacto fiant pila missilia. Gignuntur præterea in fluuio aquatilia quædam, quæ Aegyptij sacrata esse arbitrantur. Arbitrantur item sacrum genus piscium, quod uocatur squamosum, atq; etiam anguillã. Hos pisces aiunt sacros esse. Ex uolucribus uerò uulpanseres. Est & alia uolucris sacra, nomine Phœnix, quã equidem nunquam uidi, nisi in pictura. Etenim perrara ad eos commeat, quingentesimo quoque (ut aiunt Heliopolitani) anno, & tunc demum, cum pater eius decessit. Is si picturæ assimilis est, talis tantusq; est: Pennæ coloris partim rubidi, maxima ex parte cùm habitu, tum magnitudine similimus aquilæ. Eum aiunt (quod mihi non fit uerisimile) hoc excogitare: Ex Arabia proficiscentem in templum Solis, gestare patrem myrrha obuolutum, & in eo templo humare. Sic autem gestare: primum ex myrrha ouum componere, quantum ipse ferre possit: deinde ferendo illud experiri. Hoc experrum, ita demum ouum exenterare, atq; in illud parentem inferre: & qua parte ouum exinanierit, patremq; intulit, eam partem alia myrrha inducere. Et cum tantundem ponderis impositio parente effectum sit, obstructo rursus foramine, baiulare illud in templum Solis. Hæc facere hanc auem commentitiã.

Equus fluuialis.

Pisces sacri Aegyptij.

Phœnix.

Ar circa Thebas sunt sacri serpentes, nihil omnino hominibus noxij, pusillo corpore, binis prædicti cornib. & summo uertice cristis: quos defunctos in Iouis

Sacri serpentes.

ædi

æde sepeliunt. Huic enim deo sacros illos esse prædicant. Est Arabiæ locus ad Burum urbem ferè positus, ad quem locum ego me contuli, quòd audirem uolucres esse serpentes. Eò cum perueni, ossa serpentum aspexi, & spinas multitudine supra fidem ad enarrandum, quarũ acerui erant magni, & his alij atq; alij minores, ingenti numero. Est autem hic locus, ubi spinæ proiectæ iacebant, huiuscemodi: Ex arctis montib. exporrigitur in uastam planiciem Aegyptiæ contiguam. Fertur ex Arabia serpentes alatos ineunte statim uere in Aegyptum uolare, sed eis ad ingressum planiciei occurrentes aues ibides, non prætermittere, atq; ipsos interimere: & ob id opus, ibidem magno in honore ab Aegyptijs haberi. Arabes aiunt, confitentibus & ipsis Aegyptijs, iccirco se his auibus honorẽ exhibere. Eius auis species talis est: Nigra tota uehementer est, cruribus gruinis, rostro maxima ex parte aduncо, eadem qua crex magnitudine. Et hæc quidem species est nigrarum, quę cum serpentibus pugnant. At earum quę pedes humanis similes habent (nam bifariæ ibides sunt) gracile caput, ac totum collum: pennæ candidę, præter caput ceruicemq;, & extrema alarum & natiũ: quæ omnia quæ dixi sunt uehementer nigra, crura & facies alten consentenea. Serpentis porrò figura qualis hydrarum, alas non pẽnatas. sed glabras gerit, & alis uespertilionis ualde similes. Hactenus de sacris ferís dictum sit. Ipsorum autem Aegyptiorum, qui circa partem Aegypti frumentariam colunt, memoriam omnium hominum commentantes, sunt ferè eorum (in quorum ego ueni experimentum) longè excellentissimi, ante omnia tali uitæ genere degentes. Singulis mensibus triduo purgant se, uomendo atq; intestina diluendo, gratia sanitatis cõseruandæ, existimantes omnes languores hominibus creari ex cibis. Nam sunt alioqui Aegyptij omnium uirorum secun-

Ibis.

Aegyptiorũ victus.

dum Afros maximè sano corpore, ăcris(ut mihi videtur)beneficio,qui nunquam immutatur,cuius mutationibus præcipuè existunt in hominibus morbi.Pane uescuntur,quem ex farre conficiunt, quem collestem nominant.Vino utuntur facto ex hordeo:desunt enim in ea regione uites.Victitant quoque tum piscibus partim crudis ad solem arefactis,partim salsugine conditis, tum auibus, sed earum crudis, prius tamen sale conditis,cothurnicibus,anatibusq; atque aniculis.Cæteris autem uel uoluctibus uel piscibus,quę ipsis in proximo sunt(præter illa quæ ab eis sunt recepta pro sacris) partim assis.partim elixis.Apud locupletes eorum cum multi conuenerunt, & à cœna discessum est,circunfert aliquis in loculo mortuum è ligno factum,sed pictura & opere uerum maximè imitatorem,lõgitudine cubitali omnino,aut bicubitali, ostendensq́e singulis conuiuarum, ait: In hunc intuens pota & oblectare,talis post mortem futurus. Hæc illi apud conuiuia faciunt,contentiq; moribus patrijs,nullum alium asciscunt. Quibus cùm alia sint egregia constituta,tum uerò illud,adhibendum modulatorem,qui & in Phœnice & in Cypro, & alibi, nomen pro differẽtia gentium habet.Idem tamen congruit cũ eo, quę

Linus. Græci decantant appellantes Linum, ut ego admirer cùm alia multa, quæ sunt apud Aegyptum, tum uerò unde nomen Lini acceperint, quem semper quodammodo decantare cognoscuntur. Vocatur autem Linus Aegyptiacè Maneros: quem Aegyptij tradiderunt,cum filius unicus extitisset primi ipsorum regis, præmaturaq; morte decessisset, his lamentis ab Aegyptijs fuisse decoratum, & cantilenam hanc, eamq́ue solam ipsis institutam. Congruunt præterea in hoc cum solis Græcorum Lacedæmonibus Aegyptij, quòd minores maioribus natu obuij cedunt uia,ac declectunt, aduenientibusq; è sedili assurgunt: qua in re

cum

cum nullis alijs Græcorum conueniunt. Inuicem cõ
ſellandi ſe mutuò in uijs adorant, genu tenus demiſſa
manu. Veſtibus amiciuntur lineis, circa crura fimbria
tis, quas caſiliris appellãt, ſuper quas candida ferunt
amicula tanq̃ ſuperiecta. Laneæ veſtes neq; in ædes ſa
cras geſtantur, neque unà cum cadauere ſepeliuntur:
profanum enim eſt quæ conſentanea ſunt his quæ
Orphica & Bacchica appellantur, ab Aegypto & à Py
thagora ortum ducentibus. Nam his cæremonijs par
ticipantem, laneis indutum veſtibus humari religio
ſum eſt. De quibus ſacra redditur ratio. Alia inſuper
ſunt ab Aegyptijs excogitata, quis menſis, dies ſit cu-
ius deorum ſit, & quo quis die genitus, qualia ſortie-
tur, & quam mortem obibit, & qualis exiſtet. Quibus
rebus qui in poẽſi uerſari ſunt, oſi fuerunt. Plura quia
etiam ab eis prodigia comperta ſunt, quàm à cæteris
omnibus hominibus. Nam cũ prodigium extitit, ſcri
bunt id, obſeruantes quomodo euenerit. Et ſi quando
poſtmodum huius ſimile extiterit, exemplo prioris pu
tant euenturum. Diuinatio apud eos ita eſt conſtitu-
ta, ut eius artificium nulli mortalium uendicetur,
ſed certis dijs. Siquidem Herculis illic oraculum eſt,
& Apollinis, & Mineruæ, Dianæq; ac Martis, & Iouis.
Sed quod præcipuo honore colunt ex omnibus oracu
lis, Latonæ eſt, in urbe Buti. Verùm hæc uaticinia
non eodem modo ſunt omnia inſtitura, ſed differen-
ter. Iam uerò medicina apud eos hunc in modum
eſt diſtributa, ut ſingulorum morborum ſint medici,
non plurimum. Itaq; omnia referta ſunt medicis. Alij
enim ſunt ocularij, curandis oculis conſtituti, alij ca-
piti, alij dentibus, alij alui partibus, alij morbis occul
tis. Luctus corũdẽ ac ſepulturæ tales ſunt: Quibuſcũq;
domeſticis aliqs deceſſit homo alicuius momẽti, ibi
omnis muliebris ſexus familia caput ſibi & ualtũ ob-
liuit luto. Deinde relicto domi cadauere, ipſæ per ur-

Aegyptio rum ueſtitus.

De prodigijs.

Aegyptiorũ medici.

Aegyptiorũ funera.

bem uagantes se plangunt, succinctæ, nudatis mamillis, & cum eis proximæ quæque. Altera ex parte utri, & ipsi expectoran se uerberant. His actis, ita demum ad condiendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipsum cõstituti, qui hoc artificiũ factitant: qui cum ad ipsos cadauer portatum est, ostendunt his qui portauerunt, exemplaria mortuorum lignea pingendo assimilata. Et eorum unum accuratissimè fabrefactum esse aiunt, cuius ego nomen si nuncupauero, haud facã sanctè. Alterum illo inferius ac uilioris precij. Tertiũ uilissimi. Ea dicentes scisciantur ab his, ad quod exemplum uelint effingi mortuum suum. Isti conuento de precio illinc abeunt. At hi qui relinquuntur in ædibus, hunc in modum diligentissimè condiunt corpus. Ante omnia incuruo ferro cerebrum per nares educunt, ut quanq; partẽ eduxerunt, ita locũ eius medicamentis explẽtes. Dehinc acutissimo lapide Aethiopico circa ilia cõscindunt, atq; illac omnẽ aluum protrahunt: quã ubi repurgarunt, ac uino Phœniceo expleuerunt, rursus odoribus contusis refarciunt: tum omenta cõpleut contusa myrrha pura, & cassia, & cæteris (excepto ture) odoribus, iterumq; consuunt. Vbi hæc fecere, saliunt intrò abditũ septuaginta dies. Nam diutius salire nõ licet. Exactis septuaginta diebus cadauer, ubi abluerunt, sindone byssina iuciss loris, totũ inuoluunt, gummi illinentes: quo Aegyptij glutinis loco plerunque utuntur. Eo deinde recepto, propinqui lignean hominis effigiem faciunt, in qua mox inferunt mortuum, inclusumq; ita reponunt. Hic autem qui mediocria uolunt, nimium fugientes sumptum, ita comparant: Clysterem unguine, quod è cedro gignitur, complent. Deinde ex hac aluum mortui, ipsam neque scindentes, neque extrahentes, sed per secessum, prehenso uiæ posterioris hiatu, infarciunt: & tot, quot dixi, diebus sale condiunt: quorum

dierum

dierum ultimo cedrinum unguen, quod prius ingesserant, ex aluo egerunt, quod tantam habet uim, ut unà secum aluum atque intestina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit, mortuiq; tantum curis & ossa relinquuntur. Vbi ista fecere, ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negotij suscipiunt. Tertia conditura hæc est adornandi eorum mortuũ: Qui tenuiori sunt fortuna, dilutionibus uentrem absterguunt, arefaciuntq; sale septuaginta per dies, deinde tradunt reportandum. Vxores tamen insignium uirorũ, non statim uita defunctas tradunt condiendas, ac ne eas quidem fœminas, quæ conspicuæ ualde & maioris momenti fuerint, sed triduo atque quatriduo defunctas: ea de causa facientes, ne cum fœminis salinarij concumbant. Deprehensum enim quendam aiunt cõcunarem cum recenti cadauere muliebri, delatumq; ab eiusdem artificij socio. Quisquis autem uel ipsorũ Aegyptiorum, uel hospitum cõpertus sit mortuus, siue à crocodilo raptus, siue ab ipso flumine, necessariũ prorsus est ei ciuitati, ad quam eiectus est, condire, & quàm honestissimo funere sepelire in sacris monumẽtis, quem ne contingere quidem fas est alteri, aut proximorum aut amicorum, nisi ipsis Nili sacerdotibus, ceu maius quiddam quàm hominem mortuum tractantibus ad sepeliendum. Græcanicis institutis uti recusant, & (ut semel dicam) nullorum hominum aliorum institutis uti uolunt. Et hoc quidem cæteri Aegyptij obseruant. Est tamen Chemmis oppidum grande Thebaicæ plagæ, prope nouam urbem, quo in oppido est templum Persei, Danatæ filij, quadratum ac palmeto circundatum, ingenti sanè è saxis uestibulo, stantibus desuper duabus grandibus è lapide statuis. In hoc uestibulari ambitu est sacellum, & in eo simulacrum Persei. Quem Chemmitani memorant sibi apparere frequenter è terra exeuntem, frequenter, intra

Chemitani Græcanicis ludis utuntur.

tra templum. Eiusq; sandalium quod gestabat, inuentum bicubitali magnitudine: quòd postquã apparuerit, exhuberare omnem Aegyptum. Hæc quidem illi aiunt. Faciunt autem Perseo Græcanicè gymnicos ludos, per omne certandi genus, propositis præmijs, tum pecoriũ, tum palliorum, tum pellium. Per contantiq; mihi cur eis solis soleret apparere Perseus, & cur in eodem gymnico certamine ab Aegyptijs discrepare nt, aiebant Perseum ex ipsorum ciuitate esse oriundũ. Danaum enim & Lynceum, qui essent Chemmitani, nauigasse in Græciam: à quib. originem gradatim ducẽdo, deueniebant ad Perseum. Hunc in Aegyptum profectum, quẽ & Græci dicunt gratia asserendi ex Africa caput Gorgonis, uenisse ad ipsos quoq;, ac cognatos omnes agnouisse, quos postquam didicisset, & nomen Chemmis ex matris audisset, in Aegyptum uenisse, & gymnicum certamen celebrari iussisse. Hæc omnia opinantur Aegyptij, qui supra paludes incolunt: qui uerò in paludibus, utuntur eisdem quibus cæteri Aegyptij moribus, cùm in alijs, tum in habendis singulis uxoribus, quemadmodum Græci. Cæterùm ad uictus facilitatem alia sunt eis excogitata. Siquidem cum fluuius pleaus campos inundauit, in ipsa aqua exoritur ingens uis liliorum, quæ loton Aegyptij uocant. Ea ubi demessuerunt, ad solem exiccãt. Deinde quod medium loti est, papaueri assimile, postquam coxerunt, ex eo faciunt panes assos. Est autem huius loti radix quoq; esculenta, etiam suauitate præstanti, orbiculata, mali magnitudine. Sunt & alia lilia rosis similia, & ipsa in flumine nascentia: quorum fructus in alio calyce germinãte è terra, similimus specie est fauo nespa rum. In eo esculẽta quædã instar uuclei oliuæ coagmẽtata innascuntur, quæ & tenera comeduntur & arefacta. Iam uerò annum ubi è paludibus excerpserunt, superiorem eius partem amputant, quã in aliud

Aegyptiorũ fertilis uiuus.

quiddam

quiddam conuertunt: quod relictum est inferius longitudine cubitali, id edunt pariter, ac uenum dãt. Eo ſi qui admodum ſuaui uti cupiunt, in luculento furno torrefactum ita comedũt. Sunt præterea ex eis qui ſolum piſcibus victitant, quos, ubi ceperunt, exentera tos ad ſolem deſiccant, exiccãtiſq; deinde ueſcuntur.

In fluminibus non ferè gignuntur piſces gregales. Qui nutriũtur in ſtagnis, hęc faciũt: Simul ac inceſſit eis libido gignendi, gregatim in mare enatant, dũcib. maſculis genituram ſpargentibus, q̃ fœminæ cõſectantes, recuruando ſe ex ea concipiunt. Eædẽ ubi prægnãtes in mari ſunt effectæ, remeãt omnes rurſus ad ſibi cõfucta, noua amplius eorundẽ ductu, ſed fœminarũ. Ducunt enim ille quemadmodũ fecerant mares, gregatim oua fundẽtes inſtar milij parua, quæ mares adeuntes deuorant. Sunt aũt ea tanquã milij grana piſces, ex quorum reliquijs non deuoratis, ſed nutritis, piſces fiunt. Ex his piſcibus qui capiuntur, dum in mare meant, bi detritis capitũ dexteris partibus: qui uerò retro meant, ſiniſtris, apparent: quòd ea de cauſa patiuntur, quòd in mare dum tendunt, à ſiniſtra terram legunt: rurſus eadem uia reuertentes, incurſant atque offenſant contingendo terram plerunq;, ne itinere aberrẽt propter aquæ decurſum. Nilo incipiente augeſcere, in primis depreſſa terrarum & lacunæ fluuio proximæ impleri incipiunt. Confeſtimq; redundante à flumine aqua, hæc plena fiunt, & continuò cuncta piſciculis minutis opplentur. Vnde autem ſecundo loco ueriſimile ſit eos gigni, hoc mihi uideor cauſæ intelligere, quòd ſuperiore anno, poſtquam Nilus abſceſſit, piſces qui oua in cœno pepererant, unà cũ poſtremis abeant aquis, circumacto rurſus anno, ubi aqua reſtagnauit, protinus ex his ouis gignuntur piſces. Quod ad piſces attinet, ita habet. Vtuntur Aegyptij, qui paluſtria accolunt, unguento ex fructu ſillicypriorum, quod

De piſcib. Aegyptijs.

Vnguentum KiKi.

quod appellant Aegyptij kiki, hunc in modum conficientes. Sillicypria hæc, quæ apud Græcos ultro nascuntur, ad oras fluminum stagnorumq; ferunt, multum quidem fructum ferentia, sed graueolẽrem. Hũc ubi collegerunt, alij contusum ad ignem, alij in sartagine coquũt, & q ex eo perfluit, excipiũt pingue quiddam, & nihilominus ad lucernas tam idoneum q̃ oleum, sed graueolentiã exhibens. Sunt aũt aduersus magnam uim culicum hæc ab eis excogitata. Cum enim his qui supra paludes incolunt, munimento sint turres, quas dormituri ascendunt (nam culices uentus prohibet in altũ uolare) alia sunt machinati qui intra paludes habitant: singuli sua obtinent retia, quibus per diem pisces capiant, eisdem noctu utuntur cubili, in quo requiescunt. Circundatis illis, deinde operti somnum capiunt: qui si in uestimento inuoluti, aut in sindone dormirent, eos per ipsa indumenta culices morderent, per retia uerò ne tantulum quidẽ mordere conantur. Naues eorũ onerariæ sunt factæ è spino, cuius figura similia est loto Cyrenæo, & cuius lacryma gummi est. Ex hac spino ligna concidunt, quæ magnitudine bicubitali, tanq̃ lateritio opere cõponunt, hunc in modum cõpingentes: Ligno cubitali circundensos ac longos stipites appendunt: ubi hunc in modũ compegerunt, desuper frequentia transtra extendunt. Cõmissuris nequaquã utuntur, sed introrsum cõpages iunco innectunt. Gubernaculũ scitè faciunt, & hoc per nauẽ transit. Malo quoq; spinaceo & uelis iunceis utũtur. Hæc nauigia cõtra flumen meare nõ possunt, nisi luculentus ingruat uẽtus, uerũ à terra protrahuntur. Secundum decursum hoc pacto feruntur: Est ianua ex myrica facta, puraminibus arundinaceis strata & lapis politus duorũ ferè talentorum pondo. Huiusmodi ianuam fune alligatam, in anteriore parte nauis sinunt deferri: lapidem uerò retrorsum alio fune. Ira ia

Aduersus culices remedium.

Naues spinaceæ.

nua impetu aquæ insidente, protinus meat & trahit barim: hoc enim his nauigijs est nomen. Lapis autem dū retrorsum trahitur, fundo admotus dirigit nauim. Horum nauigiorum ingens apud illos est copia, quorum quædā ferunt multa millia talentorum pondo.

Cum regionē supergressus est Nilus, solæ urbes apparent, catenus extantes, ut insulis Aegæi maris ferè assimiles esse uideantur. Nam cætera Aegypti, pelagus efficiuntur: ipsæq; urbes, quæ solæ extant, stationes nauiū faciunt. Nec iam, cum hoc cōtingit, per alueum fluminis, sed per medium campi nauigatur. Ex Naucrate quidem Memphim uersus, non iam iuxta pyramides ipsas, sed iuxta acumen Deltæ & urbem Cercasorum: à mari autem & Canobo Naucratem uersus per campum, ad Anthyllam urbem uenies, & ad urbem quæ uocatur Archandri. Harum urbium Anthylla, quæ est insignis, datur peculiaris in calceamenta uxori semper eius qui in Aegypto regnat. Quod factū est ex quo Aegyptus fuit ditionis Persarum. Altera uidetur mihi nomen habere ab Archandro Danai genero Phthij Achæi filio. Archandri enim urbs nominatur. Quòd si alius quisquam Archander esset, nequaquam Aegyptum nomen foret. Hactenus quæ uidi, quæ noui, quæ interrogaui, dicta sunt. Hic pergam differere de Aegypto quæ audiebam, addens aliquid quod ipse uiderim. Menē, qui primus apud Aegyptum regnauit, aiebant sacerdotes iunxisse pontibus Nilum ad Memphim. Nam eum, Africam uersus, totum prætерlabi montem Psammium: & supra Memphim centum circiter stadia meridiem uersus aggesta humo ad anfractum fluminis arefeciſſe priſtinum alueum. Ita flumen facto sibi alueo, per medium montium fluere. Adeò nunc quoque sub Persis iste anfractus Nili, tā quā coērcitus fluat, magnis præsidijs custoditur quotannis, obseptus aggeribus. Quos si refringens flumen uelit

Nili nauigatio.

Menes Aegypti rex.

uelit ea parte redundare, omnis Memphis adibit periculum, ne quis operiatur. Ab hoc Mene, qui primus extitit rex, id unde fluit amnis effectum terrestre, ibiq; ab eodem urbem hanc conditam, quę nunc Memphis appellatur (est enim Memphis in angustijs Aegypti sita) & exterius aquilonem uersus & uesperum, ex flumine effossum esse stagnum (nam ab aurora ipse Nilus arcet) & ab eodem in ea urbe extructum hoc templum Vulcani tum magnum, tum memoratu dignissimum. Post hunc recensebant è libro sacerdotes nominatim alios trecentos ac triginta reges. In quibus tot ætatibus hominum, decẽ & octo fuissent Aethiopes, & una mulier alienigena, cęteri indigenæ. Mulieri quę regnauit, fuisse nomen idem quod reginæ Babyloniæ Nitocrim: quam dicebant ultam fuisse fratrem, ab Aegyptijs, apud quos regnabat, interemptum: & sic ubi hunc interemerant, regnum ad hanc deuoluisse. Vltam autem fratrem, dolo multis Aegyptiorum absumptis. Nam extruxisse eam permagnum ædificium subterraneum, per causam quidem noui operis, animo autem aliud agitantem: & conuocatis ad conuiuium multis, quos præcipuè nouerat fraternæ cædis autores fuisse, per occultum quendam specum immisisse flumen discumbentibus. Hæc demum de illa referebant, præterquam quòd ubi hoc fecisset, conspersisse eam multo cinere ædificium, quo impunita esset. Aliorum autem regũ nullum referebant clarum opus editum, nisi unius: qui postremus horum extitit, Mœris. Hunc enim ædificasse memoratu digna Vulcani uestibula, ad uentum aquilonem uergentia: & stagnũ effodisse, cuius quot sint in ambitu stadia, posterius aperiã & pyramides in ea extruxisse, de quarum magnitudine simul cũ ipsius lacu, mentionem faciã. Hunc itaq; tantum operum edidisse, alios autem nihil prorsus. Quos ego prætergressus, eius qui his successit, nomine Sesostris,

Nitocris Aegypti regina.

Mœris Aegypti rex.

Sesostris, mentionem habebo. Istum dicebant sacerdotes, primum longis nauibus ex Arabico sinu profectũ, rubri maris accolas in suam potestatem redegisse: progressumque longius, uenisse in mare iam uadosum, & proinde non nauigabile. Illinc ubi retro se ad Aegyptum recepisset, secundum sacerdotum commemorationẽ, coacto ingenti exercitu percontinentẽ perrexisse: omnesque gentes, ut in quamque incidebat, subegisse. Et quascunque earum nanciscebatur feroces & uehementer studiosas libertatis, in earum regionibus cippos statuebat, inscriptos literis sui nominis & patriæ, & quæ referrent ipsum illos ui subegisse. Quam uerò urbes nullo prælio nulloque negocio cepisset, his cippos inscribebat: tum eisdem literas, quas scripserat eis gentibus quæ uiriles extiterant: & præterea muliebria genitalia, planum facere uolens, illos haudquaquam uiriles extitisse. Hæc faciendo peregit continentem, donec ex Asia in Europam transgressus, Scythas subegit & Thraces, ad quos usq;, & non ulterius, mihi uidetur Aegyptius exercitus peruenisse, quoniam in istorum terra tituli non ultrà positi monstrantur. Hinc digressus retrò abiit, & posteaquam ad Phasim subsedit, quid deinceps, non habeo quod dicam, an ipse rex Sesostris, diuiso suo exercitu, aliquantulũ copiarum reliquerit ad eam regionem incolendam, an aliqui militum pertæsi peregrinationis, circa fluuium Phasim substiterint. Nam Colchi uidentur Aegyptii esse, quod ipse prius notum, quàm ex alijs auditum refero. Cuius rei cum mihi cupido incessisset ut utrosque percontarer, magis Colchi reminiscebantur Aegyptiorum, quàm Aegyptij Colchorum. Dicebant tamen Aegyptij, se opinari Colchos è Sesostris esse exercitu. Ipse ex hoc coniecturam capiebam, quòd atro colore sunt & crispo capillo: ca-

Sesostris Aegypti rex.

Colcherũ origo.

merũ

metsi hoc pro nihilo putari posset, cum & alij sint hu-
iusce modi: sed quòd isti præcipuè. Præterea quòd soli
Cinæ gen- omnium hominum Colchi & Aegyptij & Aethiopes,
tes circun- ab initio statim pudenda circuncidunt. Nam & Phœ-
cidantur. nices & Syrij, qui sunt in Palæstina, didicisse id ab Ae-
gyptijs, & ipsi confitentur. Syrij uerò qui fluuiũ Ther-
modontem & Parthenium accolunt, & horum con-
termini Macrones, à Colchis didicisse se aiunt. Hi e-
nim ex hominibus soli sunt, qui circunciduntur: &
in hoc faciendo, agnoscuntur Aegyptij esse. Tamẽ Ae-
gyptij atque Aethiopes, non queo dicere, utri ab utris
didicerint. Nam uidetur esse perantiquum. Sed quòd
ex Aegypto, qui illic commercium habuerunt, didice-
rint, magnum mihi fit hoc testimoniũ. quòd hi Phœ-
nices, qui cum Græcia consuetudinem habent, non
amplius circa uirilia imitantur Aegyptios: sed eorum
qui postea procreantur, uirilia non circuncidunt. Age
dum & aliud de Colchis dicam, eos esse similes Aegy-
ptiorum. Hi soli atque Aegyptij linum eadem ratione
operantur: omnis utrorumque uita pariter & lingua
consentanea est. Linum autem Colchicum à Græ-
cis Sardonicum appellatur, cum illud quod ab Ae-
gypto uenit, appelletur Aegyptiacum. Titulorum,
quos Sesostris rex Aegypti regionatim erexit, plerique
iam incolumes non extant. Quosdam in Syria Pale-
stina ipse uidi inscriptos tum quos dixi literis, tum
muliebribus genitalibus. Circa Ioniam quoque duæ
Sesostris trophæa. huius uiri figuræ uisuntur in petris incisæ: una qui-
dem quà ex Epheso in Phocæam itur, altera uerò quà
è Sardibus Smyrnam uersus. In quarum utraque in-
sculptus est uir magnitudine quinûm palmorum, dex-
tra spiculum tenens, sinistra arcus, cæteramque item
armaturam, etenim Aegyptiacam & Aethiopicam ge-
stat: & ex altero ad alterum humerum euntes sacræ li-
teræ, Aegyptiacè sunt incisæ in hæc uerba: HANC
EGO

EGO REGIONEM MEIS OBTINVI HVMERIS. Quis tamen aut cuias fuerit, ab hac parte nõ indicant, sed ab altera. Eam quidam cõspicati, Menonis imaginem esse cõiectãt, multum à ueritate aberrantes. Sesostrim Aegyptium sacerdotes hunc esse dicebant, redeuntem, multosq; mortales earum gentium ac regionum, quas subegerat, reportãtem. Eundem posteaquã ad Daphnas Pelusias se receperat, fuisse à fratre, quem Aegypto præfecerat, unà cum liberis inuitatum: & cum ille domum exterius materia circunstipasset, struemq; incendisset, re hũc intellecta ex templo cum uxore deliberasse (nam & uxorem secum duxerat) & ea suadente, ut duos è sex liberis super ardentem pyram extẽdens pontem faceret, super quos ipsi traseuntes euaderẽt, ita feciſſe: & duobus filiis ita incensis, exteros unà cum patre fuisse seruatos. Sesostrem In Aegyptum reuersum, ultionem de fratre sumpsisse: quam uerò multitudinẽ è terris potestatem redactis abduxerat, ea usum in hac fuisse. Siquidem isti fuerunt, qui sub hoc rege immensæ magnitudinis lapides in templum Vulcani portatos pertraxerunt, quibꝫ ad diuortia aquarum, quæ nunc in Aegypto sunt, cuncta effodienda sunt adacti, quia inuiti faciebant, ut Aegyptum prius equis & plaustris agendis ubiq; idoneam, redderent non idoneã. Nam ab eodem tempore Aegyptus, quæ omnis plana est, tamen inequitabilis & plaustris inhabilis extitit, propter multiplices fossas uniuersa loca occupantes, quas ideo rex fodiẽdas putauit, ut ciuitates quę non accolerent flumen, sed in medio Aegypti essent, refluo flumine non laborarent penuria aquæ ad potandum, sed ea suppeditaretur è puteis. Hac de causa Aegyptus intercisa est, & ab hoc rege, ut dicebant, in omnes Aegyptios dispartita soli quadrati æqua portione uiritim per sortem data, atq; hinc prouentus insti-

tuti, impoſita certa penſione, quam illi quotãnis ſolueret. Quòd ſi cuius portionem alluuione flumen decũrtaſſet, is adiens regẽ, rei quę contigerat certiorẽ faciebat, Rexq; ad prædium inſpiciẽdũ mittebat, qui metiretur quãto deterius factum eſſet, ut ex reliquo portione taxatum uectigal pẽderetur: atq; hinc geometria orta, uidetur in Græciam tranſcendiſſe. Nam polum & gnomonẽ, id eſt, normã, & duodecim dici partes à Babyloniis Græci didicerunt. Solus hic Aegyptius rex imperio potitus eſt: Aethiopiæ monumentum quoq; ſui reliquit ante ædẽ Vulcani lapideas ſtatuas, duas quidem tricenũm, unam ſuam, alteram uxoris: quatuor autem uicenũm cubitorum, totidem filiorũ. Huic ſtatuæ longo pòſt tempore, cũ Darii Perſæ ſtatua anteponeretur, non tulit id ſacerdos Vulcani, negans Dariũ tales res geſſiſſe, quales geſſiſſet Seſoſtris Aegyptius: quippe qui cùm alias nationes non pauciores q; Darius, tum uerò Scythas ſubegiſſet: eoq; iniquum eſſe huius ante illius ſibi donaria, qui rebus geſtis non eſſet illum ſupergreſſus. Hæc locuto ſacerdoti tamẽ ignouiſſe Dariũ ferunt. Defuncto Seſoſtre, regnum ſuſcepiſſe Pheronem eius filiũ, & hunc nullã ſumpſiſſe expeditionem, ſed ei contigiſſe ut luminibus caperetur. Idq; hac de cauſa: Cum flumen eo tempore copioſiſſimũ manaret, ita ut ſupra decẽ & octo cubitos rura tranſcenderet, uento ingruẽre, qui fluctus cieret, ferunt hunc regem facinus admiſiſſe, qd' ſumptum ſpiculum in medios fluminis uortices contorſerit, ſtatimq; laboraſſe ex oculis, ac uiſum amiſiſſe, decennioq; cæcum fuiſſe. Vndecimo autem anno ex urbe Buti ei oraculum adueniſſe, iam exactum eſſe tempus calamitatis: uiſumq; ei rediturum, ſi oculos abluiſſet lotio mulieris, quæ ad ſuũ ſolũ uirum acceſſiſſet, aliorum uirorũ expers. Et ante omnia uriną uxoris expertum, cum nihil amplius cerneret, cęterarum

Geometriæ origo

Seſoſtris ſtatuæ.

Seſoſtri Phero ſuccedit.

deinceps

deinceps urinam expertum, tandem uidisse. Ibiq; omnes mulieres, quas fuisset expertus, præter eam cuius lotio lotus uisum recepisset, unam in urbem coegisse quæ ἐρυθρὰ βῶλος, id est, rubra gleba dicitur, & eas illic coactas cum ipsa urbe omnes concremasse: & eam cuius lotio lotus uisum recepisset, uxorem duxisse. Atq; ea clade liberatum cum alia in aliis templis donaria posuisse, omnia memoratu digna, tū maximè memorabilia, ac spectaculo digna in templo Solis, gemina saxa, quos obelos uocant, à figura ueru centenûm cubitorum longitudinis, octonûm latitudinis. Huic in regno successisse aiebāt uirum Memphitem, cui nomen esset lingua Græca Proteus. Cuius nunc Memphi uisitur fanum, decorum sanè, ac ualde adornatum, ad australem partem templi Vulcani positū, circunquaque Phœnicibus Tyriis habitantibus: qui locus omnis castra Tyriorum appellatur. In hoc fano Protei est ædes, quæ uocatur Veneris hospitæ: quam coniicio esse Helenes Tyndari filiæ: quia & apud Proteum fuisse diuersatam audiui, & cognomine Veneris hospitæ appellatam. Nam quæcunque sunt alterius Veneris templa, neutiquam hospitæ appellantur. Et sanè percontanti mihi sacerdotes de Helena, referebant ita rem esse gestam: Alexandrum, rapta è Sparta Helena, cum renauigaret domum in mari Aegæo uentis cursu excussum in Aegyptiacum pelagus: atque illinc non remittentibus flatibus appulsum in Aegyptum, ad ostium Nili, quod uocatur Canobicum, atque ad Taricheas. Erat in eo littore quod nunc quoque est, Herculis templum: ad quod si quis cuiuscunque hominis seruus confugiens, caplat sacras notas, sese deo tradens, eū nefas est tangere. Quæ sanctio ad meam usq; ætatē prorsus immutata perseuerauit. Eam templi legem famuli Alexandri cum audissent, ab eo profugerunt: assidentesque deo supplices,

Lotio fœminæ sanatus cæcus.

Proteus.

Helenæ templū in Aegypto.

plices, Alexandrum insimulabant, cum destructū ue lentes: remq; omnem exponebant, ut circa Helenam gesta erat, & illata Menelao iniuria. Insimulabant autē de his apd' sacerdotes, & apd' huius ostii Nili præfectum, nomine Thonim. His auditis, Thonis quam raptissimè Memphim ad Proteum mittit hæc nūcia tum, his uerbis: Peregrinus quidam genere Teucer, qui rem nefariam in Græcia perpetrauit: quippe seducta hospitis uxore, quam secum ducit cum multis admodum opibus, in tuam terram uentis appulsus est: Vtrumnè sinemus eum abire impunè, an ea quæ attulit secum eripiemus? Ad hæc remisit Proteus qui diceret: Virum istum, undecunque is sit, qui rem nefariam in hospitem suum perpetrauit, comprehensum ad me deducite, ut quidnam dicturus sit, sciam. Hoc ubi accepit Thonis, Alexandrum comprehendit, nauesque eius distinet: dehinc illum Helenamq; cum opibus, atque etiam seruos Memphim ducit. Quibus omnibus repræsentatis, Proteus percontatus est Alexandrum quisnam esset, & unde cum nauibus profectus. Alexander illi & genus suum commemorauit, & patriæ nomen, & unde nauigasset, & quò. Sed interrogante Proteo unde Helenam accepisset, titubantem in loquēdo ac tergiuersantem coarguebant hi qui fuerant supplices, exponentes omnia quæ in scelere admittendo gesta essent. Tandem Proteus apud eos hanc sententiam tulit, inquiens: Ego nisi nefas esse arbitrarer de peregrino aliquo supplicium capitis sumere, ad terram meam uentis appulso, supplicium pro Græco illo de te sumerem omnium hospitum deterrime, scelestissimū facinus admisisti, à tuo ipsius hospite erepta uxore: neq; his contentus, cū ea abisti. Ac ne his quidem satis habens, compilata hospitis domo uenisti. Itaq; quoniā magni momēti esse duco non necare hospitē, mulierē hanc atq; opes tibi ut ab-

Alexāder ad Proteū ducus.

ut abducas, non sinam, sed ego hæc Græco hospiti reseruabo, dum ille ipse constituerit uenire ad ista reportanda: tibi uerò ipsi, tuisq; conuictoribꝫ, ut è mea terra in aliã triduo trãsfretetis præcipio, alioqui uos pro hostib. persecuturus. Hunc Helenæ ad Proteã uentum fuisse, sacerdotes referebant. Quam famam uidetur mihi & Horomerus accepisse, sed quia nõ perinde decora res erat in carmine, alio loquẽdi modo est usus, in quem transtulit, declarans se hũc famæ sermonem notũ habuisse. Id manifestũ est, q̃ in Iliade facit mentionẽ eiusdem erroris Alexandri: nec usquam alibi retractat Alexandrum ferentẽ Helenam fuisse abductum, & alibi errabundum Sidonem Phœniciæ applicuisse. Meminit enim huius rei in laudanda uirtute Diomedis, ita uersibus inquiens:

Picturata inerant ibi pallia, opus mulierum
Sidonidũm, pars ipse Paris formosas ab urbe
Sidonia duxit, sulcans freta lata carinis,
Cum retulit magnis Helenam natalibus ortam.

Meminit quoq; in Odyssea his uersibus:

Hoc habuit Ioue nata probũ præsensq; uenenũ,
Quod Polydamna sibi Thonis donauerat uxor:
Aegypto quæ terra ferax fert plurima mixtim,
Multa quidẽ proba, multa aũt damnosa uenena.

Hæc quoq; alia ad Telemachũ Menelaus inquit:

Hunc etiam Aegypto dii me tenuere reuerti
Conantem, quibus haud tuleram solennia sacra.

In his carminibus fatetur Homerus se nosse errorem Alexandri in Aegyptum. Est enim Syria Aegypto conterminа, & Phœnices (quorum Sidon est) in Syria incolunt. Itaque cùm hi uersus, tum uerò locus nõ minimum, imò maximè probãt Cyprios uersus non Homeri, sed cuiuspiam alterius esse: in quibus dicitur Alexander ex Sparta Helenam ducens, triduo Ilium peruenisse, secũdo uento usus, ac tranquillo mari, cũ

id in Iliade dicat, illũ cũ Helenã duceret, erraſſe. Sed Homerus & Cypriũ carmẽ ualeto. Cæterũ, nunquid Græci uana quæ circa Ilium geſta memorarẽt, necne, percontãti mihi, ſacerdotes ita reſpõdebãt, ſe nouiſſe ab ipſo Menelao, rapta Helena magnas Græcorum copias auxilio ueniſſe Menelao in regionẽ Teucriã: quæ ubi terrã egreſſæ, locoq; cõmunito, miſerũt Iliũ legatos cumq; eis & ipſum Menelaum iſſe. Hos poſtquam ingreſſi ſunt mœnia, tum Helenam opesq;, quas Alexander furto aſportaſſet, repoposciſſe, tum iniuriæ ſatisfactionem. Teucros autem tunc eadem narraſſe, deinde & iuratos negaſſe habere ſe Helenam atq; opes de quibus arguerẽtur, ſed ea in Aegypto eſſe omnia: neq; ſe iure reatum ſuſtinere earum rerũ, quas Proteus Aegyptius rex teneret: Græcos, cum ſe ab illis deriderí arbitrarentur, ita obſediſſe Iliũ, donec expugnauerunt. Vrbe capta, cum Helena non exiſteret, & eandem orationem quam prius, audirent Græci: ita demum habita prioribus uerbis fide, ipſum Menelaum ad Proteum mittunt. Hic ubi ad Aegyptum peruenit, & ad Memphim nauigauit, expoſita rei geſtæ ueritate, honorificentiſſimo hoſpitio exceptus, Helenamq; malorum immunem recepit, & inſuper omnes pecunias ſuas. Et cum hæc aſſecutus eſſet Menelaus, tamen iniurius in Aegyptios extitit. Nam cum proficiſci conaretur, nec per uentos poſſet, idq; iam diu, rem indignam excogitauit. Sumptis enim duobus pueris quorũdam indigenarũ filiis, exectisq;, haruſpicinam fecit. Quod ubi eum feciſſe reſcitum eſt, inuiſus & exagitatus fuga deuenit in inſulas Africæ obiacentes. Eò poſteaquã ſe contulit, nihil amplius q referrẽt Aegyptii habebant. Atq; horum alia quæ ex hiſtoriis noſſe dicebant, alia apud ipſos geſta, uel magis habere comperta. Hæc aiebant Aegyptiorum ſacerdotes. Ego uerò ad ea quæ de Helena commemorata ſunt, & ipſe adiicio

De rebus Iliacis.

hoc

hoc cõiecturæ: Si intra Ilium fuisset Helena, utiq; fuisset Græcis tradita, siue uolente Alexãdro, siue inuito. Neq; enim ita desipiebat Priamus, aut alii eius propinqui, ut suis ac liberorum corporibus, atque etiam urbe periclitari uellent, quo Alexander Helenæ contubernio potiretur. Quòd si inter initia ita sensissent, non tamen id fecissent, posteaquam cum multi aliorum Troianorum, tum uerò Priami filiorum duo, nescio aut plures perierant cum Græcis præliantes, si quid referentibus credi uerificatoribus debet. Quæ cum contingerent, ego crediderim Priamum, uel si ipse in contubernio habuisset, Achæis, redditurum fuisse, cupiditate præsentia mala deuitandi. Neq; uerò regnum ad Alexandrum erat peruenturum, ut iam sub eo res essent seniore Priamo, cum Hector & natu maior, & uirtute præstantior quàm ille, regnum esset defuncto Priamo suscepturus: quem haudquaquam conueniebat fratri iniustè agenti indulgere, cum præsertim tanta mala propter eum, tum priuatim ipsi, tũ cæteris Troianis omnibus euenirent. Sed nec poterãt reddere Helenam, nec uerum dicentibus eis Græci fidem habebant, deo (ut quod sentio dicam) disponente, ut funditus euersi planum facerent hominibus, magnarum iniuriarum magnas à diis esse ultiones. Et hæc quidem, ut mihi uidentur, dicta sunt.

Rampsinitus Aegyptij rex.

Proteiautem regnum dicebant suscepisse Rhampsinitum, qui memoriam sui reliquit uestibula ab occasu spectantia templum Vulcani, & è regione uestibulorum statuit duo simulacra quinũm & uicenũm cubitorum longitudinis: quorum quod aquilonem spectat, id æstatem: quod austrum, id hyemem Aegyptii uocant, præposterè facientes. Huic regi ingentem etiam pecuniarum uim fuisse, quam nemo regum, qui deinceps scripti sunt, superare potuerit, ac ne proximè quidem accedere. Et cum in tuto

eam pecuniam collocare uellet, ædificium extruxisse lapideum, cuius parietum unus in exteriorem ædiū partem pertingebat: sed structorem insidiantem hoc fuisse machinatum. Is unum è lapidibus ita struxit, ut è pariete facile tolli à duobus uiris, atque adeò ab uno posset. Aedificio absoluto, regem in eo pecuniam reposuisse. Interiecto tempore, structorem illum, cum esset uita excessurus, uocasse ad se filios (nā duos huic fuisse) eisq; narrasse, se illis prospicientem, ut affluenter uitam degerent, astutè ædificasse regis ærarium: denique omnia illis exposuisse planè, mensuras q; ad lapidem amouendum docuisse ac tradidisse, quæ filii obseruantes, regii ærarii quæstores forent. Patre uita functo, haud in longum filios rem distulisse. Noctu enim ad regiam accedentes, lapidem ædificii inuentum nullo negotio amouisse, multumque pecuniæ expilasse. Cum autem rex fortè fuisset ædificium ingressus, uideretq; uasa nummorum imminuta, obstupuisse: nec habuisse quem insimularet, cum & signa salua, & ædificium obseratum esset. Vbi iterum ac tertiò aperienti minor assiduè pecunia apparebat, hoc feciisse, ne fures cum furto abirent. Laqueos faciendos curasse: & eos circa uasa, in quibus pecuniæ inerāt, collocasse. Fures quemadmodum superiori tempore cum uenissent, & alter eorum penetrans ad uas rectà perrexisset, cum fuisse laqueo retentum: & ubi agnouit quo in malo esset, protinus fratrē uocasse, & præsentis conditionis suæ certiorem fecisse: iussisseq; ut quàm celerrimè introgressus sibi caput abscinderet: ne ipse conspectus agnitusq; quis esset, etiam illum perderet. Qui cum aptus esset probè dicere, fratrem ei obsequētem ita fecisse: & adaptato lapide domum abisse, fratris caput, asportantem. Vbi dies illuxit, ingressum in ædificium regem expauisse, pendentem corpus furis in laqueo sine capite, & ædificium

ſcium incorruptum: nullumq; neque ingreſſum, ne que egreſſum habens. Ita abiiſſe, atque ita faciendum ſtatuiſſe, ut furis cadauer è muro ſuſpenderet: cuſtodesq; illic appoſuiſſe iuſſos, ut ſi quem plorãtem aut miſerantem animaduertiſſent, eum ad ſe perducerẽt. Suſpenſo cadauere, matrem indigniè tuliſſe: allocutamq; filium qui ſupererat, impetraſſe ut quacunq; ratione machinari poſſet, corpus fratris reſolueret aſportaretq;. Id ſi negligeret, minatam ſe regem eſſe adiutu ram ad eum indicandum, quòd pecunias regias habe ret. Aduerſus hanc cum filius multa uerba faceret, nec perſuaderet, quòd illa rem grauiter accipiebat, eum talem rem fuiſſe commẽrum: Inſtratis aſinis utres uino completos impoſuiſſe: & poſtquam agendo aſinos iuxta cuſtodes fuit ante ſuſpenſum cadauer, re uulſis ligaculis, duos tresúe pedes reſoluiſſe: & cum uinum profluéret, tum caput cædentem uehementer uociferatum, tanquam neſcientem ad utrum pri. us aſinorum ſe conuerteret. Cuſtodes cum multũ uini profluere uiderent, concurriſſe cum uaſis in uiam: & id quod proflueret lucrifacientes comportare. Iſto ſimulata iracundia omnibus maledicente, aliquantoque pòſt illis conſolantibus, hunc finxiſſe ſe mitigatum, & ab iraſcendo deſiiſſe. Tandem ſeduxiſſe è uia aſinos, atque inſtruxiſſe: & cum plura uerba inter eos fierent, & quidam faceto dicto hominem laceſſeret, ut riſum eliceret, donaſſe illis uinum ex utribus. Atque eos illic ut erant diſcumbentes potare conſtituiſſe, prehenſantes hominem ac iubẽtes ut ſecum ad compotandum maneret. Atq; iſtum obſecutum remanſiſſe. Et cum inter potãdum comiter acciperetur, donaſſe inſuper alterũ utrem: ita ſe uino ingurgitantes cuſtodes, admodum temulentos eſſe factos, ſomnoq; oppreſſos, ibidem ubi potauerant obdormiſſe. Iſtum ubi multum noctis erat, tunc corpus

fratris dissoluisse, & custodem malas dextras in contumeliam derasisse, & asinos imposito cadauere domũ uersus agitasse, executumq; imperia matris. Regem, ubi ei renunciatum est, furem cadauer surripuisse, acerbè tulisse. Et cum uellet quoquo modo inuenire quis nam esset ista machinatus, hoc fecisse, quod apud me caret fide. Filiam suam domi prostituisse, iussam omnes indifferenter excipere: sed priusquam coirent, adigere ad sibi dicendum, quidnam in uita esset actum à le solertissimũ ac scelestissimum: & qui narraret quæ circa furem acta essent, cum comprehenderet, neq; exire permitteret. Cum itaq; filia patris imperia faceret, furem quòd audisset, quamobrem ista fierent, cupientem euadere uersuriam regis, hoc egisse: Recentis mortui amputatam ex humero manũ sub pallio ferentem isse: atque ingressum ad filiam regis, cum interrogatus esset, eadem quæ cæteri, enarrasse, scelestissimum facinus perpetrasse, quòd fratris in xrario regis laqueo capti caput amputasset. Solertissimum autem, quòd cadauer fratris suspensum resoluisset, custodib. prius ebriis factis. Illam cum hæc audisset, manum in hunc coniecisse, eiq; furem in tenebris manum mortui porrexisse. Quam mulier cum apprehendisset, manum se huius istius tenere rata, istum per fores se proripuisse, muliere deluſa. Postquã & hæc renunciata sunt regi, stuporem incussisse, tum astutiam, tum audaciam hominis. Ad extremum dimissis per omnes urbes nunciis, regẽ edixisse, nõ modò ueniam, sed etiã magna munera manere furem, si in cõspectum ipsius ueniret: ita furem fide habita, ad eum ueniisse: eiq; Rhampsinitum magna uiri admiratione ductum filiam suam collocasse, tãquam ex omnibus mortalib. plurima scienti. Nam Aegyptios quidem cæteris, hunc aũt Aegyptiis antecellere. Post hæc aiebant regem hunc descendisse uiuum sub terram,

Rempsinitus ad inferos descẽdit.

eò ubi

eò ubi Græci opinantur sedes infernas esse: & ibi cum Cerere alea lusisse: & aliquando victorem, aliquando victum fuisse: & sursum iterum fuisse reuersum, munus ab ea obtinentem mãtile aureum. Quod tempus à Rhampsiniti descensu ad reditum, dicebant feriatum esse apud Aegyptios. Idq; ego ad meam memoriam scio obseruatũ. Verùm an ob id sic feriati sint Aegyptii, asserere nõ possum, sed sacerdotes palliũ quoddam, quod intra unum diem detexuerũt, uni ex suis induere, & oculos mitra obducere: quem gestantem pallium ubi in uiam deduxerunt, qua fert ad Cereris templum, ipsos redire illo relicto. Hunc autem sacerdotem oculos uelatos habentem aiunt, à geminis lupis agi ad Cereris templum, quod ab urbe uiginti stadia abest: & rursus à templo in eũdem locum à lupis reduci. Quæ ab Aegyptiis referuntur, cuicunq; credibilia uidẽtur, is eis utatur. Mihi autẽ in omni sermone constitutum est, ea scribere quæ auditu cognoui. Inferorum principatum tenere Cererẽ & Liberum, Aegyptii aiunt. Hi deniq; primi extiterunt qui dicerent animam hominis esse immortalem, quæ de mortuo corpore subinde in aliud atq; aliud corpus, ut q; que gigneretur, immigraret. Atq; ubi per omnia se circuntulisset, terrestria, marina, uolucria, rursus in aliquot genitum hominis corpus introire. Atq; hũc ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia. Hanc rationem sunt è Græcis qui usurpauerint tanquam suam ipsorum, alii prius, alii posterius. Quorum ego nomina scicus, non duco scribenda. Ad Rhampsinitum usq; regem aiebant in Aegypto uiguisse sanè ius omne. Post hunc autem qui in regno successit, Cheopem in omne flagitium fuisse prolapsum. Omnibus nanq; eum templis obseratis, ante omnia Aegyptiis ne sacrificarent interdixisse. Deinde iussisse, ut in suis ipsius operibus exercerentur. Aliis, ut ex lapidicinis

Animã im mortalem esse & in alia corpora migrare opinantur Aegyptii.

Cheos Aegypti rex.

nis Arabici montis saxa exciperent, & illinc ad Nilum usque protraherent. Aliis, ut trãsmisso flumine, illa acciperent, & ad montem, qui dicitur Africus, traherent. Faciebant autem opus circiter decem myriades, id est, centum millia hominum, ternis semper mensibus singulæ. In ea uia populus dum trahendis saxis atteritur, decennæ tempus triuit, quod non multo minoris operis mihi uidetur, quàm pyramidem extruxisse: cuius longitudo est quinq; stadiorum, latitudo decem passuum, altitudo ubi maxima est, octo passuum, lapide polito & animalibus insculpto. In hac decem annos fuisse consumptos, & in subterraneis ædibus in tumulo, supra quem pyramides stant, quas fecit sibi pro sepulcro, in insula intromisso perfossam Nilo. Verùm in pyramide hac annos uiginti absumptos: cuius singulæ frontes (nam est formæ quadratæ) sunt octogenũm iugerum, pari altitudine, saxis dolatis, decentissimeq; coagmentatis, quorum nullũ est minus triginta pedum. Est autem extructa hæc pyramis in speciem graduum, quas quidam schalas, quidam arulas uocant. Posteaquam eam principiò talem fecerunt, attollebant reliquos lapides brevibus machinis è ligno factis, ex humo in primũ ordinem gradatim leuantes. Vbi super hũc gradum lapis erat, super alteram machinam imponebatur, quæ in ipso primo gradu stabat. Ab hoc deinde in alterum ordinem trahebatur, super alteram machinã. Nam quot ordines graduum, totidem machinæ erant, siue eandem machinam, quæ una & facilis ad ferẽdum esset, transferebant ad singulos ordines, quoties saxum amoliebantur. Dictum sit à nobis de utroque, quemadmodum refertur. Effecta sunt igitur ita prima quæque ex pyramide, ut erat altissima: deinde gradatim sequentia, hoc est, imè uerò quæ solo sunt iuncta & infima: In ipsa pyramide literæ Aegyptiacæ scriptæ, indicant

Pyramidis Aegyptiæ constructio.

dicant quantum sit erogatum in operarios pro apio, cepis & alliis, quod interpres earum literarum (ut probè reminiscor) aiebat in summa mille & sexcenta talenta pecuniæ esse. Quod si ita se habet, quantum in alia credibile est fuisse consumptum, uel in ferramenta, uel in cibos, uel in uestiarium operariorum? Atque per id quod dixi tempus opera extruebant. Alio item tempore (ut ego opinor) lapides excidebant, atque porrabant, & alio non exiguo subterraneam fossam effecerunt. Propter quod eò flagitii deueniisse Cheopem, ut pecunia defectus, filiam suam in quodam ædificio prostituerit, imperans quã tumcunque faceret quæstum (non enim quantum dicebatur) eamque cùm patris iussa feciisse, tum uerò priuatim de relinquenda sui memoria cogitasse. Iacq singulos ad se intrantes otasse, ut sibi ad opera singulos lapides donarent. Ex his lapidibus aiebant extructam fuisse pyramidem, quæ stat in medio trium in conspectu pyramidis magnæ, cuius unumquodque latus sesquiiugerum est. Quinquaginta annos regnasse hunc Cheopem Aegyptii dicebant, eoq defuncto accepisse regnum fratrem Chephrenem: & hunc eodem instituto usum cùm in aliis, tum uerò in faciẽda pyramide, non tamen quæ ad magnitudinem fraterdæ accederet. Eas nanque & nos fuimus dimensi. Nam subterranea nõ subsunt ędificia, neq per fossam deriuatus in eam Nilus, quemadmodum in alteram influit, sed extructo anfractu introrsum insulam circũfluit, in qua situm esse ipsum Cheopem aiunt. Fuisse tum ex Aethiopico lapide uersicolore primũ domum, quadraginta pedibus depressiorem altera, sed habentem idem quod grande ædificium, magnitudinis. Stant autem super eundem tumulum ambę, centum ferè pedum celsitudinis. Sed & quinquaginta annos regnasse Cephrenem aiebant. Ita centum & sex

Cheops filiam prostituit.

Chephrenes Aegyptiorum rex.

anni

anni supputantur, quibus & Aegyptii in omni calamitate uersati sunt, nec templa aperta, sed semper fuerunt occlusa. Hos reges Aegyptii præ odio ne nominare quidem uolunt, sed eorum pyramides uocant pastoris Philitionis, qui ea tempestate pecudes per hæc loca pascebat. Post hunc regnasse in Aegypto dicebant Mycerinum Cheopis filium, eumq; paterna perosum facta, & templa reseraſſe, & populo ad ultimũ calamitatis afflicto feciſſe potestatem res agendi & sacrificandi: quinetiam super omnes reges iustitiam exercuisse. Quo nomine ex uniuersis regibus hũc Aegyptii maximè prædicabant: tum ob alia quæ bene iudicabat, tum uerò quòd conquerenti de ipsius sententia, de suo donabat, ut indignationi hominis satisfaceret. Cum esset in ciues ita clemens Mycerinus, atque ita studiosus, principium ei malorum contigisse obitum filiæ quæ domi unica soboles erat. Qua clade supra modum dum doleret, uelletque filiam excellentiori aliquo genere sepelire, quàm cæteri, feciſſe ligneam bouem uacuam, quam cum inauraſſet, in ea filiam sepeliſſe defunctam. Neque humo boc hæc condita est, sed ad meam usque memoriam in propatulo fuit in urbe Sai apud regiam, in conclaui quodam exornato posita. Cui singulis diebus omniſarii odores inferuntur: noctibus autem perpetuò incensa lucerna astat. In altero contiguo conclaui imagines stant concubinarum Mycerini: ut in urbe Sai sacerdotes aiebant. Stant enim coloſſi, id est, grandia simulacra, circiter uiginti, è ligno fabricati, nudi plerique: qui quarum sint mulierum, non possum dicere, præterquam quæ narrantur. Sunt qui de hac boue & coloſſis hæc referant: Mycerinum amore filiæ suæ captum, uim ei intuliſſe: deinde illam cum præmœrore se suspendiſſet, patrem in hac boue sepeliſſe: matrem autem manus ministrarum, quæ filiam patri prodidiſſent,

Mycerinus Aegyptii rex.

prodidissent, præcidisse: & nunc earum hæc esse simulacra eius mali, quod uiuæ passæ fuissent. Hæc (ut ego opinor) dicunt nugatores, ut alia, ita & de manibus colossorum, quippe quas ipsi uidimus temporis diuturnitate delapsas, quæ ad meam usque ætatem ad pedes eorum stratæ uisebantur. Bos quoque cum cæterùm corpus operta est Phœniceo pallio, tum uerò ceruicem & caput crasso admodum auro. Cuius inter media cornua circulus annexus inest, soli assimilatus. Neque stans est bos, sed in genua cubans, magnitudine quanta est grandis uacca. Effertur autem è conclaui quotannis. Et postquam Aegyptii uerberarunt deum quendam, quem in tali negotio non puto mihi nominandum, tunc & bouem in lucem proferunt. Aiunt eam orasse patrem Mycerinum, ut defuncta quotannis semel solem intueretur. Huic regi, post calamitatem filiæ, secundo loco hæc accidisse: Ex urbe Buti ueniisse oraculum, fore ut sex omnino annos uiueret, septimo defuncturus. Id hunc ægrè ferentem, uicissim misisse ad oraculum contumelioſas querimonias: quòd, cùm pater suus, & patruus, qui deorum immemores, templa clausserant, hominesq; perdiderãt, tandiu uixissent, ipse piè faciens tam citò foret uita defuncturus. Rursus ei uenisse dicuntur ex oraculo responsa, ea propter ipsum properè uitam finiturum, quòd non id faceret quod deberet. Oportere enim Aegyptum centum quinquaginta annis affligi, idq; duos, qui ante eũ fuissent, reges didicisse, ipsum uerò nequaquam. Hæc ubi accepit Mycerinus, se iam numinibus damnatum, iniquas fecisse permultas: quibus cum nocteſceret accensis, potaret ac se oblectaret: neq; diu neq; nõcte intermittens, quin per paludes perq; nemora uagaretur, utq; audiretur iuuenilib. in reb. studiosissimè uersari. Hæc idcirco excogitauit, quòd uellet oraculum conuincere

Mycerini pyramis.

uincere mendacii, ut duodecim pro sex fere ne anni, diebus factis ex noctibus. Pyramidem & hic reliquit longè minorem paterna, uicenis pedibus ex omni parte (nam est quadrangularis) breuiorem qúe trium iugerum ad medium usque, Aethiopico ex lapide.

Rhodopis meretrix.

Hanc quidam Græcorum uolunt esse Rhodopis mulieris prostantis, non rectè sentiétes: qui ne nosse qui dem uidentur quænam fuerit Rhodopis, de qua loquuntur. Neq; enim talem pyramidem illam sibi facere destinasset, in qua talentorum infinita (ut sic dicam) millia consumpta sunt. Ad hęc non istius, sed Amasis regis temporibus Rhodopis floruit. Multis enim post hos reges annis, qui istas pyramides reliquerunt, Rhodopis extitit, genere Thracia, ancilla Iadmonis Samii, ex urbe Vulcani, conserua Aesopi fabularum scriptoris (nam & hic Iadmonis fuit) postquã is huic mulieri non minimum cordi fuit. Siquidem cum sæpenumero Delphi ex oraculo pronunciarent, si quis sumere pœnas uellet animæ Aesopi, alius nullus extitit qui sumere uellet, nisi Iadmonis ex filio nepos alius Iadmon. Ita Aesopus Iadmonis fuit. Rhodopis autem in Aegyptum abiit, portata à Xantho Samio, profecta illuc ad quęstum faciendum. Magna pecunia fuit redempta à Charaxo uiro Mitylenæo Scamandronymi filio, Sapphûs poëmatũ cõdiscipulæ fratre. Hunc in modum Rhodopis libertatem nacta est, & in Aegypto remansit: gratioſaq; uehementer effecta, ingentes opes comparauit, quæ Rhodopen transcenderent, non quæ ad talem pyramidem faciendam ascenderent. Ex quarum opum decima parte, cuicunque etiamnum uolenti cognoscere licet, non magnam ab illa pecuniam fuisse repositam. Nam cum optaret memoriam sui in Græcia relinquere, fecit opus, quod ab alio excogitatum non esset neq; donatum, idq; donauit in templo Delphico mo-

numentum

numentum sui. E decima enim suarum opum, tot è ferro uerua ad boues torrendos fecit, ad quot facienda sufficeret decima ipsa, quam Delphos misit: quæ nunc quoq; posita sunt è regione templi post aram, quam Chij donauerunt. Solent aũt quodãmodo in Naucrate meretrices fieri nobiles. Nam hęc de qua mentio habetur, adeò nobilitata est fama, ut nemo Græcorũ nõ didicerit Rhodopis nomen: Alterius quoq; quæ posterior fuit, nomine Archidice, fama per Græciam celebris extitit, sed minus quàm prioris: cuius amore Charaxus insaniens, Mithylenen redijt, ut meminit Sappho, conuicijs eam insectata. Et de Rhodope quidem hactenus. Post Mycerinũ aũt Aegypti regem dicebãt sacerdotes Asychin, eumq; fecisse Vulcano porticum ad solem orientem, longè pulcherrimam, lõgeq; maximã. Habere enim ubiq; cũ figuras insculptas, tum aliam infinitam ędificiorum speciem. Illud uero maximum ab hoc rege fuisse factum, ut cũ uehementer laboraretur ex ære alieno, legem hanc Aegyptijs promulgauerit, ut ita demum quis pecuniam mutuo acciperet, si cadauer patris pignori traderet. Itaq; ad hãc legẽ adiecisse, ut penes creditorem esset potestas omnis sepulchri debitoris: utq; hæc irrogaretur mulcta pignus deponẽti, cui si dissoluere æs alienum recusaret, fas nõ esset sepeliri, aut in paterno, aut ullo in alio sepulcro: ac ne aliũ quidem ex seipso progenitorũ sepulturæ mãdare. Hũc præterea regem superiores antecellendi cupidum, reliquisse memoriã sui pyramidem lateritiã, in cuius lapide literis in hæc uerba: NE ME CAETERIS PYRAMIDIBVS COMPARES, QVI TANTVM ILLIS PRAECELLO, QVANTVM IVPITER CAETERIS DIIS. NAM FVNDVM LACVS CONTO VERBERANTES, QVOD LVTI CONTO ADHAERESCEBAT, ID COLLIGENTES, ME COMPOSVERVNT, ET IN TALEM MENSVRAM REDEGERVNT:

Archidicẽ meretrix.

Asychis Aegypti rex.

Pyramidis inscriptio.

DEGERVNT. Atque id demum operis hunc regem edidisse. Post hunc regnasse cæcum quendam ex urbe Anysi, nomine Anysim. Atque eo regnante, excurrisse in Aegyptum magna cum manu Aethiopum Sabacum regem: Et cum cæcus hic tuga se in paAnysis Aegypti rex. Sabacus Aethiopiæ rex. lustria proripuisset, illum regnasse in Aegypto quinquaginta annos: idque intra tempus hæc edidisse. Quoties Aegyptiorum quisquam aliquid deliquisset, neminem uoluisse morte afficere: sed pro sui quenq; delicti magnitudine, damnare ad agendam certam mensuram aggerum ad urbem, unde quisq; incolentium erat. Atque ita urbes sunt etiam sublimiores effectæ. Nam primum humus aggesta fuerat ab his qui sub rege Sesostre riuos effoderant: iterum sub rege Aethiope ualde sunt urbes factæ excelsæ, cùm cæteræ quæ in Aegypto sunt, tum uerò (ut mihi uidetur) Bubastis uros, ubi præcipuè terra est exaggerata. In qua urBubastis templum. be templum est Bubastis, quæ uostra lingua dicitur Diana, omnium maximè memorabile. Quo etsi aliæ sunt tum grádiora, tum sumptuosiora, nullum tamè est aspectu iucundius. Id ita se habet. Cętera præter accessum insula est: cuius ad ingressum usq; duo è Nilo fluenta uicina currunt, nec confluunt, hinc atque illinc præterfluentia, centum utrunq; pedum latitudinis, arboribus inumbrata. Eius uestibulum decem passibus sublime est, figura senûm cubitorum adornatũ. Id templum in media urbe situm, undique circumeuntium oculis subijcitur. Num cum urbs sit aggestu terræ sublimis, templum quemadmodum à principio conditum, nec loco motum, pro speculo est. Illud maceria figuris exculpta ambit. Interius delubrũ, ingenti proceritate arboribus manu consitis luco ambiẽte, in quo delubro statua est. Longitudo templi quoquò uersus unius est stadij. Ab eius ingressu uia per forũ orientem uersus, quæ fert ad Mercurij templum, tria-

circiter

circiter ſtadia longitudinis & quatuor iugerum lati-
tudinis, ſtrata lapide eſt, utrinq; arboribus manu con
ſitis in cœlum euntibus. Atq; hunc quidem in modũ
tẽplum habet. Verũ ſe ita ad extremum liberatos Ae-
thiope referebãt, quòd ille per quietẽ oblata ſibi uiſio-
ne, fugæ ſe mandauerit. Viſus eſt ſibi uidere quendam
aſtantem, qui ſuaderet ipſi, ut congregatos cunctos
Aegypti ſacerdotes incideret medios. Hac eũ uiſione
cõſpecta dixiſſe, uideri ſibi deos demõſtrare cauſam, ut
piaculo in ſacro cõmiſſo, aliquid cladis aut à dijs, aut
ab hominib. acciperet: ſe uerò nequaq̃ iſta facturũ, ſed
abiturum: quoniã exceſſiſſet iam tẽpus, q̃ ipſi à dijs ua
ticinatum eſſet, quouſq; foret in Aegypto regnaturus.
Etenim cũ in Aethiopia ageret, oraculis quibus utun-
tur Aethiopes, reſponderat deus, fore ut is in Aegypto
quinquaginta regnaret annos. Id tempus cum exceſ-
ſiſſet, & uiſo inſomnij perturbatus eſſet Sabacus, ul-
trò ex Aegypto conceſſit. Eo profecto ex Aegypto, rur
ſus cæcum è paluſtribus egreſſum accepiſſe imperiũ:
ubi quinquaginta annos habitãs, inſulã cinere atq; hu
mo exaggerauit. Nã ut quiſq; Aegyptiorũ iuſſus illuc
ibat portans frumẽtum, ei mandabat, ut clam Aethio
pe ad ſe dono etiam cinerem ferret. Hanc inſulam ne-
mo ante Amyrtæũ inueſtigare potuit, ſed ſeptingentis
& amplius annis ſuperioribus Amyrtæo reges nequie-
runt eam inuenire, cui inſulæ nomẽ eſt Elbo, decẽ om
nino ſtadiorũ magnitudinis. Poſt hunc regnaſſe ſacer
dotẽ Vulcani, nomine Sethon, cumq; bellatoribus Ae
gyptijs abuſum fuiſſe, contẽptui habentẽ tanquã ſibi
non opportunos, & cũ alijs ignominijs affeciſſe, tum
uerò agris exuiſſe, quibus fuerant à ſuperiorib. regibus
ſinguli donati duodenis. Ex quo factũ eſt, ut cum po-
ſtea Sanacharibus Arabum Aſſyriorumq; rex, cum ma
gnis copijs inuaſiſſet Aegyptum, noluerint ei opitula
ri. Tunc ſacerdotẽ conſilij inopẽ, in cœnaculum ſe cõ
tuliſſe,

Inſula, Elbo.

Sethõ Ægypti rex.

Sanacharibus Aſſyriæ rex.

cubuisse, ibiq; apud simulacrum cõploratsse, quanta pa-
ti periclitaretur : eiq; inter lamentationem obrepsisse
somnum: & inter quietem visum astare deum exhor
tantem, nihil cum moleste passurum, si copijs Arabũ
obuiam iret: se enim auxiliarios ei missurum. His iu
somnijs fretum sacerdotẽ, sumptis Aegyptiorum his
qui sequi uellẽt, castra in Pelusio posuisse. Hac enim
Aegyptus inuaditur. Nec cum fuisse quempiam bella
torum secutũ, sed iastitores, & operarios, & forẽses ho
mines. Eò cum peruenissent noctu, effusam ipsis hosti
bus uim agrestiũ murium : qui illorum tũ pharetras,
tũ arcus, tum scutorũ habenas abederunt, ita ut poste
ra die hostes armis exuti fugã fecerint, multis amissis.
Eoq; nunc iste rex in templo Vulcani lapideus stat, ma
nu murem tenens, atq; hæc per literas dicens: IN ME
QVIS INTVENS, PIVS ESTO. Ad hunc usq; nar-
rationis locum & Aegyptij & sacerdotes referebant,
demonstrantes à primo rege ad Vulcani sacerdotem
hunc qui postremus regnauit, progenies hominũ fu-
isse trecentas quadraginta unam, & totidem interea
põtifices, totidemq; reges. Trecentæ progenies idem q
decem milia annorum pollent. Nam tres uirorũ proge
nies, cẽtum anni sunt. Ex quibus una & quadraginta,
quæ reliquæ sunt ultra trecentas, sunt anni mille tre
centi quadraginta. Ita intra decem millia trecentosq;
& quadraginta annos, negabant ullum deum forma
humana extitisse : ac ne in regibus quidem Aegypti,
qui aut prius, aut posterius extiterint, aliquid tale dice
bant fuisse: sed intra hoc tempus quater solem præter
consuetudinem fuisse ortum. Bis quidem illinc exor-
tum, ubi nunc occidit: bis autem unde nunc oritur,
illic occidisse: nec tamen sub hæc aliquid in Aegypto
esse immutatum, non ea quæ è flumine ipsis prouent
unt, non ea quæ circa morbos, aut quæ circa mortes
euenium. Atque ante Hecatæum sermonum scriptos
tem,

Miracula solis.

rem, apud Thebas originem generis sui recensentem, ac progenitores familiæ suæ repetentem, ad sextumdecimũ deum, sacerdotes Iouis tale quiddam fecerãt, & mihi non recensenti originem familiæ meæ, introducto in quoddã grande cœnaculũ, enumerando demõstrabant tot è ligno colossos quot dixi. Ibi nanq; strabãt pontifices sub imagine uitæ, qua quisq; uixerat. Enumerantes itaq; sacerdotes, ostendebant mihi unumquenq; eorũ esse filium proximè defuncti sacerdotis, imagines eorũ singulas gradatim percẽsendo, donec omnes exposuerunt. Atq; Hecatæo originẽ suã recensenti, & ad sextũdecimum deum referẽti, occurrebãt è diuerso pgeniẽ recensentes, & in enumeratione nõ admittentes, id quod ab illo diceretur, hominem progenerari è deo. Occurrebant autem in repetenda progenie hunc in modũ, quòd dicerent unicuiq; colossorũ fuisse Piromin ex Piromi genitũ, donec trecentos qua dragintaquinq; cõmemorarent: Piromin assiduè ex Piromi procreatum, non referẽtes ad deum illos, aut ad heroa. Est autem Piromis Græca lingua expositum, καλὸς κἀγαθὸς, id est, honestus & bonus. Eos itaq; quorum imagines erant, demonstrabant tales omnes extitisse, sed multũ à dijs distantes. Priores tamẽ his uiris fuisse deos in Aegypto principes, uoà cum hominib. habitantes, & eorum semper unum extitisse dominatorem: postremũ illic regnasse Orũ Osiris filiũ, quem Græci Apolliniẽ nominant. Hunc postq̃ extinxit, Typhonem regnasse in Aegypto postremũ. Osiris Græca lingua est Dionysius, id est, Liber Atq; apud Græcos nouissimi deorum censentur Hercules, Dionysius, & Pã. At apud Aegyptios Pan uetustissimus est etiã ex octo dijs, qui primi dicuntur, Hercules ex his qui duodecim: Dionysius ex his qui tertij uocantur, ab illis duodecim procreati. ab Hercule autem quantum annoũ ad Amasim regem esse ipsi Aegyptij dicant, superiùs à

Piromis.

De deorũ ætatibus.

Orus.

Osyris.

me patefactum est. A Pane uerò plus annorum esse dicitur, minimum inter hos à Dionysio: quanquam ab hoc ad Amasim regem quindecim millia annorũ supputantur. Et hæc Aegyptij pro compertis asseuerant, se quæ scire assiduè supputando, semperq; annos describendo. Igitur à Dionysio quidem, qui ex Semele Cadmi genitus fertur, ad meam ætatem sunt anni fermè mille sexcenti. Ab Hercule uerò Alcmenæ filio, fermè nongenti. à Pane autem Pelopes (ex hac enim & Mercurio Pan genitus dicitur à Græcis) minus annorum est, quàm à bello Troiano, octingenti ferè ad me anni. Vtrum horum probabilius sibi uidetur, eo quisq; utatur licet: mihi autem de his recepta opinio probatur. Nam si & isti & Græcia cùm celebres fuissent, tum fenuissent, quemadmodum Hercules ex Amphitryone genitus, Dionysius ex Semele & Penelope natus, dixisset aliquis & hos alios habere illorum deorum nomina, qui prius geniti fuerant. Nunc Græci aiunt Dionysium statim editum ab Ioue insutum in femore, portatumq; in Nyssam, quæ est super Aegyptũ in Aethiopia. De Pane uerò habent quidem quod dicant, ubinam à partu sit educatus: ex quo fit mihi manifestum, Græcos audiuisse posterius horum, quàm aliorum deorũ nomina: & ex eo tẽpore illorũ progenies recensuisse, quo primũ eos audierãt. Atq; hæc quidem Aegyptij aiunt. Quæ uerò cæteri homines cum Aegyptijs consentientes memorant in hac regione fuisse gesta, hæc iam explicabo, aliquid etiam his quæ ego uidi conferentibus. Post Vulcani sacerdotem regem suum, Aegyptij libertatem adepti, duodecim sibi reges (nullo etenim temporis momento poterant sine rege uiuere) deligũt, in totidem partes omnem Aegyptum distinguentes. Ijt iunctis inter se affinitatibus regnabant, pactionibus initis ne mutuo auferre imperium conaretur, uetitq; quis plus alio quippiam obtinere quæreret, sed ut essent in-

Aegyptij duodecim reges creant.

sent inter se quàm amicissimi. Atq; ea de causa has pactiones arctas accuratasq; inierunt, quòd eis inter initia simulatq; tyrannides innascerunt, responsum fuerat qui in templo Vulcani ærea phiala libasset, cum totius Aegypti regno potiturum. Vbi omnia sacra executi sunt, placitũ est eis aliquod relinquere sui cõmune monumentũ: ex eoq; placito fecerunt labyrinthũ, paulo supra stagnum Mœrios, maximè urbem uersus, quæ dicitur crocodilorum: quem ego aspexi fama maiorem. Si quis enim ex Græcorum narratione muros & operis speciem ratiocinetur, minus concipiet quàm pro labore & sumptu huius labyrinthi. Tametsi & Ephesi templum est memoratu dignũ, & in Samo, tamẽ pyramides erant ad narrandũ maiores, quarũ singulæ multis ac magnis operibus Græcis æquiparandæ sunt. Sed eis quoq; labyrinthus antecellit. Etenim duodecim eius aulæ sunt recto opertæ, portis oppositis altrin secus: sex ad aquilonem cõtiguæ, totidem ad austrum uergẽtes, eodem extrinsecus muro præclusæ. Bifaria in eo sunt domicilia, una subterranea, altera superiora illis imposita, utraque numero tria millia quingenta. Quorum ea quidem quæ superiora sunt, ipsi uidimus, & quæ aspeximus enarramus. Subterranea uerò audiũ dicimus. Nam præpositi Aegyptiorum nolebant ullo pacto illa monstrari, quòd dicerent illic sepulchra esse tum eorum regum, qui ædificandi labyrinthi fuerint autores, tum sacrorum crocodilorum. Ita de inferioribus ædificijs fando, cognita referimus. Superiora ipsi aspeximus humanis operibus maiora. Nam egressus per tecta, & regressus per aulas diuersissimi, infinita me admiratione afficiebant. Ex aula in conclauia transitur, ex conclauibus in cubicula, è cubiculis in solaria alia, è conclauibus in alias aulas. Horum omnium lacunar, quemadmodum parietes, lapideum est, sculptilibus passim figu-

Labyrinthus.

ris ornatum. Singulæ aulæ maxima ex parte digesto lapide albo, columnarũ ambitu redimitæ. Angulo quo finitur labyrinthus, adhæret pyramis quadraginta passuum, in qua grandia sunt insculpta animalia, ad quã iter sub terra fit. Et cum talis sit labyrinthus, tamen stagnum Mœrios, ad quam labyrinthus ædificatus est, plus præbet admirationis. Cuius in circuitu mensura trium milium & sexcentorum stadiorum est, schœnorum sexaginta, quanta uidelicet ipsius Aegypti ad mare mensura est. Iacet autem stagnum longo situ aquilonem uersus, austrumq; : altitudine ubi eius profundissimum est, quinquaginta passuum. Quod aũt manu factus sit ac depressus, indicat, quòd in eius fermè medio stant duę pyramides, quinquaginta passus ab aqua extantes, altero tanto ædificij aquis tectq. Super quarũ utraq; lapideus est colossus in solio sedẽs: ita pyramides sunt centum passuum. Centũ aũt iusti passus sunt: stadium unũ sex rugerũ. Passus inquã mensurę sex pedum, siue quatuor cubitorũ: pedes aũt quatuor palmorũ, cubiti uerò sex palmorũ. Aqua stagni nativa non est, utpote solo illo admodum arido, sed è Nilo deriuata, sex mensibus in stagnum fluens, totidem retro in Nilum refluens. Illisq; sex mensibus quibus effluit, augens regiũ fiscum talentis argenti singulis, in singulos dies, prouentu piscium: tum influit uiginti minis. Hoc stagnũ dicebant indigenę euadere in Syrtim Africæ, perforato sub terrã meatu in mediterranea Hesperia uersus, secundum montẽ Memphi imminentẽ. Verũ cum humum è lacu egestã nusquã uiderẽ (hoc enim mihi indagare curæ erat) percontabar proximos accolarum, ubinã esset humus illinc defossa. Illi dicere fuisse deportatam, facile id mihi persuadentes: quippe qui simile quiddam factũ esse apud Ninum urbem Assyriorum auditu cognoueram. Siquidẽ fures quidam magnam uim pecuniæ Sardanapali, qui Nini rex erat,

Stagnum Mœrios.

Stadium. Passus. Pes. Cubitus.

in the-

in thesauris subterraneis abstrusam, compilare cum constituissent, à suis domib. fodere exorsi sunt, dimen si uiam sub terra ad regias ædes, eamq; humum, è cuni culis effossam, ubi nox aderat, in flumen Tigrim (qui Ninum prætertluit) exportabant, donec id quod opta bant, perfecere. Eodem modo audiui in Aegypto hãc alteram fuisse factam lacunam, prætercquã quòd non noctu hæc, sed interdiu est facta. Aegyptios enim hu mum quam effodiebant, in Nilum exuliisse, quam il le acceptam dissiparet. Et hic quidem lacus ita fertur fuisse depressus. Duodecim autem reges cum iustè de gerent, ac statо tempore in templo Vulcani sacrificas sent, & ultimo die festo libaturi essent, porrexit eis põ tifex aureas phialas, quibus libare consueuerant, aber rans numero, duodecim uidelicet uiris undecim phia las. Ibi Psammitichus, qui postremus eorum stabat, cum non haberet phialam, detractam sibi æream gale am tenuit, libauitq;. Ferebant autem & cæteri omnes reges, & tunc quoq; gestabant galeas. Nec dolo malo Psammitichus galeam tenuit. Cæteri tamen id con sulto factum esse à Psammitichо existimãtes, & in me moriam redeuntes, oraculum ipsis esse redditum, qui ærea in phiala libasset, eum solum regem Aegypti fu turum: non censuerunt equum esse Psammitichum morte mulctari, postquã rimando compererunt nõ il lum feciisse industria, sed maxima potentiæ suæ parte exutum in palustria relegandum: nec illinc egressus, cæteræ Aegypto se immiscceret. Hunc Psammitichum, cum Sabacum Aethiopem, qui patrem eius Necum interemerat, fugasset in Syriam, post abitum Aethio pis, ex insomnij uisione reduxerunt hi Aegyptij, qui sunt è tribu Saitana. Deinde cum regnaret unà cũ un decim regib. cõtigit ei ut fugeret iterum propter galeã in paludes. Igitur intelligẽs quàm ignominiosè tracta tus ab illis esset, statuit ultũ ire, q ipsum persecuti sunt Psammitichus.

Sed ex oraculo Latonæ, quod in urbe Buti apud Aegyptios ueraciſſimum eſt, ad quod ipſe miſerat, redditũ eſt reſponſum, affuturam ultionem ei è mari uiris æreis exiſtentibus. Quod reſponſum ei magnam incredulitatem effudit, uiros æreos fore auxiliarios. Non longo tempore interiecto, Iones quoſdam & Cares prædandi gratia nauigantes, neceſſitas cõpulit applicare ad Aegyptũ. Hi cum in terram exiſſent ferro armati, Aegyptiorum quidã nuncium fert Pſammitticho ad paludes: & quia nunquã uiderat aliquos æreo armatos, ait egreſſos è mari æreos uiros, campeſtria populari. Ille agnoſcẽs oraculum eſſe perfectũ, amicitiam cum Ionib. & Caribus facit: eoſq; magnis pollicitationibus hortatur ad ſecum manendum. Ubi perſuaſit, ita demum unà cum his Aegyptijs qui ſecum ſentiebant, cumq; auxiliarijs, reges ſuſtulit. Omni potitus Aegypto, fecit in Memphi cum Vulcano ueſtibula ad uentum auſtrum uergentia, tum è regione ueſtibulorum aulam Api, in qua, cum apparuit, Apis educatur, undiq; colũnis cinctam, ac figuris refertam: in qua aula loca ſtant columnarum coloſſi duodenũm cubitorum. Apis autem Græca lingua Epaphus eſt. His Ionibus Caribusq; quibus fuerat uſus adiutoribus, Pſammitichus dedit ad habitandum poſita altrinſecus prædia Nilo medio dirempta, quibus nomen impoſitum eſt Caſtra. Et cùm hæc eis loca dedit, tum uerò cætera quæ fuerat pollicitus, repræſentauit. Pueros quinetiam Aegyptios cõmiſit lingua Græca imbuendos, à quibus linguam Græca edoctis oriundi, qui nunc in Aegypto interpretes ſunt. Incoluerunt autem Iones & Cares diu hæc loca contra mare, aliquantulam ſupra urbem Bubaſti, ad oſtium Nili (quod dicitur Peluſiacũ) ſita. Vnde poſtea Amaſis rex Mẽphim eos tranſtulit, in ſui tutelam aduerſus Aegyptios. Poſt ſedes ab iſtis in Aegypto collocatas Græci cum illis ita commercium habuerunt, &

Aerei uiri

Iones & Cares in Aegyptũ appelluntur.

Inſula Bu-chemmis.

uos res in Aegypto gestas à Psammitticho rege exorsi, & quæ deinceps extiterunt, omnia sine ambiguitate nota habemus. Hi enim primi Aegyptum, qui diuersæ linguæ essent, incoluerunt. Atq; unde demigrarunt illic, & uestigia naualium, & domorum rudera, ad meã usq; ætatem ostendebantur. Atq; hunc quidem in modum Psammitichus Aegypto potitus est. De oraculo autem quod est in Aegypto, cùm feci multa uerba, tũ faciam de re memoratu digna. Est enim oraculum hoc in Aegypto templum Latonæ positum in magna urbe, cui nomen est (ut superius à me dictum est) Buto, contra ostium Nili, quod Sebenniticum appellatur, à superiori parte maris flumen subeuntibus. In hac urbe templa sunt Apollinis, Dianæq;. Et in quo redduntur oracula Latonæ, grande illud, & porticum habens decem passibus sublimem. Vbi quid mihi ex his quæ in aperto erant, maximo miraculo fuerit, referam: Est in hoc fano Latonæ delubrum, ex uno factũ lapide, cuius parietes æquali celsitudine ad longitudinem quadragenûm cubitorum: cuius lacunari pro tecto impositus est alius lapis, quatuor cubitorum per oras crassitudinis. Itaq; eorum quæ circa templũ hoc sunt in propatulo positorum, admirabilissimũ apud me fuit id delubrũ. Secundo loco insula, quæ uocatur Echẽmis in lacu profundo ac spacioso sita, præter templũ quod in Buti est: quæ insula ab Aegyptijs fertur innare. Ego tamen eam neq; innantem uidi, neq; se mouentem: & hoc audire admiratus sum, si uerum est insulam natare posse. In hac igitur templum Apollinis magnum est, & aræ trifariè extructæ, & palmæ frequentes enatæ: aliæq; partim fructiferæ, partim steriles arbores. Cur autẽ ea innatans sit, hanc Aegyptij rationem reddunt, quòd Latona, quæ ex octo numinib. quæ prima extiterunt, unum est, cum in urbe Buti, ubi hoc eius oraculum est, habitaret, Apollinem ab Isíde sibi commen-

Latonæ oraculũ in Aegypto.

commendatum, occultauit in hac insula nondum in natanti, ac sospitem reddidit: quo tempore Typhon omnia indagans, ut Osiris filium inueniret, aduenisset. Nã Apollinem & Dianam aiunt Dionysij & Isidis filios esse: Latonam uerò nutricem horum, ac liberatricem. Et Apollo quidem Aegyptiacè Horus dicitur: Ceres autem Isis, Diana uerò Bubastis. Atq; hinc solum non aliunde Aeschylus Euphorionis filius raput it, quod dico, ut solus omnium qui poëtæ dicuntur, fecerit Dianam Cereris filiam. Ob hoc igitur insulam redditam esse natantem. Hæc illi sic aiunt. Psammitichus in Aegypto quatuor & quinquaginta regnauit annos: per quorum undetriginta magnam Syriæ urbem obsidens oppugnauit, donec expugnauit. Hæc est Azotos, quæ diutissimam inter omnes urbes duntaxat (quas nouimus) sustinuit obsidionem. Psammitichi filius, qui regnũ Aegypti suscepit, extitit Necus, Idem fossam ad rubrum mare ferẽtem primus aggressus est, quam Darius Perses secundo loco depressit, longitudinis quidem quatuor dierum nauigationis: latitudinis, ut per eam duæ possent simul agi triremes. Aqua quæ in hanc è Nilo deducitur, paulo supra Bubastis urbem, iuxta oppidũ Arabiæ Patumon deducitur, euadens in mare rubrũ. Initium fodiendi sumptũ est à planitie Aegypti, Arabiã uersus. Nam quæ supra planitiẽ sunt, continens prope Memphim occupat mõs, in quo lapidicinæ sunt. Itaq; ad huius montis ima, ducta est fossa uersus hesperam & auroram, longo tractu: & deinde pertingens diuortio montis tenus, quod diuortium ad meridiem & uentum austrum fert in sinum Arabicum: quà breuissimus tractus, & maximè compendiarius est è mari septentrionali ascẽsus ad australe, quod idem rubrum uocatur, à monte Cassio, qui Aegyptum Syriamq; disterminat. Hinc stadia mille sunt in Arabicum sinum. Ex hoc quidem breuissimum

Necus Aegypti rex.

mum est, uerùm fossa multo longior, scilicet quanto est contragosior. In qua fodienda sub rege Neco ceatũ uiginti millia Aegyptiorum pericrunt. Inq; eius medio opere Necus desitit, hoc interpellatus oraculo, eũ id opus barbaro præmunire. Aegyptij barbaros omnes uocant, qui nõ ipsorũ lingua loquuntur. Supersedens itaq; à facienda fossa Necus, ad militum copias se conuertit: atq; ad classes quæ partim in mari septentrionali, partim in sinu Arabico ad rubrum mare sunt ædificatæ: quarum adhuc uestigia naualium ostendunt. Et classibus quidem Necus, dum opus fuit, est usus. Terrestri autem acie congressus cum Syris in Magdolo, uictoria potitus est, & post prælium, Cadyti magna Syriæ urbe. In uestitu autem curiosus cùm fuisset, illum Apollini dicatum ad Branchidas Milesiorum misit. Hic perfectis decẽ & septẽ imperij sui annis decessit, tradito imperio Psammi filio suo. Eo apud Aegyptum regnante, nuntij Heliorũ dimittebantur, iactantes à se in olympia iustissimũ ac maximũ inter mortales propositũ esse certamen, tati ne Aegyptios quidem hominũ sapientissimos aliquid ultra hæc esse inuentu ros. Isti ubi in Aegyptum peruenerunt, eaq; expossuerũt, quorum gratia uenerant, rex conuocat ex Aegyptijs eos qui sapientissimi haberentur. Qui cum conuenissent, & Helios audissent omnia cõmemorantes, quæ par erat ab eis fieri in edendo certamine, & se uenisse dicentes scisciratũ, nunqd possent Aegyptij reperire iustius. Habito inter se cõsilio, interrogant Helios hõnquid apud eos certarent ciues? & illis respondentibus, sine discrimine & suorum & cæterorum Græcorum, cuicunq; uolenti certare fas esse illi inquiunt, illos cum tale certamen proponant, ab omni iure excedere. Nullo enim pacto posse fieri, quin conciui pugnanti ciues fauerent, facientes iniuriam hospiti. Sed si uellent iustum proponere certamen, & si eius gratia

Psammis Aegyptiorum rex.

uenissent

ueniſſent in Aegyptum, iuberent hoſpitibus ponere certamen, nullo Heliorum certare permiſſo. Hæc Aegyptij Helijs ſubiecerunt. Pſammis cum ſex omnino regnaſſet annos in Aegypto, facta in Aethiopiam expeditione, mox uita defunctus eſt. Cuius regnum Apries filius accepit, qui ſecundum Pſammitichum proauum ſuum fortunatiſſimus extitit omnium ad eam ætatem regum, quinq; & uigiuti dominatus annos. Quod intra tempus & bellum Sidoni intulit, & cum Tyro pugna nauali dimicauit. Sed cum calamitas eũ maneret, cõtigit ob eam cauſam, quam ego pluribus, dum res Punicas exequar, exponam, paucis contentus in præſentia. Cum aduerſus Cyrenæos Apries exercitu miſſo magnam cladem accepiſſet, id ei imputantes Aegyptij rebellauerunt, optinati ſe ab illo in apertã perniciem fuiſſe dimiſſos: ut his interneccione deletis ipſe cæteris Aegyptijs imperitaret ſecurius. Hæc perq; grauiter ferentes tum ij qui redierant, tum eorum qui interierant amici aperte deſciuerunt. Id ubi reſciuit Apries, mittit ad eos uerbis ſedandos Amaſim. Qui cum peruenisſet, reprehendensq; diſſuaderet ne talia facerent, quidam Aegyptiorum ei à tergo ſtans, galeam circundat: eaſque circundata, inquit, ſe illam ob regnum impoſuiſſe. Neque hoc quod fiebat, eo inuito fiebat, ut oſtendebat. Nam ſimulatque ab his qui deſciuerant Aegyptijs declaratus eſt rex, ſeſe apparabat tanquam aduerſus Apriem moturus. His cognitis, Apries mittit ad Amaſim ex his qui ſecum erant Aegyptijs, ſpectatum quendam hominem nomine Patarbemen, iuſſum ad ſe uiuum Amaſim perducere. Hic ubi peruenit, Amaſim ad ſe uocat. Amaſis (ſedebat autem in equo ad ſuos cohortandos inſolenter) ſtolidè iubet uiciſſim hunc ad ſe adducere Apriem. Et cum Patarbemis eum rogaret ut regem adiret, accitus reſſpondit, ſe iam dudum dare operam ut id ageret, nec

Apries Aegypti rex.

Amaſis in Apriem rebellat.

de ſeipſo

de ſeipſo Apriem eſſe queſturum, ſe enim illi præſto futurum, & alios adducturum. Patarbemis non ignarus propoſiti illius, tam ex oratione, tum ex apparatione quam uidebat, ſtatuit ſuæ diligentiæ eſſe quàm celerrimè regem rerum (quæ agerentur) facere certiorem. Huic redeunti, quòd Amaſim non adduceret, nullo uerbo edito, Apries ira percitus, præcidi aures iuſſit, naſumq; Id intuentes cæteri Aegyptij, qui cum eo hactenus cenſerant, uirum inter eos probatiſſimũ, ita ſordè indignaq; affectum, ne tantiſper quidem differentes, ad cæteros tranſeunt, ſeſeq; Amaſi tradunt. His quoq; auditis Apries, armatis auxiliarijs (habebat autem auxiliariorum circa ſe ex Ionibus & Caribus triginta millia) in Aegyptios tendit. Erat ei regia in urbe Sai ingens ac ſpectatu digna. Itaque utrique aduerſus alteros Apriani & Amaſiani in Memphi urbe conſtiterunt, tentaturi pugnæ diſcrimen. Sunt autem in Aegypto ſeptem hominum genera, quorũ alij ſunt ſacerdotes, alij qui pugnatores appellantur, alij boum paſtores, alij ſubulci, alij inſitores, alij interpretes, alij gubernatores nauales. Tot ſunt Aegyptiorum genera, à ſuo quoque artificio appellata: ſed pugnatores uocantur Calaſiries, & Hermotybies, qui harum regionũ ſunt. Nam in regiones diſtincta eſt omnis Aegyptus. Hermotybiorum quidem hæc ſunt plagæ: Buſiritãna, Saitana, Chemmitana, Papremitana, inſula Proſopitis, quę uocatur Natho, ex dimidia parte. Ex his tractibus Hermotybies cum plurimi centum ac ſexaginta millia ſunt, quorum nemo quippiam opificij quæſtuarij didicit, ſed omnes rei militari uacãt. Calaſiarum hæ aliæ plagæ ſunt: Thebana, Bubaſtiana, Aphthitana, Tanitana, Mendeſia, Sebennitana: Athribitana, Pharbæthitana, Thmuitana, Thnuphitana, Anyſia, Myecphoritana. Hæc tribus inſulam incolit ex aduerſo Bubaſtis urbis. Hæ trib. Calaſirũm

Aegyptiorum ſeptẽ genera.

dum

dum quoad possunt plurimi coguntur, ducẽta quinquaginta millia uirorũ sunt, quibus nec ipsis licet ulli artificio operã dare, sed solum rei militari, filio discẽte à patre. Hoc ab Aegyptijs ne mutuati sint Græci, non possum pro certo dijudicare, cum uideã & apud Scythas Persasq;, & Lydos, denicq; apud omnes ferè barbaros haberi pro ignobilioribus ciuibus eos, qui artificia discunt, eorumq; liberos: generosiores autem eos qui à manuarijs operibus abstineant, præsertim qui cessẽt ob bellum. Hoc itaq; cum cæteri Græci didicerunt, tũ præcipuè Lacedæmonij. Corinthij quoq; minimi faciunt opifices. His solis Aegyptiorum, præter sacerdotes, hoc eximij honoris habetur, ut singulorum duodecim agri sint egregij atq; immunes, singuli agri centũ cubitorum Aegyptiorum quoquò uersus. Aegyptius autem cubitus Samio par est. Hæc tamen uniuersorum peculiaria sunt, quibus per ulces in orbem fruebantur, & nunquam ijdẽ. Calasiriũm milleni & Hermothybiũm, circa regem sunagebantur annuo satellitum munere. Istis præter prædia dabantur uiritim: hæc alia, panis tosti pondo quinæ minæ: carnis bubulæ binæ, uini sextarij quaterni. Hæc assiduè satellitibus præbebantur. Vbi igitur è diuerso uenientes, Apries cum auxiliarijs, Amasis cum uniuersis Aegyptijs in urbem Memphim peruenere, congressi sunt. Et peregrini quidem egregiè pugnauerunt, tamen quòd erãt multo inferiores numero, fugati sunt. Fertur Apries ea fuisse persuasione, ut nullus neq; deorum neq; hominum posset sibi adimere regnũ, adeò uidebatur sibi illud stabilisse. Et tamẽ tunc egressus, prælio fugatus est, uiuusq; captus, & ad urbẽ Saim ductus ad ædes quæ ipsius antea fuissent, tunc autem Amasis regia. Ibiq; quàm diu in regia pascebatur, cum Amasis honestè asseruauit. Tandem incusantibus Aegyptijs, non iustè agere, qui suum & ipsorum inimicissimum aleret, ita illis

Amasis pugna cũ Apric.

Apriem

Apriem tradidit. Eum isti ubi strangulauere, paternis in monumentis sepelierunt, quæ sunt in templo Mineruæ proxime cœnaculũ, ad læuam manum intrantis. Nam Saïtani cunctos qui tribules eorum fuere reges, intra templum sepelierunt. Etenim Amasis monumentum ex altera parte cœnaculi est quam illud Aprïs, eiusq; progenitorum. In eiusdem templi aula hoc quoque est ingens cubiculum lapideum, tum columnis excultum, palmarum arbores imitantibus, tũ alio sumptu. Intra id cubiculum geminui postes stant, in quibus urna est. Sunt etiam sepulchra, cuius nomen si nõcupauero hac in re, haud sanctè fecero. Apud Saïm in templo Mineruæ post totum delubrum, prope Mineruę parietem, atque in fano, stant ingentes obeli, id est, uerua lapidea, lacusq; contiguus lapidea crepidine adornatus, & circunquaq; probè elaboratus, magnitudine (ut mihi uidetur) quãta in Delo, q̃ dicitur trochoides. In hoc lacu imagines suorum quisq; affectuum noctu faciunt, quæ uocant Aegyptij mysteria: de quibus cum permulta ego nolim quo pacto se habeãt, singula tamẽ absit ut proloquar. De Cereris quoq; initiatione, quum Græci θεσμοφόρια uocant, hoc est, legum lationes, absit ut eloquar, nisi quatenus sanctũ est de illa dicere: Danai filias extitisse, quæ ritũ hunc ex Aegypto attulerũt, eoq; Pelasgicas fœminas imbuerũt. Sed deinde omni Peloponneso à Doribus ejecta sedibus suis, ritus initiandi abolitus est, à solis Arcadibus, qui à Peloponnẽsibus non ejecti sunt, sed relicti, conseruatus. Aprie extincto, regnauit Amasis è tribus Saitana, & urbe cui nomen est Siuph. Eum inter initia Aegyptij contemnere, nec ullius sanè momenti ducere, ut qui plebeius fuisset, nec insigni familia ortus. Sed hos Amasis ad se solertia, nõ asperitate perduxit. Erãt ei cum alia bona infinita, tum uerò peluis aurea, in quã tam ipse quã omnes conuiuæ semper pedes ablue

Aprïs nex

Amasis Aegypti rex.

baut:hanc ille confregit,ex eaq; dei statuam fecit,& id appositissimo urbis loco statuit. Aegyptij simulacrum aduentes,magnopere uenerati. Id Amasis fieri è popularibus edoctus,conuocatis Aegyptijs aperit ex illa pelui,in qua primo Aegyptij euomere immingereq; & in qua pedes abluere consuessent,factum esse simulacrum, quod tunc tantopere uenerarentur. Itaque se aiebat perinde atq; peluim esse factum:qui si ante hæc fuisset plebeius, in præsentia tamen esset rex, eosq; iubere, ut sibi honor haberetur atq; reuerentia. Hunc in modum ad se traduxit Aegyptios, ita ut æquum cẽ serent ei seruire. Idem hoc usus est in rebus agendis instituto:Ab aurora usq; dum refertum est forum,accurate negotia quæ offerebãtur agebat.Deinde potabat, & inter compotores iocabatur, morionem agens ac scurram. Quibus rebus offensi amici,talibus eum uerbis castigabant:Rex,dicẽtes,non è dignitate tua degis, qui ad tantã te dimittis nequitiã. Nam deberes augusto in solio sedens, auguste interdiu res administrare, ita & Aegyptij cognoscerent à magno sibi uiro præsideri,& tu melius audires.Nunc haudquaq; facis è regia dignitate.His ille respondit: Arcus ab his quorũ sunt, cum est opus intendi,eos si semper intenti sint, ruptũ iri, nec posse eis illos cum indigeant uti: ita & hominis institutum, si assiduo laborare studio, nec ullam partem ad lusum sibi indulgere uelit, fore ut pedetentim aut mente captus sit aut membris. Quod ego intelligens,utriq; rei tempus impertio.Hæc Amasis amicis respondit.Etenim fertur Amasis,cum priuatus foret,fuisse potandi iocandiq; cum dicacitate studiosus: & uir neutiquam rerum agendarum anxius. Et quoties eũ porantẽ ac se oblectãtem uecessaria defecissent, solitus circumeũdo furari. Et cum reposceretur ab his qui dicerent eum ipsorum habere pecuniã,ac negaret, adduci ad oraculũ quodcunq; eo in loco erat, & frequenter

Amasis in statutum.

quenter ab oraculis conuictus, frequẽter absolutus. Et post quã assecutus est regnũ, hæc egit: Quicunq; dij ei furti absoluerant, horum templa neq; curæ habuit, ne quæ ulla re ad stabilimentum donauit, neq; adiens sacrificauit, tanquã nil mererentur quòd redderent falsa responsa. Qui autem eum pronunciauerant furem; hos ea nquã uerè deos, nec mendacia reddentes oracula, maximè coluit. Præterea in Sai uestibulum Mineruæ fecit, opus admirandum, & longè superans cætera tum sublimitate, tum magnitudine. Tanta est uastitas lapidum ærq; substructionũ. Quinetiam ingentes colossos, & immanes androsphinges ibidem posuit. Alia quoq; saxa prægrandia in apparatum comportauit, da ta partim è lapicidinis quæ iuxta Memphim sunt, partim uriq; quæ maioris molis erant, ex urbe Elephantina, quæ à Sai distat uiginti dierum nauigatione. Ad hæc, quod non minimè, sed maximè omnium admiror, attulit ædificium ex solido saxo ab urbe Elephantina: in quo afferendo, triennium cõsumpserunt duo millia delectorum uirorum, qui omnes erant gubernatores. Eius tecti extrinsecus est unius & uiginti cubitorum longitudo, quatuordecim latitudo, octo sublimitas. Hæc est dimẽsio exterior tecti ex uno lapide. Interiorem tamẽ duodeuiginti & amplius cubitorũ est longitudo, quinq; sublimitas. Domus hæc ad ingressũ tẽpli collocata est. Nã ob id aiunt in tẽplum nõ fuisse pertractã, qd tecto aduecto cũ suspirasset eius uehendi architectus, utpote pertæsus diutino tẽpore operæ, ea de re stomachatus Amasis, non permiserit hominẽ ulterius trahere. Nonnulli aiunt quendã ex his, qui uectibus lapidem agebant, ab illo fuisse oppressum, ideoq; lapidẽ nõ introductũ. Donauit præterea operib. ob magnitudinem spectaculo dignis cũ alia tẽpla insignia, tum in Memphi templum Vulcani, colosso supino ante illud posito, longitudinis quinq; & septuaginta pedum. Su

Amasis operas

perq; idem pauimentum gemmi coloſſi ſtant ex Aethiopico lapide, atcentûm pedũ magnitudinis hinc & hinc magno illi aſſiſtentes. Cuius ſimilis eſt alter in Sai lapis, eodem habitu iacens. Illud etiã quod in Mẽphi eſt templũ ingens & ſpectatu dignißimũ, aiunt Amaſim ædificaſſe. Sub Amaſi rege dicitur Aegyptus fuiſſe maximè beata, in his quæ uel regioni ex flumine, uel hominibus ex regione proueniunt: & urbes quæ incolerentur tunc, fuiſſe numero illic uiginti millia. Amaſis quoq; is extitit qui legẽ hanc apud Aegyptios cõdidit, ut ſinguli eorũ quotannis apud pręfectũ pręſides demõſtrarent unde uiuerent. Et q̃ aut hoc nõ faceret, aut nõ demonſtraret ſe legitimè uiuere, is morte afficeretur. Quã legẽ Solon ab Aegyptijs mutuatus, Athenienſib. tulit, q̃ illi quòd ſit caſtiſſima, aſſiduè uſurpant.

Amaſis Græcorũ ſtudioſus.

Amaſis, quoniam Græcorũ erat ſtudioſus, eſi alia in quoſdã Græcos officia cõtulit, tum his qui in Aegyptũ concederent, dedit facultatẽ Naucratẽ urbem incolẽdi. Qui uerò eorũ uollent illic habitare, ſed nauigãdo negotiari, fecit poteſtatẽ certis in locis aras & fana extruendi. Adeò maximũ eorum fanũ atq; celeberrimũ uocatur Græcũ. Ciuitates aũt quæ cõmuniter extruxerunt, ſunt: Ionum quidem Chius, Teus, Phõcæa, Clazomene: Dorum aũt Rhodus, Cnidus, Halicarnaſſus, Phaſelis: Aeolorũ uerò una Mitylene. Harum ciuitatũ hoc fanum eſt, & ab his præfecti emporij præbẽtur. Cæterę ciuitates quæ conſortes huius rei ſunt, nõ rei ad ipſos pertinẽtis conſortes ſunt. Separatim tamẽ ædificauerunt, Aeginetæ quidẽ Iouis, Samij aũt Iunonis, Mileſij uerò Apollinis fanũ. Nam uetus emporiũ erat ſola Naucratis. Præter hoc in Aegypto aliud nullum. quod ſi quis in aliud aliq̃d Nili oſtium applicuiſſet, is neceſſe habebat deierare ſe ueniſſe inuitum, dato iure iurando ſe eadẽ naui ad Canobicũ nauigaturũ: & ſi id minus per contrarios uentos poſſet, onera fluuialibus

nauigijs

nauigijs circumacturum lustrando Delta, donec perueniret Naucratem. Ita Naucratis in honore erat. Iam uerò cum Amphictyones templum, quod nunc Delphis est (quia illud prius sua spōte deflagrauerat) trecẽtis talentis construendū locassent, Delphi, quos quarta pars sumptus contingebat, circa ciuitates uagi cum aliunde, tum uerò nou minimum ex Aegypto retulerunt. Nam Amasis quidem eis mille talenta aluminis, Graeci autem qui Aegyptum incolebãt, uicenas minas donauerunt. Cum Cyrenęis quoq; Amasis amicitiam societatemq; inijt, ita ut illinc uxorem etiã putarit sibi esse ducendam, siue fœminæ Græcæ amore captus, siue aliàs ob beneuolẽtiam Cyrenęorum. Vxorem quã duxit, alij uolunt filiam fuisse Batti filij Arcesilai, alij Critobuli, inter suos populares uiri spectati, nomine Ladice. Cum qua dum in toro cubaret, concumbere non poterat, cum tamen alijs mulieribus uteretur. Id cum diu fieret, ad eam Amasis: Tu uerò, inquit, uxor ueneficio me læsisti: ideoq; nullo machinamento uales effugere, quę minus inter omnes mulieres teterrima pereas morte. Ladice cum pernegando nihilo placatiorem redderet Amasim, uouit intra se Veneri, si ea nocte secum coiret Amasis (hoc enim sibi esse machinamentum) statuam Cyrenas se illi missuram. Cõcepto statim uoto coijt cum ea Amasis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat; ac postmodum eam perquã ualde dilexit. Et Ladice uotum deæ persoluit, facta statua, Cyrenasq; missa, quæ ad meam usque memoriã incolumis erat extra urbem Cyrenensem posita. Hãc Ladicem Cambyses, posteaquam Aegypto potitus est, cognitoquæ nam esset, Cyrenas illæsam remisit. Donauit item Amasis dona quæ misit in Græciam, Cyrenas quidem statuam Mineruæ inauratam, & sui imaginẽ pictura adumbratam. Lindum autem duo lapidea Mineruæ simulacra, & thoracẽ linceum spectaculo dignũ.

Amasis cũ uxore sẽ habere ne quit.

Samum uerò Iunoni bifarias fui imagines, quæ magnæ in templo erectæ erant poſt ianuas, ad meam uſq; ætatem. Samum quidem propter hoſpitium, quod inter ipſum erat, & Polycratem Æacis filium. Lindum autem nullius hoſpitij gratia, ſed quia templũ quod Lindi eſt, Minervæ ferunt extruxiſſe Danai filiæ, poſtquam agoitæ ſunt, cum filios Aegypti effugerant. Hæc donaria dedicavit Amaſis, primusq; mortaliũ Cyprum cepit, tributariamq; fecit provinciam.

Herodoti

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM Liber III. Qui inscribitur

THALIA.

Adversus hunc Amasim Cambyses Cyri filius, comparato cùm ex alijs quib. imperabat, tum ex Græcis Ionib. Aeolibusq; exercitu, bellũ mouit ob hanc causam: Myso in Aegyptũ legato, Cãbyses petijt ab Amasi filiã, & petijt cõsilio cuiusdã Aegypti, qui Amasi erat infensus, q se potissimum ex omnib. Aegypti medicis Amasis ab uxore & liberis abstraxisset, amãdando in Persas, quo tẽpore Cyrus ad Amasim miserat petitũ ocularijũ medicũ, omniũ qui in Aegypto essent, præstantissimum. Ob id infensus Amasi Aegyptius, instituit suadere Cãbysi, ut ab Amasi filiã peteret: ut ille aut mœrore afficeretur data filia, aut nõ data Cãbysi redderetur inuisus. Amasis eam nec dare audebat, nec abnuere. Nam & Cãbysem intelligebat non habiturum illam uxoris loco, sed pellicis: & Persarum potentia grauabatur horrebatq;. Hæc reputans, ita sibi faciendũ statuit; Erat Apriis superioris regis filia, nomine Nitetis unica, domi relicta, grandis atq; speciosa. Hanc puellam Amasis uestitu pariter & auro exornatam, pro sua in Persas dimittit. Quam cum post aliquantum temporis Cambyses salutasset, filiam Amasis appellans, ipsa ad eum; Rem, inquit, Cãbyses Aegyptũ expeditionis causa.

rex ignoras, ab Amasi eluso, qui me ornatu compta transmiserit, tradens tibi pro sua, cum re uera sit Apriis filia, quem ille dominum suum cum Aegyptijs rebellans interemit. Hic sermo extitit causa, quæ Cambysem Cyri uehementer indignatum induceret aduersus Aegyptum. Atq; ita quidē memorant Persæ. Aegyptij autem Cambysem suum uendicant, asserentes ex hoc Aprijs filia illum esse genitum. Cyrum enim fuisse qui ad Amasim miserit super filia, non Cambysem. Quod cū dicunt, nō rectè dicunt, etsi eos hoc non latet. Nam si qui alij profectò, & Aegyptij rectè norunt mores Persarū, apud quos illud in primis nefas est, illegitimū obtinere regnū si adsit legitimus. Præterea Cassandanes filius erat Cābyses, Pharnaspe uirō Achæmenide genitæ, non mulieris Aegyptiæ. Sed Aegyptij rem gestā transferunt, fingentes sibi cū Cyri familia intercedere cognationem. Et hæc quidem ita se habeant. Cæterū ille sermo mihi non probatur, quo dicitur, mulierem quandā Persidē ad uxores Cyri introgressam, cum liberos Cassandanes assistentes forma ac statura egregia cōspicaretur, supra modum admirabundā magnitudisse illam laudibus: eiq; Cassandanē (quæ Cyri esset uxor) ita dixisse: Me, quæ talium filiorū sum mater, Cyrus contemptui habet, præponens quandam ex Aegypto ancillam, uidelicet infensam Niteti, ista dixisse, & ei maximum natu filiorum Cambysem subiecisse: ego uerò tibi mater, cum in uirilem ætatem adoleuero, summa Aegypti reddam ima, & ima summa. Idq; dixisse circiter decē natū annos, admirātibus mulieribus. Et cum in uirilem adoleuisset ætatem, & regnū obtinuisset, huiusrei memorem, Aegypto bellum intulisse. Accessit huc & aliud quiddam, ad hanc sumendā expeditionem. Erat quidam auxiliariorum Amasis, nomine Phanes, genere Halicarnasseus, uir cōsilio præstans, & in re bellica strenuus. Hic Phanes nescio quid

Amasi

Amasi succensens, nauigio profugit ex Aegypto, uolēs in collocutionem uenire Cambysis. Eum Amasis (qđ inter auxiliares non parui momenti esset, quodq; res Aegypti comperti ssimas haberet) insequi statuit, adhibita diligentia assequendi. Itaq; ad hominem insequē dum mittit cum triremi eunuchorum fidissimum, qui Phanem assecutus in Lycia cepit, sed non retulit in Aegyptum, ab illo prudentia superatus. Nam Phanes mactatis custodibus abijt in Persas, Cambysemq; molientem aduersus Aegyptum expeditionē, & quo pacto carentia aquis loca transmitteret ambigentem, adijt. Eiq; cùm alias Amasis res expositi, tum uerò quę ad transmittendum pertinebant, suadens, ad regem Arabum mitteret, oratum ut sibi tutum præberet transitum. Hāc enim duntaxat patet ingressus in Aegyptum. Nam à Phœnice usq; ad montes Cadytis, quæ est urbs eorum Assyriorum, qui nunc Palęstini uocātur. A Cadyti (ut mea fert opinio) non minore urbe, q̄ Sardis emporia, secundum mare usq; ad urbem Ienysum Arabicæ ditionis est. Ab urbe Ienyso rursus Syriacæ usq; ad lacum Serbonitidis, iuxta quem Casius mons pertingit ad mare, à Serbonitidis lacu, in quo se Typhon fertur occultasse, deinceps iam Aegyptus est. Hoc tamen intercapedinis inter urbem Ienysum, & montem Casium, & lacum Serbonitidis, non exiguus tractus est, sed itineris instar trium dierum, uehementer aridus. Verùm quod pauci eorum qui in Aegyptū nauigant, notū habent, hoc iam dicā: Ex omni Græcia & præterea ex Phœnice, portatur in Aegyptum bis quotannis uas fictile uini plenum: & tamē ibi ne unū qui dem numero (ut sic dicam) uas uinarium fictile aspici uacuum potest. Vbinam (dicat aliquis) hæc uasa cōsumuntur: hoc quoq; ego depromam. Præfecti prouinciarum necesse habent ex sua quisq; urbe colligere uasa testacea, quæ Memphim portentur. Eadem è

Phanes Cambysemadit

Memphi alij aqua impleta portare in hæc arida Syriæ loca. Ita hydriæ superuenientes in Aegypto sumptæ, ad ueteres in Syriam portantur. Atqui hunc in modũ, quem dixi, aqua contracta, Persæ usi fuerunt, qui hoc ingressu apparato quã celerrimè Aegypto potiti sunt. Sed tunc cum in expedito aqua non esset, Cambyses audito hospitis Halicarnassei consilio, missis ad regem Arabum nuncijs, tutum iter precatus, obtinuit, data acceptaq; inuicem fide. Arabes seruant fidem inter hominẽs ut qui maximè, quam hunc in modum dant: Quoties fœdus inire uolunt, alius quidam medius inter utrunq; stans, acuto lapide uulnerat uolam, iuxta maiores digitos eorum qui fœdus ineunt. Deinde sumpto flocco ex utriusq; uestimento, inungit eo sanguine septem lapides in medio positos, inter inungendum inuocans Bacchum & Vraniam. Hoc acto, idem qui fuit sequester fœderis inter amicos contrahendi, uadatur hospitem, aut fortè ciuem, si cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipsi qui amicitiam contraxerunt, seruare iustum censent. Bacchum quem Vrotalt & Vraniam quam Alilat appellant, solos deorum esse arbitrantur. Ac se exemplo Bacchi cæsariem tondere profitentur. Tondentur autem, in rotundum tempora subradentes. Igitur postquã fœdus cum nuncijs iniit Arabs, talem rem commentus est: Camelos omnes, posteaquã utribus camelinis aqua completis onerauit, egit ad loca humore carentia, ibiq; Cambysis exercitum præstolabatur. Ex his quæ narrantur, hoc quæ dixi propius fidem est: tamẽ quod minus credibile est, quãdoquidem commemoratur, cõmemorare debeo. Est magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare quod dicitur rubrum. Ab hoc flumine ferunt Arabum rex canalem ex bouinis, alijsq; crudis coriis consutum, tanta longitudine produxisse, ut ad loca arida per illum aquam perduxerit: intq; ipso arido solo

Fidem Arabes quo pacto dãt.

Corys flumen.

ingentes

ingentes cisternas fodisse, quæ recepta aqua potum suppeditarent. Et cum sit à flumine ad terrã aridã duo decim dierum uia, per tres aquæductus in totidẽ partes aquam deduxisse. Apud Nili autem ostium, quod dicitur Pelusium, habebat castra Psammenitus Amasis filius, Cambysem operiens. Nam Amasim Cambyses in Aegyptum progressus, non uiuum nactus est, sed defunctum, cum quatuor & quadraginta annis regnasset. Per eos nihil admodum calamitatis expertus, defunctusq; & sale conditus est, & in sepulchris quæ ipse ædificauerat, situs intra templũ. Sub eius filio Psãmenito maximum extitit Aegyptijs portentũ. Apud Thebas Aegyptias, quod neq; prius unquam, neq; postea ad meam usque ætatem contigit, utipsi Thebani aiunt, pluit. Thebis tamen nunc pluit guttis. Persæ ubi siccanea peragrauerunt, subsedere uicini Aegyptijs, tanquam iam congressuri. Ibi Aegyptiorum auxiliarij Græci & Cares, Phani, qui exterum exercitum in Aegyptum adduxisset, infensi, hoc rei in illum sunt machinati: Filios qui erant à Phane relicti in Aegypto, in castra perducunt, atq; in cõspectu patris, posito in medio duorum exercituum cratere, dehinc productos singulos puerorum super craterem obtruncant. Omnib. interfectis, uinum & aquam cratere intulerunt. Quo sanguine epoto, auxiliares ita conflixerunt. Acri prælio commisso, perquàm multis utrinq; cadentibus, in fugam uertuntur Aegyptij. Ibi ego rem miraudam uidi, ab indigenis edoctus: Ossa eorum qui in acie ceciderunt, cum iacerent fusa, ut ab initio distincta fuerant, seorsum erant Persarum, seorsum Aegyptiorum. Sed Persarum capita adeò fragilia sunt, ut si uelis ferire, uel solo calculo perforare possis: Aegyptiorum aũt ita firma, ut ea uix ictu lapidis elidas. Cuius rei causã hanc illi reddebant, facile mihi persuadentes, quòd Aegyptij statim à pueris radere capita incipiunt, & os capitis

Psammenitus rex.

Amasis mors.

Pluuia apud Aegyptios portentosa.

Phanẽ uisciuntur Aegyptij.

Capita cur Aegyptijs dura, Persis fragilia.

capitis ad solem redditur compactũ. Quæ eadem causa est non caluescendi. Nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis Aegyptios caluos uideat. Cuius rei hoc cauſę eſt, quòd robuſta capita geſtant. Ac Perſis cur fragilia ſint capita, id in cauſa eſt, quòd à principio imbuuntur operire capita, geſtantes pilea tiarasq; Hæc ego huiuſcemodi oſſa uidi. Vidi item alia iſtis ſimilia in Papremi, eorum qui unà cũ Achæmene Darij ab Inaro Afro ſunt cæſi. Aegyptij quoque poſtquã ex acie terga dederunt, nullo ordine fugam capeſſunt. Ad quos, cum ſe recepiſſent Memphim, miſit Cambyſes aduerſo flumine nauim Mitylenæam cum caduceatore uiro Perſa, qui illos ad dedionem hortaretur. Iſti ubi nauim aduectare Memphim uident, frequentes ex urbe effuſi, nauim corrumpunt, uirosq; fruſtatim dilaniatos in oppidum afferunt. Et Aegyptij quidem poſt hæc obſeſſi aliquandiu, reſtiterunt. Afri uerò id animaduertentes, eadem ſibi quæ Aegypto contigiſſent uentiri, ſeſe citra pugnam dediderunt, tributum quoq; inter ſe partiri dona miſerunt. Cyrenæi quoq; ac Barcæi itidem ut Afri timentes, ſimilia & ipſi fecere. Cambyſes munera quę ab Afris uenere, perbenigne accepit: quæ autem à Cyrenæis, ſuccenſens (ut opinor) quòd exigua erant (quingentas enim minas argenti miſerant) has ſua manu prehenſas, diſperſit in milites. Decimo die quàm muros Memphis cepit Cambyſes, Pſammenitum Aegyptiorum regem, qui ſex omnino regnarat menſes, depoſuit in ſuburbanis, ignominiæ gratia, cum Aegyptijs alijs, ut eius animũ experiretur. Hoc facto, familiam illius veſtitu ſeruili circundatam, cum hydria ad aquam emiſit: & cum ea ſimiliter indutas alias, quas delegerat, primorum uirorum filias uirgines. Quæ ubi ad patres peruenerunt cum ciulatu, ploratuq;, cæteri quidem patres conſpectis filiabus tam malè acceptis, uicißim nociterati ſunt atque fleuerunt,

Caluiciei cauſa.

uerunt. Pſammenitus autem cum id præuidiſſet ac eo gnouiſſet, humi uultum demiſit. Prætergreſſis puellis aquam ferentibus, ſecundo loco Cambyſes ante oculos Pſammeniti miſit filium eius, cũ duobus millibus Aegyptiorum, æqualis ætatis, nectas fune ceruices, & frenata ora habentibus. Ducebantur autem luituri pœnas his Mitylenæis, qui cum naui fuerant ad Memphim obtruncati. Ita enim cenſuerant regij iudices, pro ſingulis ſuorum interfectis, denos primorum Aegyptiorum interficiendos. Pſammenitus prætereuntes intuens & filium animaduertens duci ad mortẽ, alijs Aegyptijs qui circunſedebant cõplorantib. atq; indignè ferentibus, ipſe idem quod erga filiam, fecit. His quoq; prætergreſſis accidit, ut quidam compotorum eius iam ætate grandior, priſtinis bonis delapſus, ac nihil habens, niſi quæ inops mendicabat, obiret exercitum; nec non Pſammenitũ, aliosq; Aegyptios in ſuburbanis conſidentes. Quem ut conſpexit Pſammenitus, erumpente ingenti fletu, compellans nomine amicũ, caput ſuum cædebat. Aderant autem ei obſeruatores tres, qui ut quicquid ab illo fiebat, ex omni uiarũ exitu Cambyſi renunciarent. Ea quæ fiebant admiratus Cambyſes, miſſo nuncio Pſammenitum ſic percontatus eſt: Pſammenite herus te Cãbyſes interrogãt, quãobrem tu qui uiſa filia indignè affecta, uiſo filio ad mortẽ eunte, neq; eiulaſti, neq; fleuiſti pauperẽ tãti feceris, tibi ut ab alijs audito, non propinquũ Et Cambyſes quidẽ ita interrogauit. Pſammenitus autem his uerbis reſpondit: Fili Cyri, domeſtica mala erant maiora, quàm ut poſſem ea deflere. At amici lamentatio digna lachrymis fuit: qui è multis ac fortunatis opibus ad inopiam recidit, in extremo limine ſenectutis. Hæc ubi reſponſa ab hoc renunciata ſunt, uiſus eſt illis Pſammenitus, ut ab Aegyptijs fertur, rectè reſpondiſſe. Cræſusq; dicitur illachrymaſſe, item qui aderãt Perſæ;

Pſammeniti depoſitio.

Amici deploratio.

Persæ: ipsúq; Cambysi miserationem subisse, ut protinus iusserit & filium, ex his qui morti addicti essent, liberari, & patrem è suburbanis excitatum ad se perduci. Sed filium quidem qui adierunt, non iam superstitem inuenerunt, sed primo loco truncatum: ipsum verò Psammenitum excitatum ad Cambysem perduxerunt: ubi reliquum uitæ degit, nihil violentum passus. Qui si compertus fuisset non affectasse res nouas, accepisset Aegyptum, ut eam procuraret. Nam consuerunt Persæ in honore habere filios regum, etiamsi qui ab eis defecissent, tamen illorum filijs restituere principatum. Quod eos ita facere consuesse, cum alijs permultis potest probari documentis, tum verò hoc, quod Thannyra Inari Afri filius recepit, quem pater obtinuerat, principatum, quodq; Pausiris Amyrthæi filius & ipse paternum recuperauit imperium. Nec ipsis Inaro & Amyrthæo quicquam amplius à Persis irrogatum est. Nunc Psammenitus malè cogitans, mercedem accepit. Nam cum ad defectionem Aegyptios induxisset, captus est: ac deinde à Cambyse conuictus, epoto cruore taurino expirauit. Atque hunc in modum iste decessit. Cambyses autem è Memphi urbem Saim abijt, animo faciendi quæ fecit. Etenim simul atque in ædes Amasis ingressus est, imperauit cadauer Amasis è conditorio efferri: deinde prolatum uerberibus cædi, ac uellicari, & stimulis pungi, omni denique contumelia infestari. Quod facientes postquàm defatigati erant (nam cadauer, ut potè salitum, resistebat, nec quicquam omnino elidebatur) iussit cremari: haud quaquam pia iubens: quia Persæ deum esse ignem arbitrantur, & apud neutros moris est cremare cadauera: apud Persas quidem, propter id quod dictum est, quia nefas esse aiunt deo depasci cadauer hominis: apud Aegyptios autem, quia persuasum habent ignem animatam beluam esse, & omnia

Persarum erga deuictos clementia.

Ignis deus Cadauera ubi & cur non crementur. Ignis belua.

nia quæ nascuntur deuorare: & postquam deuorando fuerit expleta, unà cum ipsa re deuorata emori. Ideò q; non esse apud eos consuetudinem, mortuum beluis tradendi, sed saliẽdi, tum ob id, tum ne humatus deuoretur à uermibus. Ita neutris probatam rem iussit agi Cambyses. Quanquam (ut ipsi aiunt Aegyptij) non Amasis fuit qui ita passus est, sed alius quidam Aegyptius, eadem quæ Amasis ætate: quem Persæ Amasim arbitrantes uexauerunt. Memorant enim Amasim, cum ex oraculo audisset quæ circa se defunctum futura essent, hoc modo rei uenturæ medendum putasse: ut eum hominem qui flagellatus est, ad postes sepeliuerit extra cõditorium suum, se ab in conditorij quàm intimo recessu collocari filio mãdauerit. Mihi tamen non uidentur hæc ab initio Amasis fuisse mãdata, dẽ sua & alterius hominis sepultura, sed aliàs ab Aegyptijs adornata. Secundum hæc Cambyses constituit trifariam mouere bellum, aduersus Carthaginẽses, aduersus Ammonios, aduersus Aethiopes longæuos, qui Africam ad australe mare incolunt. Aduersus Carthaginẽses nauticis copijs, aduersus Ammonios peditatu, aduersus Aethiopes prius explosatores mittendos, per speciem dona ferendi illorum regi, spectatum illic mensam Solis, nunquid re uera esset: simulque res Aethiopicas exploratum. Solis mensa talis esse memoratur: Est in suburbanis pratum, omnium quadrupedum assa refertum carne, quam per noctem singuli ciuium magistratus properant ponere: ad eamque, ubi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc ipsa à terra reddi assiduè indigenæ aiunt. Et mensa quidem (quæ Solis uocatur) talis esse fertur. Cambyses autem ubi statuit speculatores dimittere, continuò ab urbe Elephantina accersit ex Ichthyophagis, id est, pisce nescientibus, maximè quaros Aethiopicæ linguæ. Dum isti uenirẽt, interea tu

Cambyſis expeditiones.

Aethiopes longæui.

Solis mensa.

Explorato res Cambyſis.

uales copias Carthaginem uersus nauigare iubet. Verùm hæc executuros se Phœnices negauerunt. Esse enim magno cum illis iureiurando se deuinctos. Præterea non facturos sanctè, si aduersus liberos suos militarent. Nam cæteri Phœnicibus irerecusantibus, ad pugnandum haud idonei erant. Ita Carthaginenses, quo minus in seruitutem Persarum redigerentur, euaserunt: quoniam Cãbyses haud æquum ducebat uim afferre Phœnicibus, qui seipsos Persis dediderant, ex quibus nauticus omnis constabat exercitus. Cyprij quoque, qui aduersus Aegyptum in militia erant, sese & ipsi dediderant. Cambyses, postquam ex urbe Elephantina aduenerunt Ichthyophagi, eos ad Aethiopes misit, iussos cùm ea dicere quæ oporteret, tum dona ferre amiculum purpureum, aureumq; torquem tortilem, & armillas ac unguenti alabastrũ, cadumq; uini Phœnicei. Aethiopes hi, ad quos misit Cambyses, feruntur esse maximi omnium hominum atq; pulcherrimi: diuersisq; uti à cæterorum hominum ritibus, cùm alijs, tum uerò hoc circa regnum, quòd quem è populatibus maximum pro magnitudine ualidum iudicant, hũc regem deligendum censent. Ad hos itaque uiros Ichthyophagi uenerunt, offerentesq; regi munera, ita locuti sunt: Cambyses Persarum rex cupiens amicus tibi fieri atq; hospes, nos misit, iubens ut in colloquiũ tuum ueniremus, tibiq; hæc dona daremus, quorum ipse usu maximè delectatur. Ad hos Aethiops gnarus ad speculandum uenisse, talia respondit: Neq; rex Persarum uos ideo cum donis misit, quòd magni faciat hospitium meum, neq; uos uera loquimini, quippe qui ad explorandum nostrum imperium uenistis: neq; iustus ille uir est. Si enim iustus foret, alienam regionem non affectaret, sed esset sua contentus, nec homines (à quibus nihil lacessitus est) in seruitutem redigeret. Ei hunc uos hunc arcum date, ita dicentes: Rex Aethio-

Cambysis dona ad regẽ Aethiopum.

Aethiopis rẽspõsum ad Cãbysem.

pum

pum regi Persarum consilium dat, quando Persæ tam facile trahent tanta magnitudine arcus, tunc aduersus longæuos Aethiopes cum maioribus copiis moueat bellum. Interim diis gratiam habeat, qui non inducunt in mentem filiis Aethiopum, ut præter suam uelint aliam comparare regionem. Hæc locutus, arcum laxauit, eisq; qui uenerant dedit. Tum sumpto purpureo amiculo rogauit, quidnam esset, & quomodo confectum. Et cum Ichthyophagi ueritatem de purpura, deq; tinctura dixissent: Dolosi, inquit, homines, dolosa sunt uestimenta. Secũdo loco de auro scisscitatus, de tortili mõnili atq; armillis, ornatum eius rei exponentibus Ichthyophagis, risit, atq; existimans uincula esse, inquit robustiora apud se uincula esse. Tertiò scisscitatus unguentum, cum illi de confectura, unguentiq; ratione dixissent, idem dixit quod de uestimento. Vbi ad uinum peruenit, eiusq; conficiendi rationem audiuit, maiorem in modum delectatus potu, percontatus est, quibusnam rebus uesceretur rex, & quod longissimum tempus à uiro Persa uiueretur. Isti dixerunt, uesci regem pane, exponentes tritici naturam: perfectissimumq; diu uiuendi spaciũ homini Persæ proponi octoginta annos. Ad hæc Aethiops nihil se mirari inquit, si stercore uescentes paucis uiuerent annis. Nam ne tot quidem annis uicturos, nisi hoc potui acceptum referrent. Affirmantibus Ichthyophagis ita esse de uino (hoc enim ipsos Persis subdidisse) interrogatus uicissim rex ab Ichthyophagis de uita & uictu, pleroscq; è suis ait ad centum uiginti annos peruenire, nonnullos etiam hoc ætatis transcendere: cibum eis esse carnem coctam, & potum lac. Et cum speculatores de numero annorum mirarentur, ad fontem quendam eius deduxit, in quo loti efficiuntur perinde atq; inuncti, uiolam olentes. Eam quam aiebant exploratores adeò inuali

Persarum uictus, uiuendiq; spacium.

Aethiopũ uictus uitaq; longissima.

Fontis mirum.

dam, ut in ea nihil innatare posset, ne lignum quidē, & quæ leuiora sunt ligno: sed omnia pessum ire in profundum. Hæc aqua si uere apud illos est, qualis commemoratur, ideo longæui existunt, quòd ea semper utuntur. Deinde à fonte rex istos ad carcerem deduxit, ubi uiri omnes aureis uinculis erant alligati. Est autem apud hos Aethiopes omnium rarissimum ac pretiosissimum æs. Inspecto carcere, exploratores inspexerunt & mensam quæ dicitur Solis. Post hanc ad extremum inspexere eorum sepulchra, quæ dicuntur è uitro esse constructa hunc in modum: Posteaquam mortuum siue Aegyptiorum, siue aliorum more arefecerunt, totum gypso inducunt: picturaq; exornantes repræsentant quoad potest effigiem eius. Deinde cippum ei è uitro, quod apud illos multum est, & facile effoditur, circūdant: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neq; foeditatis ullius exhibens, sed omnia ipsi illi mortuo similia habens. Hunc cippum maximè propinqui intra ædes annum tenent, offerentes ei omnium rerum primitias hostiasq;. Anno exacto efferunt, circaq; urbem statuunt. Omnibus exploratores inspectis reuersi sunt. Qui cum hæc renunciassent Cambysi, continuò ira percitus aduersus Aethiopes exiit in expeditionem: neq; rei frumentariæ apparatu indicto, neq; secum ipso ratione inita, quòd in extrema terrarum faceret expeditionem, ueluti uesanus, nec mēris compos, simul atque Ichthyophagos audiit, profectus est cum omni peditatu, Græcis qui aderant illic manere imperatis. Vbi ad Thebas est uentum, delegit de exercitu quinquaginta circiter millia, quibus præcepit ut Ammonios diriperent, deinde oraculum Iouis incenderent: ipse cum reliquis copiis aduersus Aethiopes contendit. Sed antequam quintam itineris partē cōfeciſſent, exercitū protinus eius cōmeatus omnis

Expeditio temeraria Cambysis, in Aethiopes.

Iouis Ammonij templum incensum.

(quem

(quem secum habebat) defecit: mox & iumenta ad uescendum defecerunt. Quibus rebus cognitis Cambyses si resipuisset, ac retroduxisset exercitum, in eo quod prius admiserat peccato, uir sapiens extitisset. Nunc nihil pensi habens, assiduè processit ulterius. Milites quandiu quod de terra sumerent habuerunt, herbis victitauerunt. At ubi ad sabulum peruenere, ibi nonnulli diram rem perpetrauerunt. Nam sorti ex seipsis decimum quenque comederunt. Id audiens Cambyses, ueritus suorum mutuam depastionem, intermissa aduersus Aethiopes expeditione, retro rediit, Thebasque peruenit, multis de exercitu amissis. Et cum è Thebis descendisset Memphim, Græcos missos fecit, ut illinc enauigarent. Et exercitus quidem aduersus Aethiopes ita gessit. Copiæ autem quæ aduersus Ammonios missæ erant, à Thebis profectæ, itineris duces sequebantur: ac uisi sunt donec ad urbem Oasim peruenerunt, quam incolunt Samii hi, qui feruntur è tribu Aeschrionia esse, septem dierum per arenas itinere distantem à Thebis, quæ regio uocatur beatorum insula. In hunc locum dicitur peruenisse exercitus. Deinceps quid de eo actum sit, præter Ammonios, & qui ab his audierunt, nulli alii quicquam habẽt dicere. Nam neq; ad Ammonios peruenerũt, neq; retro reuerterunt. Ab ipsis autem Ammoniis fertur: Cum illi ex urbe Dasi per arenam iter facerent, iamq; medio ferè spacio inter Dasim & Ammonios prãderẽt, ingruisse magnum ac ualidũ austrum, & ingestis arenæ cumulis eos obruisse: atque hunc in modum illos è conspectu sublatos. Ita actum esse de hoc exercitu Ammonii memorãt. Cãbyse Mẽphim regresso, Apis quẽ Græci uocãt Epaphon, apparuit. Aegyptii, simul atq; Apis extitit, uestimẽta quã pulcherrima ferre, & celebrando festo operã dare. Id tũc faciẽtes Aegyptios Cãbyses intuẽs, ratusq;

Mutua militum depastio.

Aeschriõnia tribus.

Milites arenis obruti.

Apis apparitio & figura.

ratusq; ob res à se malè gestas prorsus illos esse in his gaudiis, præpositos accersit Mẽphis: quos, ubi præsto fuerunt, interrogat, quid ira, cum antea se apud Memphim agente, nunquam aliquid tale fecissent, nunc id facerent, posteaquam ipse rediisset, parte coplarum amissa. Illi dicere: dum illis deus appareret (longo autem temporis interuallo apparere solitum) tunc omnes Aegyptios solẽnem celebrare lætitiam. Hæc ubi audiit Cambyses, mentiri eos respondit, ac tanquam mentientes morte mulctauit. His interemptis, iussit sacerdotes in conspectum uenire. Quibus eadem referentibus dixit: Si quis deus mansuetus ad Aegyptios ueniret, fortè ut se non latêret: Hactenus locutus, iussit sacerdotes adducere Apim. Illi ad eum adducendum perrexerũt. Est autem hic Apis idem & Epaphus è uacca genitus, quæ nullum iam alium potest concipere fœtum, quam Aegyptii aiunt fulgure ictam, concipere ex eo Apim. Habet hic uitulus qui appellatur Apis, hæc signa: Toto corpore est niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda pilos. Posteaquam Apim sacerdotes adduxere, Cambyses ueluti uecordior, educto mucrone cum uellet ferire uentrem, femur percussit; cachinnãsque ad sacerdotes inquit: O capita nequam, huiuscemodi dii existunt, sanguine atque carne præditi; & ferrum sentientes: dignus nimirum Aegyptiis hic deus, Nos certè ludibrio habuisse non uos iuuabit. Hæc locutus, imperauit his, quorum munus erat, ut sacerdotes quidem flagris cæderent, Aegyptios autem (ut quenq; feriarem adipiscerentur) occiderent. Ita festum solutum est: sacerdotes mulctati. Apis sauciatus femur, in templo iacens extabuit: quem è uulnere extinctum tumulauere sacerdotes, clam Cambyse. Ob hoc scelus (ut Aegyptii aiunt) continuò Cambyses insaniit,

Cambyses Apim uulnerat.

insaniit, cum ne prius quidem compos mentis fuisset, exorsus primum perpetrare facinus in Smerdim, ex eisdem sibi parentibus fratrem, quem ex Aegypto remiserat in Persas, liuore commotus, quòd solus ille Persarum arcum (quē Ichthyophagi ab Aethiope attulerant) ad duos digitos traheret: quod nemo alius è Persis poterat. Smerdi in Persidem profecto, hanc uidit in somnis Cambyses uisionem: Nuncius quidam è Persis ueniens, ei nunciare est uisus, Smerdim in regio sedentem solio cœlum contingere uertice. Ob id Cambyses sibi metuens, ne se necato à fratre occuparetur imperium, mittit in Persas ad illum interimendum Prexaspen, sibi ex omnibus Persis uirum fidelissimum. Hic ubi Susa conscendit, Smerdim necandum curauit (ut quidam aiunt) cum eum eduxisset uenatum: quidam inquiunt, cum ad mare rubrum perduxisset, ibi eum demersisse. Et hoc quidem initium scelerum Cambysis extitisse. Secundū autem scelus, sororis necationem, in Aegyptum eum secutæ: quæ ex eisdem parentibus erat soror, atq; eadem uxor: quam hūc in modum acceperat uxorem: Cum antehac Persæ sorores in matrimonium accipere nequaquam consueuissent, Cambyses unius sororum amore captus, cupidusq; deinde ducendi illam uxorem, quoniam rem insolitam facere cogitabat, accersit eos qui regii iudices nominantur. Fiunt autem delecti è Persis uiri, suntque perpetui, nisi delicti alicuius comperti fuerint. Hi apud Persas ius dicunt, & legum patriarum sunt interpretes, & ad eos omnia referuntur. Hos Cambyses percontatur, num qua lex sit, quæ sinat uolentem cum sorore contrahere matrimonium. Iudices & iustè & ingenuè respondentes, negant ullam se inuenire legem, quæ sinat fratri nubere sororem: quandam tamen inuenire legem, quo liceat regi Persarum facere quicquid libeat. Ita neque at-

Cambysis somnium. Prexaspes ab Iustino non appellatur, sed Comaris. Smerdis, quem alii Mergidē appellant. Cambysis parricidia

Regi Persarū licere quæ libet.

legem abrogarunt metu Cambysis: & ne legem tuentes ipsi perirent, aliam inuenerunt, adiutricem eius, qui sororem in matrimonium ducere uelit. Itaque Cambyses eam quam dixi duxit uxorem. Aliquantoque pòst & alteram. Harum iuniorem, quæ ipsum contra Aegyptum comitata est, interemit. Cuius mors, quemadmodum illa Smerdis, anceps refertur. Nam Græci quidem aiunt, dum Cambyses duos catulos, alterum leonis, alterum canis committit, hanc interfuisse spectaculo: & cum à leunculo catulus superaretur, alterum catulum huius canis fratrem, abrupto loro, superueniisse. Et cum duo essent, ita superiores leunculo extitisse. Et Cambyse dum id cernit, capiente uoluptatem, hanc ei assidentem illachrymasse. Ea re animaduersa, Cambysem interrogasse quidnam lachrymaretur? & mulierem dixisse, se uiso catulo suppetias fratri ferente, ideo flere, quòd subierit memoria Smerdis, cuius sciret neminem fore ultorem. Ob hoc dictum Græci illam à Cambyse fuisse interemptam memorant. Aegyptii uerò ob id, quòd cum ad mensam discumberetur, mulier lactucam sumpsit, eiusque deceptis foliis uirum interrogauit, utrum discerpta lactuca, an densa pulchrior foret: cum hic respondisset, Densa: hanc, inquit, lactucam aliquando imitatus es, qui Cyri domum denudasti. Ibi Cambysem indignatione percitum, insiliisse calcibus in prægnantem, eamque abortu edito decessisse. His rebus Cambyses in præcipuos domesticorum insaniebat, siue id propter Apim, siue aliunde: qualia multa in rebus humanis mala contingere consueuerunt. Etenim fertur Cambyses ab ipsis natalibus graui laborasse morbo, quem quidam sacrum nominant: ut haud ab re fuerit, cuius corpus magna ægritudine inualidum esset, eius ne

Cabyses sororem suam occidit.

mentem

mentem quidem sanam fuisse. Atque in alios quoque Persas insaniisse, ueluti in Prexaspem, quem praecipuo honore prosequebatur, & qui ad eum nuncios perferebat: & cuius filius Cambysi uina miscebat, qui honos & ipse non paruus est. Ad hunc fertur dixisse Cambyses: Quemnam uirum Persae me esse censent, aut qualem de me sermonem habent? Et iste ei respondisse: Here, caetera quidem omnia in te magnis laudibus ferunt, sed nimis te uino deditum aiunt esse. Haec Prexaspes de Persis respondit. Quibus ille indignatus: Siccine, inquit, Persae me aiunt uino deditum desipere, nec mentis esse compotem? Ergo in eo quod prius dixerunt, non uera fuere. Nam se- natum Persarum (cui intererat Croesus) aliquando interrogarat Cambyses, qualis ipse uideretur esse uir ad patrem Cyrum adaequandum. Et illi responderant, cum patre esse praestantiorem: qui & omnia illius haberet, & Aegypti ac maris accessionem adiecisset. Haec quidem Persae dixerunt. Sed Croesus, qui aderat, displicente ei quae dicebatur sententia, ad Cambysem inquit: Mihi tu quidem Cyro genite, non uideris adaequandus esse patri: quippe cui nondum est filius, qualem ille te reliquit. Hoc audito Cambyses delectatus, Croesi sententiam approbauit. Quorum nunc reminiscens, ad Prexaspem iratus inquit: Intellige nunc ipse per te, nunquid Persae uera dicant, an haec dicentes ipsi desipiant. Nam si filii tui, qui in uestibulo stat, medium cor non frustrato ictu percussero, constabit nihil esse quod Persae dicunt: sin aberrauero, constabit Persas uera loqui, & me esse intemperantem. Hoc locutus, intendit arcum, puerumque percussit. Atque eum collapsum iussit discindi, & inspici ictum. Cumque in corde sagitta esset inuenta, ob id laetabundus atque cachinnas, ad patre

Cambyses uinolentus.

Croesi sal- sum ad Cambysem dictum.

Crudelissa. Cambysis facinora.

pueri inquit: Prexaspes, facta tibi est fides, non me insanire, sed Persas. Verùm nunc mihi dicito, quem nam ex omnibus hominibus iam nosti ita ad destinatum emittere sagittas? Prexaspes hominem aduertens esse uesanum, & in ipsum quoque insanientem: Here, inquit, ego ne deum quidem arbitror tam probè percutere. Et tunc quidem hoc perpetrauit. Altero die, duodecim Persas primoribus pares, ob nullius momenti causam necauit, uiuos in caput defodiens. Hæc eum facientem Crœsus Lydus statuit his uerbis admonendum: Rex, cuncta noli ætati atque iræ indulgere: sed cohibe & compesce teipsum. Conducit tibi te prouidum esse: & sapientis est prospicere. Tu uerò uiros interficis tuos populares ob nullius momenti causam, interfois pueros, qualia si multa facies, considera ne abs te deficiant Persæ. Enimuero pater tuus Cyrus, etiam atque etiam mandans, mihi præcepit te commonefacerem, subijciendo quicquid boni comperirem. Hoc illi Crœsus beneuolentiam præse ferens consulebat. Ad quem Cambyses respondens: Etiam mihi tu, inquit, dare consilium audes, tanquam bene aut tuam ipsius patriam administraris, aut patri meo consulueris, iubens eum traiecto flumine Araxe tendere aduersus Massagetas, cum illi uellent transire in terram nostram. Imò & teipsum malè præsidentem patriæ tuæ, & Cyrum tibi credentem perdidisti: sed ob id nequaquam gauisurus, quia olim iam debebam captare in te occasionem: arcumque corripiebat tanquam hominem confixurus. At Crœsus cursu se foras proripuit. Hic ubi non habet in quem telum dirigat, mandat ministris ut illum comprehensum interimant. Ministri qui mores eius nossent, Crœsum abdiderunt hoc cõsilio, ut si Cambyses facti pœnitens requireret Crœsum, eo producto donis afficerentur quod illum seruassent: si non pœniteret,

Crœsus libera admonitio.

Crœsus à Cambyse furore seruatus.

nec

nec desideraret, tunc hominem interficerent. Nec ita multo pòst, cum Cambyses desideraret Crœsum, ministri hoc animaduertentes, enunciant ei hominem superesse. Cambyses se quidem, inquit, Crœso superstite gaudere: sed iis qui illum seruassent, ueniam nõ daturum, sed mortem allaturum, prout & fecit. Multa huiusmodi tam in Persas, quàm in socios, cum Mẽphi moratus est, Cambyses faciebat insania. Adeoque uetusta recludens sepulchra, mortuos inspiciebat. Etiam templum Vulcani adiit, & multo derisu simulacrum illius cauillatus est. Siquidem statua Vulcani similima est his diis, quos Pataicos uocant Phœnices, quos in triremium pro diis Phœnices circunferunt: quos qui non uidit, ego sic ei indicabo, esse illos Pigmei uiri imagine. In templum quoque Cabyrorum, inaccessum alteri quam sacerdoti, ingressus est: & quæ illic erant simulacra, multis in ea iocatus uerbis, concremauit. Sunt enim & hæc illis Vulcani similia, à quo se hi homines aiunt esse oriundos. Cùm multa igitur apud me documenta sunt, Cambysem uehementer insaniisse, tum uerò illud quòd alioqui non tentasset templa legesq; habere ludibrio. Nam si quis uniuersis hominibus præbeat facultatem optimas ex omnib. leges eligendi, profectò cunctas unusquisq; rimatus, suas eliget. Nõ igitur credibile est aliũ quàm demẽtem, talia lubribrio habere. At ita de suis quenq; legibus sentire, licet cùm aliis coniecturis colligere, tum maximè hac. Darius cum imperaret, Græcos percontatus est, quanta pecunia uellent defunctis parentibus uesci. Illis negantibus ulla se pecunia hoc esse facturos, Darius dehinc Græcis præsentibus, & quæ dicebantur per interpretem discentibus, interrogauit eos Indos qui Callatiæ nominãtur, qui uescũtur parentib, quantũ accipere pecuniarũ uellẽt, ut patres defunctos igne cõburerẽt. Indi uehemẽter recla-

Vulcani templũ & statua.

Pataici dij.

Legũ uis.

mántes, meliora illum ominari iubebãt. Atq; ita maiorib. cõparatũ est. Rectéq; mihi uidetur Pindarus fecisse, ut diceret morẽ omniũ esse regẽ. Cum Cãbyses in Aegyptũ cõtẽdit, Lacedæmonij quoq; intulere bellum Samo & Polycrati Aeacis filio, qui Samũ ui occupauerat, camq; inter initia trifariam partiturus erat cum fratribus, Pantagnoto & Syloſonte. Quorum deinde altero necato, altero qui erat iunior exacto, totam solus obtinebat, inito fœdere cũ Amasi rege Aegypti, cũ quo hoſpitium habebat, mittens munera, uicissimq; accipiens. Breuiq; statim tẽpore res eius adeò ꝓfecerunt, ut per Loniã cæteráq; Græciã celebrarentur. Quocũq; enim bellũ intulerat, cuncta ei prosperè cedebant, cũ haberet centũ biremes, mille sagittarios, inuadens omnes sine ullo cuiusquã discrimine: qđ diceret, se magis gratificari amico, si ei quæ abstulisset redderet, quã si prius nihil abstulisset. Multas itaq; hic insulas, multa etiã in continente oppida cepit. Lesbios enim cũ multis copijs opẽ Milesijs ferẽtes, nauali prælio uicit, cepitq;, qui omnẽ fossam mœnia Sami ambiẽtẽ uicti foderũt. Atq; res Polycratis ẽa topere secundas esse non latuit Amasim, cui hoc curæ erat. Sed cum assiduè forent multo secundiores, Amasis libellum Samũ misit, in hæc uerba scriptum:

Polycratis fortuna.

Amasis ad Polycratẽ literæ.

Amasis Polycrati ita inquit: Mihi quidem, feliciter agi cum uiro amico meo & hoſpite, audire uoluptati est: tamen tuæ magnæ prosperitates mihi non placent, qui intelligo quàm inuidum nomen sit. Quod ad me attinet, malim tum meas ipsius, tum eorũ qui mihi curæ sunt, res nunc prosperè ire, nũc offendere, & per uarias fortunæ uices æuũ traducere, quã in omnibus mihi ꝓsperè cedere. Tu itaq; mihi obtemperando, hoc aduersus prosperitates agito: Diſpice quid tibi sit, q plurimi facias, quodq; amissum tibi maximè doleret. Id ubi inueneris, ita abiicito, ut nunquam ad homines ueniat. Qđ si ꝓspera tua deinceps nõ uaria-

buntur,

bũtur, aduersis medeare tu tibi subindeco, modo quẽ tibi subiecci. Hęc cũ legisset Polycrates, & in animum tanquã bene sibi ab Amasi præcepta demississet, disquirebat, quodnam suorum ornamentorũ esset, quo amisso maxima ipse molestia afficeretur? Atq; hoc tãdẽ quæritando inuenit. Erat ei gẽma signatoria smaragdus, quã gestabat auro inclusam, opus Theodori Samii Telecle geniti. Hanc ubi abiiciendã, ita abiicere libuit. Biremẽ conscendit: eam dehinc uiros, quib. illã instruxerat, in pelagus educere iubet. Et postquam ab insula procul aberat, detractum sibi sigillum, cunctis quisunà nauigabãt inspectantibus, abiecit in pelagus. Hoc acto renauigauit. Reuerso domum, cum ex iactura afficeretur, quinto sextóue quàm hęc acta sunt die, hoc ei casu cucnit: Piscator quidã captũ à se piscem, grãdem sanè ac pulcrum, putauit dignum quo Polycratem donaret. Eum ad fores cum attulisset, dixit se in conspectum Polycratis ire uelle: à ianitore permissus, donans Polycrati piscem: Rex, inquit, hunc ego quem cepi piscem, etsi operis manuariis uitã tolero, tamẽ non iudicaui ferendum à me esse in forũ, sed te tuaq; potentia dignũ. Eũ itaq; affero tibi, donoq; . His uerbis ille delectatus, ita respondit: Tu uerò pbè nec facto solo, sed etiã oratione apd' me inisti gratiam. Ad cœnamq; te uocatũ uolo . Hæc magnificiẽs piscator, domum abiit. piscem ministri rescindentes, offendũt in eius aluo sigillum Polycratis. Quod ubi uiderunt, sumpserunt q;, ad Polycratẽ lętabũdi quàm celerrimè pertulerunt. Eoque illi reddito, referebant quo pacto fuisset inuentum. Polycrates, quemadmodum res diuinitus contigit, singula quæq; à se gesta retulit in libellum: & qua ratione quod amiserat, recepisset. Hæc ubi scripsit, in Aegyptũ misit . Quibus tabellis Amasis perlectis, quæ à Polycrate uenerant, intellexit non posse præstare hominem, ut alterum hominem fato impendenti

Polycrates gẽmã abiicit in mare.

Gẽma ad Polycratẽ refertur in pisce.

impendenti eripiat, utq; Polycrates bene iam moreretur, bonam fortunã semper expertus, qui ea quoq; reperiret quæ abiecisset. Misso itaq; Samum caduceatore, dixit se ius cum illo hospitii soluere. Quod ideo fecit, ne si in tristem aliquẽ grauemq; casum incidisset Polycrates, animi dolorem ueluti de hospite ipse contraheret. Aduersus hunc igitur Polycratem, in omnib. bene agentẽ, Lacedæmonii sumpsere expeditionẽ, accitis ab his Samiis, qui post hæc Sydoniã in Creta condiderunt. Polycrates, misso clãculum caduceatore ad Cambysem Cyri filium, aduersus Aegyptum copias comparantem, orauit ut nũciis ad se in Samũ missis, rogaret aliquid copiarum. Quod audiẽs Cambyses, libenter in Samum misit ad rogandas à Polycrate nauticas copias, quas secum ille mitteret in Aegyptum. Polycrates delectis quos maximè suspicabatur è popularib. suis ad rebellionem spectare, quadraginta triremes misit Cambysi, mandans ne retro eos dimitteret. Negant quidam Samios à Polycrate missos, in Aegyptum peruenisse: sed cum in Carpathio mari cursum tenerẽt, inter se collocutos, decreuisse ne porrò tenderent. Quidam aiunt peruenisse in Aegyptũ, ac retentos, inde fugam fecisse: & in Samum redeuntes, Polycratem cum classe occurrẽtem superasse, atq; in insulam exisse: sed pugna pedestri commissa, repulsos, ita Lacedæmonem nauigasse. Sunt qui dicant penes eosdem, ab Aegypto redeuntes aduersus Polycratem, extitisse uictoriam, non rectè dicentes, mea opinione. Neq; enim oportuisset illos asciscere Lacedæmonios, si per se ad resistendum Polycrati ualidi erãt. Præterea nec ratio dictat, ut cui permulti aderant, cũ auxiliarii mercede conducti, tum domestici sagittarii, is à Samiis redeũtibus numero paucis fuerit superatus, cum præsertim liberi ciuium atq; uxores sub Polycrate essent, quos iste inter naualia coactos tenebat,

Polycrates triremes mittit in Aegyptum.

bat, ideo paratos, ut si hi qui secum erant, cum redeũtibus aliis prodidissent, eos una cum ipsis naualibus cremaret. Postcaquam Samii, qui à Polycrate exacti erant, Spartam uenerunt, aggressi principes multa sanè (qualia supplices) commemorabant. Quibus illi primo cœtu responderunt, eorum quæ isti dixissent priorũ quidẽ oblitos esse se, posteriora uerò non intelligere. Secũdo deinde cõgressu nihil aliud isti dixerũt nisi allato panario, illud pane indigere. Quib. ijdẽ responderunt panario superfuturũ. Itaq; opem ferendã eis censuerũt. Atq; ubi rẽ apparauere, cum exercitu in Samum se contulere, referendæ gratiæ causa, ut Samii aiunt, quia illis aliquando Samii aduersus Messenios auxilio fuissent. Vt Lacedæmonii aiunt, non tam quia tutari deberent Samios, quàm ut eosdem ulciscerentur ob interuersum craterem, quem Cræso portabant, & ob thoracem ab Amasi rege Aegypti ipsis missum. Interceperant enim Samii priore quàm craterem anno, thoracem lineum quidem, sed frequentibus animalium figuris ex auro lanaq; uersicolore, à ligno intertextum, ob id admiratione dignum, quòd cum inscriptæ eius uenationes essent exiles, tamen singulæ in se habebant tricenas, ac sexagenas bestiolas, singulasque euidentes. Hoc mirum reddebat thoracem: qualis alter est, quem in Lindo Minerux idem Amasis dedicauit. Comparauerunt itaq; Lacedæmonii exercitum aduersus Samũ, ut Corinthios quoq; solicitarent. In quos etiam Samiorum extabat iniuria ætate quæ præcessit hanc expeditionem, circà idem tempus facta, quo crates interuersus est. Nam cum Periander Cypseli filius, Sardis ad Haliattem castrandos mitteret trecentos primorum Corcyræorũ liberos: Corinthiisq; qui illos ferebãt, Samum appulsi essẽt, audita Samii causa, cur Sardis pueri ducerẽtur, primũ edocuere pueros, ut puluinar Dianæ contingerent,

Spartanorum in Samum expeditio.

Periander pueros mittit castratum.

rent, deinde non sinentes abstrahi eosdem è puluina ri cùm prouiderent Corinthii, præbere illis alimẽta, ipsi diem solennẽ egerũt, quem nunc quoq; per id tẽpus celebrant. Cùm enim nox aduenit, quamdiu pueri precati fuerunt, tandiu exercent choros uirginũ atque adolescentium. Tunc autem choros exercentes, esculẽta fecerãt ex sesamo ac melle, quæ distribuenda ferrent: ut ea Corcyræorum filii rapientes, alimẽta haberent. Idq; eousq; factum est, dum Corinthii pueris (quos asseruabant) omissis abierunt. Ita Samii pueros Corcyram reduxerunt. Quòd si defuncto Periandro, Corinthiis cum Corcyræis amicitia extitisset, nõ ob hanc causam Corinthii aduersus Samios expeditionem sumpsissent. Nunc ab ipsa urbe Corcyrensi à se condita, Corinthii semper cum Corcyræis discordes mutuò fuere. Huius igitur rei memores Corinthii, exulcerato in Samios animo erant. Mittebat autem Periander ad castrandum Sardis primorum Corcyræorum delectos pueros, ulciscendi facinoris gratia, quod Corcyræi priores in eum admiserant. Nam posteaquam uxorem suam Melissam necauit Periander, accidit ut ad superiorem calamitatem hæc quoq; accederent: Erant ei ex Melissa liberi duo, unus decem & septem, & alter duodeuiginti natus annos. Hos auus maternus Procles Epidauri tyrannus, ad se accitos ea prosequebatur charitate, qua debebat nepotes ex filia. Quos ubi remittendos statuit, priusquam dimitteret: Scitis, inquit, pueri quisnam matrem uestram interemerit? Hoc dictum ei qui maior natu erat, nullius momẽti habitum est: at minori cui nomen erat Lycophroni, ita doluit, ut reuersus Corinthum, patrem neq; prior affatus sit, neq; affantem reaffari, ac ne interroganti quidem responsum reddere uoluerit. Eum Periander tandem sanè indignatus, è laribus eiecit. Quo ciecto, maiorem natu percontatur,

Periandri in Corcyreos inimicitiarum causa.

tur, quæuám cum eis auus esset collocutus. Ille narra re, ut se auus amantissimè accepisset: nõ tamen face re mentionem dicti illius, quod Procles in eis dimit tendis dixisset, quippe quod in mentem non admise rat. Periander dicere, nulla ratione fieri posse, quin ali quid illis ab auo sit suggestum: itaq; percontando in stare. Tunc adolescens in memoriã rediens, id quoq; dictum fuisse narrauit. Quod Periander in animum accipiens, tamen nolens aliquid filio cõcedere indul gentius, mittit ad eos, apud quos filius ab ipso expul sus degebat, prohibitum, ne adolescentem in domũ excipiant. Ille illinc eiectus, in alteram se domum cõ ferebat, sed ab hac quoq; abiiciebatur, Periandro his qui acceperant edicente, atq; ut arcerent imperante. Expulsus hic, ad quendam sodalium se contulit. Illi etsi formidantes tamen q; esset Periandri filius, homi nem excipiebant. Ad postremum Periander edictum proposuit, quisquis hunc in domum reciperet, aut al loqueretur, eum sacram pœnã Apollini debiturum, quantam ipse nuncupabat. Ad hoc edictum cum ne mo illũ in domũ reciperet, nemo affari uellet, ne ipse quidem putauit rem desperatã esse tentãdam: sed in ira porticus se tenens, assiduè uersabatur. Quem die quarta Periander illuuie & inedia enectũ cernens, mi sertus est, depositaq; ira propius accedens: Fili, inquit, rum est optabilius, istudné quod faciendo pateris, an patri obtemperando tyrannidem atq; opes accipe re, quas ego habeo? qui cùm sis & meus filius, & bea tæ Corinthi rex, præoptasti mendicam uitam, obsistẽ do atq; irascendo illi cui minimè debebas. Nã si quid calamitatis illinc accidit, unde suspicionem in me habes, id mihi accidit, eiusq; ego particeps eò magis sum, quòd ipse id perpetraui. Tu uerò edoctus quan to satius sit inuidiosum quàm miserabilem esse, & si mul quid sit in parentes & in meliores se irasci, abi domum.

Periandri in filiũ inimicitiæ.

domum. Periander quidem his uerbis filium castigà bat. Ille autem nihil patri respondit, nisi hunc sacram pœnam deo debere, quòd in ipsius colloquium uenisset. Ibi Periander animaduertens malum filii uehementius esse, quàm ut corrigi posset, ab oculis eum sibi amandandũ putauit, nauigio in Corcyram misso. Nam Coryræ quoq; imperitabat. Hoc amandato, bellum socero Procli intulit, tanquam præcipuo harum rerum autori. Expugnataque Epidauro, Proclem cepit, quem tamen uiuum seruauit. Interiecto deinde tempore cùm senuisset Periander, sibiq; esset conscius, non esse amplius parem ministrandis obeundisque rebus, mittit Corcyram accersitum Lycophronem ad tyrannidem administrandam. Nam in maiore filio non erat indoles, hebetiorq; esse ei uidebatur. Lycophron ne respõsione quidem dignatus est eum, qui sibi nunciũ afferebat. Periander in amorẽ adolescentis propensus, rursus ad eum misit sororem filiam suam, sperans fore ut ei per hãc præcipuè persuaderet. Hæc ubi uenit: Fili, inquit, mauis tyrannidem recidere in alios, & domum patris tui ad alienos dispergi, quàm tu ipse habere illuc recursus? Redi quæso ad penates, desine tibimet officere. Læua possessio est pertinacia, noli malum medicari malo. Multi mansuetiora iustioribus ꝓponũt. Multi materna sectãtes, paterna perdiderunt. Lubrica res est tyrannis, cuius multi sunt amatores. Pater senex est, prouectæq; ætatis. Tua ipsius bona ne aliis tradas. His illa uerbis ad inducendum appositis, fratrem alloquebatur, à patre edocta. Cui iste respondẽs, negat se iturum Corinthum, quo ad patrem superesse audiret. Hoc cum mulier renunciasset, tertiò Periãder caduceatorẽ mittit, qui dicat, se quidem in Corcyram uelle concedere, sed ut hinc Corinthum proficiscatur ad tyrãnidis successionem. Id approbante filio, Periander Corcyram ipse uenie-

bat;

bat, iuuenis Corinthum mittebatur. Hæc omnia edo-
cti Corcyræi, ne ad ipsorum regionem Periander acce
derer, adolescentem interimunt. Ob hæc igitur Perian
der de Corcyræis ultionem sumebat. Lacedæmonij
ingenti cũ classe ubi peruenere, Samũ obsederũt, suc-
cedentesq; muro, turrim mari imminentẽ iuxta sub-
urbana trãscenderũt. Sed mox cũ magna manu suppe
tias ipso ferente Polycrate, reiecti sunt. Quinectiã à su-
periore turri (quæ tergo mõtis prominebat) eruperunt
tũ auxiliarij, tum ipsorum Samiorũ permulti. Et cũ a-
liquantisper Lacedæmonios sustinuissent, retro fugã
fecerũt, insequentiq; ab hoste cædebantur. Quod si La
cedæmonij qui aderant, Archiæ & Lycopi similes exti-
tissent, eo die capta Samus fuisset. Siquidẽ Archias &
Lycopes soli cũ Samijs ad murũ refugientibus irrum
pentes, intercluſa ad redeundum uia, intra urbem Sa-
miorum occubuerũt. Equidem ipse cum alio Archia
Archiæ filio, eodemq; tertio ab hoc Archia, congressus
sum apud Piranem (huius enim tribus erat, quæ ex om
nibus hospitibus maximè Samios honorabat) qui di-
ceret sibi Samio nomen à patre fuisse inditum, quòd
eius pater Archias strenuè pugnans, Sami mortem op
petisset: seq; ideo Samijs honorem habere, quòd anus
fuisset à Samijs publicè affectus egregia sepultura. La-
cedæmonij quadraginta diebus in obsidendo absum-
ptis, cũ in suscepta re nihil admodũ proficerent, in Pe
loponnesum redierunt. Fertur Polycratẽ (ut rumor
quidã temerarius emanauit) magnum numerũ mone
tæ patriæ è plumbo percussisse, eamq; auro induxisse,
ac Lacedæmonijs dedisse: atq; ea accepta illos recessis
se. Hanc primã expeditionẽ Dores aduersus Asiam per
Lacedæmonios susceperunt. Samij qui Polycrati bel-
lũ intulerant, postea quam à Lacedæmonijs se relictum
iri uident, & ipsi transmiserunt in Siphnum, deficie-
bant enim pecuniæ. Vigebant ea tempestate Siphnio-

Lacedæmonij Samum obsident.

Siphniorũ opes.

rum res, eratq; hæc insularũ locupletissima: ut in qua auraria & argentaria metalla essent, unde tantum pecuniæ fiebat, ut ex decima eius parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuiq; par, Siphnijs pecuniam (quæ quotannis conficiebatur) distribuentibus. Qui ubi thesaurum contulerunt, nũ diu permanere possent ipsis præsentia bona, consuluêre oraculum. Eis ita Pythia respondit:

Oraculũ Siphnijs editum.

Cum tamen in Siphno fuerint Pritaneia cana,
Cana fori facies, tunc oĩr uafer adsit oportet,
Qui noter è ligno agmen, legatumq; rubentem.

Erant eo tempore Siphnijs Pritaneum forumq; Pario lapide exculta. Hoc oraculum Siphnij neq; tunc festatim, neq; post aduentum Samiorũ intelligere potuerunt. Nam Samij cum uelocissimè ad Siphnum appliquissent, miserunt ad urbem cũ legatis unam è nauib. Veteri instituto naues omnes erant rubrica delibutæ: atque hoc erat, quod Siphnijs Pythia prædixerat, ut observarent ligneum agmen, ac rubrũ legatũ. Nuncij igitur ubi peruenere, decem sibi talenta mutuari precabantur. Negantibus Siphnijs se mutuaturos, Samij eorum agros populabantur. Id audientes Siphnij, continuò occurrẽtes, commissa pugna fugati sunt: eorũq; multi ab urbe intercluſi, quos postea centum talentis recuperauêre. Ab Hermioneis quoq; Samij pecuniarũ loco insulam Thyream acceperunt, Peloponneso adiacentem, quam Trœzenijs commendauerunt, ipſi Cydoniã in Creta condiderunt: cũ illuc non ea de causa nauigassent, sed ut Zacynthios ex insula ſſmouerent. In hac urbe quinquennium degentes, ita rem bene gesserunt, ut templa quæ nunc in Cydonia uisuntur, ipſi fecerint, & Dictynnes præterea delubrum. Sexto eos anno Aeginetæ nauali prælio uictos cum Cretensibus diripuerunt, ac roſtratas naues mutilauerunt, eaq; rostra apud Mineruæ templũ in Aegina affixerunt. Hæc

Siphnij à Samijs uicti.

Aeginetæ

Aeginetę Samijs fecere infenſi, quòd illi antea ſub Amphicrate rege, bello Aeginetis illato, magnis cladibus illos affecciſſent, & inuicē affecti fuiſſent. Et hæc quidē fuit cauſa. Protraxi autem ſermonē de Samijs ob hoc magis, quòd tria ſunt apud eos opera Græcanicorum omnium maxima. Vnum montis in centum quinquaginta paſſus editi, à cuius imo foſſa incipiens ad contrarium os deducta eſt, longitudinis ſeptem ſtadiorum, celſitudinis aūt ac latitudinis octonūm pedū. Item per eam totam altera foſſa depreſſa eſt uiginti cubitorum, triplo maioris latitudinis, per quam deriuata à magno fontē aqua fiſtulis in urbē deducitur. Huius foſſę architectus extitit Megarenſis Eupalinus Nauſtrophi filius. Alterum è tribus operibus eſt agger circa portum in mari, ad uiginti paſſus altitudinis, duobus amplius ſtadijs longitudinis. Tertiū opus eſt templum omniū, quæ nos uidimus, ampliſſimū, cuius architectus primus extitit Rhœcus, Philei filius, illinc indigena. Horum operum gratia ſermonem aliquāto magis extendimus. Cambyſe Cyri circa Aegyptum immorante, ac deſipiente, duo Magi ijdemq; fratres conſpirauerūt. Quorum alterum Cambyſes reliquerat rei domeſticæ curatorem. Hic cognita Smerdis nece, quæ occultabatur, paucisq; Perſarū erat nota, pleriſq; cum uiuere arbitrantibus, rebellandum ſibi putauit, atque ita rem eſſe aggrediendam. Erat ei in regia Germanus, quē dixi unà coniuraſſe, corporis habitu quā ſimillimus Smerdi Cyri filio, quē Cambyſes fratrem ſuum interemerat, nec ſpecie tantum corporis Smerdi aſſimilis, ſed etiā cognomine. Hūc uirū Magus Patizithes inſtructū, quemadmodum ipſe illi omnia peracturus eſſet, in regium ſoliū perducit. Hoc acto, caducatores cùm alia in loca, tum in Aegyptum dimiſit ad exercitum, qui edicerent Smerdi, Cyri filio deinceps obedirent, non Cambyſi. Hinc caduceatores alij alibi edi-

Samiorū opera mirabilia

Patizithes magus in Cābyſem rebellat.

Falſus Smerdes

bi edixêre. Is quoque qui ad Aegyptum delegatus erat (inuenit autem Cambysem atq; exercitum in Ecbatanis Syriæ agentem) stans in medio, præcepta Magi exposuit. Hæc audiens Cãbyses, uera loqui caduceatorẽ ratus, seq; à Prexaspe esse proditum, quòd missus ad occidendũ Smerdem, rem non peregisset, intuens in eũ, Prexaspes, inquit, Itáne mihi tẽ executus es, q̃ tibi iniunxeram? Ad quem ille: Ista here, air, haud quaquam uera sunt, ut aut frater tuus aliquãdo rebellet in te, aut quippiam ex illo uiro certaminis existat magni exigsue. Quippe cũ ego sim executus quæ tu mihi imperasti, hominemq; meis ipsius humauerim manib. Quòd si defuncti rebellant, expecta ut etiam Astyages Medus in te rebellet. Sin autem ita habet, ut antea habebat, nihil tibi ex illo nouũ amplius germinabit. Igitur mitte mecum qui assectentur caduceatorem, qui percontando indagent, nunquid à quo Smerde rege nobis denunciatum uenit, eum audierit. Hæc loquentem Prexaspem Cambyses audiens, cum ei placuissent, cõfestim ad retrahendum caduceatorem misit. Eum ubi tedijt, Prexaspes his uerbis interrogauit: O homo, quãdoquidem re ais à Smerde Cyri filio uenire nuncium, dicto ueritatem, qua dicta, abito sospes. Verum Smerdis ipse in conspectum datus tibi ista mandauit, an quispiam eius ministrorum? Tum ille: Equidem, inquit, ego Smerdem Cyri filium, ex quo Cãbyses aduersus Aegyptum fecit expeditionem, nunquam conspexi, sed Magus quem Cambyses rerum suarum familiariam procuratorem constituit, is mihi ista mandauit, dicens Smerdem Cyri optare hæc apud uos dici. Hæc ille loquens, nihil admodum mendacitus est. Tũ Cambyses: Prexaspes, inquit, tu quidẽ quia ut uir bonus imperata fecisti, culpã effugisti. Verũ quisnã fuerit è Persis, qui contra me rebellauit, occupato Smerdis nomine? Ad quẽ Prexaspes: Ego, inquit, hoc quod

actum

ctum eſt, mihi uideor intelligere. Magi ſunt qui aduerſus te inſurrexerunt. Patizithes, quem tu rerum familiarium curatorem reliquiſti, & frater eius Smerdis. Ibi Cambyſem, cum Smerdis audiſſet nomen, percuſſit ueritas ſermonis ac ſomnij: per quod ei quidam uiſus fuerat nunciare Smerdem regio ſedentem ſolio, ad cælum uſque pertingẽte uertice. Agnoſcens itaque ſiue cauſa fratris interemptorem ſe fuiſſe, deflebat Smerdem. Quem ubi deflevit (ut erat omni clade afflictus) tũ equum inſilijt, habens in animo quã raptiſſimè Suſa uerſus exercitum ducere in Magum. Inſilienti in equum uagina gladij excidit, unde nudatus gladius perſtrinxit eius femur, in ea ſcilicet parte, in qua prius ipſe tanquam opportuna ad feriendum (ut ſibi uidebatur) percuſſerat Apim Ægyptiorum deum. Vulneratus Cambyſes, quodnam illi oppido nomen eſſet, interrogavit. Illi aiunt Ecbatana. Sed cum fuiſſet iam antea Cambyſi redditum ex urbe Buti oraculum, cum in Ecbaranis deceſſurum, ipſe interpretabatur ſe in Ecbaranis Mediæ, ubi res eius omnis erat, ſenem uita functurum: at oraculum in Ecbaranis Syriæ loquebatur. Tunc poſtquam ſciſcitatur, reſpuit, oppidi nomen audiens: tum Magi iniuria perculſus, tum pulnere uerbaq; oraculi expendens. Hoc in loco, inquit, fatale eſt Cambyſem Cyri decedere. Hactenus tunc locutus. Viceſimo dehinc die accitis Perſarum, qui aderant, præſtantiſſimis quibuſq;, ita inquit: Qđr maximè occultũ uolebã Perſæ, id cogor apud uos efferre. Ego enim cum apud Ægyptum agerem, inter quietem uiſum uidi, quod quidem minimè uiſum oportuit. Videbatur mihi nuncius quidã domo adueniens, nunciare Smerdẽ in regio ſedentẽ ſolio, cœlum capite cõtingere. Ex quo ueritus, ne à fratre exuerer principatu, properãtius q̃ prudentius feci. Neq; enim in hominis natura ſitum eſt auertere qđ euenturũ eſt. Itaq; de-

Cambyſes à ſeipſo caſu uulneratus.

Cambyſis morituri ad Perſas oratio.

metus ego Prexaspem Susa ad Smerdem interimendũ misi. Quo tanto scelere perpetrato securus degebam, nequaquam futurũ suspicans, ut Smerde sublato, aliud quispiã mortaliũ in me exurgeret. Unde prorsus euentu rerum frustratus, & parricida fratris incassum extiti, & nihilo minus regno exutus sum. Nã Smerdis Magus erat is, quem dæmon mihi per quietẽ demonstravit in me arma sumpturum. Hoc opus cum ego perpetrarim, iam uobis Smerdem Cyri non superesse existimetis, sed Magos uobis regnum occupasse: quorũ alterum rerum domesticarũ procuratorem reliquerã, uicem meã ulcisci, indigna à Magis passi, is immerita morte à proximis suis affectus est. Secũdo loco (q reliquũ est, Persæ) necessariũ quidem mihi demandare uobis, qd é uita exiens effici mihi cupio atq; opto, per regios deos obtestans cũ omnes uos, tum maximè Achæmenides qui adestis, ne per secordiã admittatis ut imperium rursus redeat ad Medos. Sed si dolo occupatum est, illud dolo surripiatis: sin ui præreptum, ui recuperetis. Hæc uobis facientibus, & tellus fructum proferat, uxoresq; & pecora pariant in omne tempus liberate fruentibus. Secus facientibus, contraria his quæ dixi, imprecor: & præterea unicuiq; Persarũ eum finẽ, qualis mihi contigit. Simul hæc locutus Cambyses, deflevit omnem suam conditionem. Persæ ut regem se lamentantem conspexêre, uniuersi tũ uestimenta rescindere, tum effuso ploratu uti. Posthæc ubi femoris os uiciatũ est, femurq; celerrimè contabuit, Cambysi uita erepta est Cyri filio, cũ regnasset septem omnino annos & menses quinq; nulla unq̃ prole suscepta utrili fœmineaue. Persis qui aderant magna effusa est incredulitas, rerum potiri Magos, interpretantibus potius Cambysem quæ de nece Smerdis dixisset, ea dixisse, ut illi omne nomen Persicum redderent hostile. Itaque pro

pro certo habebant Smerdem Cyri per rebellionem re gnare, utpote Prexaspe usq; pernegáte à se fuisse Smer dem interfectum. Neq; enim tutum ei erat post Cam byſis obitum fateri, ipſius manu filium Cyri interem ptũ. Magus defuncto Cãbyſe per ſimulationem Smer dis Cyri, qui ipſi fuerat cognominis, ſecurus regnauit menſes ſeptem, qui reliqui erant ad implendũ octauũ annum regni Cambyſis, per quos mẽſes omne genus liberalitatis in ſubditos munificentiçq; exhibuit, adeò ut eius defuncti magnũ ceperit deſideriũ omnes Aſi am incolentes, ipſis Perſis exceptis. Nã miſſis ad ſingu las, quibus imperabat, nationes edictis, Magus immu nitatem tributorum ac uacationem militiç in trien nium tribuit, atq; hoc quidem, ſtatim adeptus imperi um, edixit. Octauo autem menſe, quiſnam eſſet, com pertus eſt hunc in modum: Erat Otanes quidam Phar naſpis filius, ſed genere atq; opibus primo cuique Per ſarum par. Hic Otanes Magum non eſſe Smerdem Cy ri primus ſuſpicatus eſt, ſed eum qui erat, hac coniectu ra, quòd neq; ex arce progrediebatur, neq; Perſarum procerum quempiam ad conſpectum ſuum uocabat. Itaq; cum ſuſpicatus eſſe, hoc ſibi ſtatuit faciendum. Cum haberet filiam nomine Phædynam, quam Cam byſes tenuerat, cuiusq; tunc Magus contubernio ute batur, ut aliarum omnium Cambyſis uxorum: miſit ad eam quendam pater ſciſcitatum, quo cum homine cubaret, cum Smerde Cyri, an cum altero. Illa remiſſo nuncio, negauit ſe id ſcire, quippe quæ nec Smerdem Cyri uidiſſet unquam, nec cum cũ quo cubaret, noſ ſet quiſnam eſſet. Ad hæc rurſus mittit Otanes, in quiens: Si ipſa Smerdem Cyri non habes cognitum, ſaltem ſciſcitare ab Atoſſa, quo cum uiro tu atq; illa cubiretis. Non enim illa ſuum ipſius ignorat fratrem. Filia ad hoc reſpondit: Ne in Atoſſę quidem colloqui um uenire poſſe, aut ullam aliã cernere mulierem cũ

Patizites magus Perſarũ re gnũ ade ptus.

illo cubantium, Nanq; hic uir, quisquis est, cum primum adeptus est regnũ, nos dispersit, aliam alibi collocans. Audienti hæc Otani res est uisa manifestior. Itaq; tertio nunciũ ad eandẽ mittit in hæc uerba: Filia, decet te bonis ortam natalibus suscipere periculum, quod te subire pater hortatur. Si enim iste Smerdis Cyri non est, sed is quẽ ego suspicor, non debet neq; tuo frui cõtubernio, neq; quòd potentiã Persarũ obtinet, impunè lætari, sed pœnas luere. Nunc igitur agito: Cũ tecum cubabit, animadnertesq; soporatum, palpa eius auriculas, quas si habentem comperies, cum Smerde Cyri te cubare existima: sin minus, cum Smerde Mago. Ad hæc Phædyma respondet, se si id faciat, magnum adire discrimen, quoniam probè sciret, si ille careat auribus, & ipsa in palpando deprehendatur, fore ut ipsa ab illo trucidetur, tamẽ se id facturam. Et Phædyma quidem recipit se patri hoc esse perfecturam. Huic autem Smerdi Mago Cyrus, cum regnaret, aures præciderat, non exigua de causa. Ergo Phædyma hæc Otanis filia, quæcunque receperat patri, executa est. Nam ubi uices eius fuerunt adeundi Magum (etenim uxores Persarum per uices in orbem ad illos pergunt) adiens Magum una cubuit, eiusq; dum uehementer soporatus est, aures palpauit; quibus carere hominem non difficulter, sed facilè sanè deprehendit. Vbi illuxit celerrimè patrem certiorem rei gestæ facit. Iste sumptis Aspathinae & Gobrya Persarum primoribus, & ad fidem sibi seruandam accommodatissimis, rem omnẽ exponit, qui & ipsi sua sponte rem ita se habere suspicabantur. Eoq; uerba quæ Otanes attulerat, admiserunt: constituerunt; ut singuli sibi singulos in societatẽ deligerent è Persis, quibus maximè cõfiderent. Asciuit itaq; sibi Otanes Intraphernẽ, Gobryas Megabyzum, Aspathines Hydarnem. Hi cum sex forent, Darius à Persis (nam his pater eius Histaspes præerat) Susa aduenit.

Phædyma Magũ deprehendit. nõ esse Cyri filium.

aduenit. Qui cum aduenisset, placuit sex Persis hunc in societatem adsciscere, Qui cum septem essent, con gressi colloquutiq; fidem mutuo dederunt. Cumq; ad Darium ordo dicendæ sententiæ uenisset, ita apud ce teros uerba facit: Equidem mihi uidebar ego solus nos se Magum regnare, & Smerdem Cyri mortem opperis se: atq; ob id ipsum dedita opera huc me contuli, ad necem Mago cõparandam. Verùm quandoquidẽ cõti git ut uos quoq; rẽ sciatis, & non solũ ego, uiderur mihi confestim esse transigendum, neq; differendũ. Differre enim satius non est. Ad hæc Otanes: Fili, inquit, Hystapis, & patre egregio ortus es, & teipso nihilo iracundiorem esse patre tuo indolem præfers, noli tamen ita properare ad rem aggrediendam inconsulto, sed consideratius illam capesse: quam ita demum aggredi debemus, cũ plures fuerimus. Tum Darius: Viri, inquit, qui adest, si eo quem Otanes dixit, utemini modo, sciatis uos uterrimè perituros. Aliquis enim priuati lucri ratione habita, rem ad Magũ deferet. Et uos quidem debebatis potius per uosmet qui cœperatis ista ex equi: sed quoniam statuistis ad plures referendũ, & me adhibendum, aut hodie trãsigamus, aut scitote (si nobis hodiernus elabatur dies) non aliũ occupaturũ ut me apud Magum accuset, sed me ut uos accusem. Ad hæc Otanes, cum cerneret Darium esse properũ: Quoniam, inquit, nos maturare compellis, nec sinis differre, age expone nobis ipse, quonam pacto regiam introire possimus, & illos aggredi. Excubias nanq; depositas esse, ipse quoq; etsi non uisu, certè auditu nosti, quas qua ratiõe penetrabimus? Cui respõdens Darius: Multa sunt, inquit, Otanes, quæ nequeunt oratione declarari, sed facto. Alia, quæ ratione declarari possunt, sed inde nihil clari operis existit. Vos uerò nostis excubias quæ dispositæ sunt, haud quaquam difficiles esse ad penetrandum. Nam cũ nos tales simus, nemo nõ, quis-

Septẽ Persæ de occidendo Mago consultant.

quis ille sit, cedet nobis: partim ob reuerentiam, partim ob timorem: ad quod habeo prætextum accommodatissimum, cui innitamur: siquidem me dicam è Persis uenisse, ac uelle quædam à patre mandata regi nunciare. Vbi enim expedit mendaciũ dicere, dicatur. Nam idem optamus, quicq; mẽdacium dicimus, quicq; ueritatem. Quippe cum hi qui mentiuntur, tunc mẽtiantur, cũ persuadendo sunt quippiã lucri facturi. Et qui uerum dicunt, ideò dicunt, ut uerũ dicẽdo aliqd lucrum consequantur. Et alius huc, alius illuc magis propensus est. Ita non idem factitando, idem tamẽ obtinemus. Qđ si nihil lucri faciendũ esset, peræquè & uerax foret mendax, & mendax uerax. Quod ad iamitores attinet, si quis eorum libenter cedet nobis, utilius ei suo tempore erit. Si quis obuiam ire conabitur, ut est hostis, ita tunc pro hoste habeatur. Deinde ubi intrò irruperimus, rem transigamus. Post hæc Gobryas: Viri amici, inquit, nobis pulchrius erit recuperare imperium: aut si recuperare non poterimus, mortem opperire, quàm cũ timus Persę, uiro Medo parêre, & quidem aures non habenti. Cum præsertim quicunq; uestrûm Cambysi ægrotanti affuistis, memoria teneatis, quæ ille dum uita excederet, Persia imprecatus sit, niss imperium recuperare tentauerint: quæ nos tunc non admittebamus, inuidiosè dici à Cãbyse existimantes. Nunc igitur calculum pono in Darij sententiã: Neq; hunc cœtum dissoluendum censeo, sed statim aduersus Magum adeundum. Hæc dicta à Gobrya cæteri cõprobarunt. Interea dum ab istis cõsultatur, fortè hoc cõtigit, ut Magi inito inter se cõsilio, statuerent cõciliandum sibi amicũ Prexaspem, quòd indigna passus à Cãbyse esset, occiso eius filio ictu sagittæ, & solus mortẽ Smerdis Cyro geniti nosset, quẽ ipse suapte manu interemisset, quod præterea ob id apud Persas maxima flagrabat inuidia. His de causis accitum hominẽ sibi amicum

amicum cõparant: accipientes fidem ac iuſiurádum, fallaciam quæ ab ipſis in Perſas facta eſſet, intra ſe habiturum, neq; cuiquam mortalium patefacturũ, pollicitantes innumerabilia ſe ei daturos. Recipiente Prexaſpe facturum ſe, quæ Magi ſuaſerant, iterum illi dicere, in animo habere, omnes Perſas ſub murum arcis cõuocandi, ideoq; iubere hunc conſcenſa turri prædicare, à Smerde Cyri Perſis imperari, & ab alio nemine. Hæc illi præcipiebant, veluti homini ſummę apud Perſas autoritatis, & qui ſæpenumero aſſeueraſſet eum eſſe Smerdem Cyri, ac cædem à ſe factã pernegaſſet. Hæc quoq; Prexaſpe ſe paratum exequi dicente, Magi conuocatis Perſis, hominem in turri perdoctum iubent habere orationem. Prexaſpes ea quę ab iſtis oratus fuerat, ſponte obliuiſcitur: exorſuſq; ab Achæmene, ſeriẽ familiæ Cyri recenſet: & ubi tandem deuenit ad Cyrum, commemorauit illius in Perſas beneficia. His expoſitis, prompſit veritatem, cauſatus ideo ſe hactenus occultaſſe, quòd ſibi totum non fuiſſet proferre ré geſtam, ſed in præſentia neceſſitate coactum proferre: dixitq; ſe à Cambyſe adactum Smerdem Cyri occidiſſe, & Magos eſſe qui regnent. Multis quoq; uerbis Perſas denouit, niſi rurſus imperium recuperarent, ac Magos ulciſcerentur. Hæc locutus, ſeſe in caput à turri præcipitem dedit. Hunc in modum Prexaſpes, uir per omne tempus uitæ ſpectatus, occubuit. At ſeptem Perſæ ubi conſtituerunt aggredi protinus Magos, neque rem differre, deos comprecatum ierunt, ignari omnino eorum quæ circa Prexaſpẽ acta eſſent, ſed inter eundum in medio itineris audierunt: eoq; à uia ſecedentes, iterum collocati ſunt. Otaues differendũ negociũ, neq; turgentib. rebus aggrediendũ cenſebat: at Darius confeſtim eundũ, & quod decretũ eſſet perageudũ. His concertantib. apparuerunt ſeptẽ accipitrũ paria, inſectan-

Prexaſpes Magũ ad populũ indicat: deinde præcipitat.

infectantium duo paria uulturum, eoq; uellicātium atque infestantium. Quod intuentes septem Persę, sententiam Darij comprobarunt: & mox freti auibus, ad regiam cum fiducia perrexerunt. Vbi ad portas affuerunt, prout Darius senserat, ita euenit. Nam custodes reuersi Persarum primarios, nec aliquid huiusmodi suspicantes ex his fore, qui uenirent diuina cum pompa, ne interrogauerunt quidem. Vbi in aulam introgressi sunt, offendunt eunuchos, qui sunt à nunciis: & ab his qua gratia uenirent, interrogantur. Illi intercontandum ianitoribus minitabātur, quòd homines ingredi permisissent: atq; ulterius pergere uolentes eosdem prohibebant. Illi se mutuo cohortati, eductis gladijs, eos à quibus arcebantur, ibidem trucidant: ijdē quę cursu in conclaue contenduut: intra quod tunc fortè ambo Magi agebant, & de ijs quæ à Prexaspe erāt acta, consultabant. Qui cum nouissent tumultuantes eunuchos atque uociferātes, procurrerunt uterq;: & quod fiebat animaduertentes, ad utres cōuersi sunt; quorum unus occupat arcum, alter lanceam sumit. Atq; inde miscentur inuicem. Verùm arcus ei qui illum sumpserat, cum hostes iuxtà essent, nulli usui fuit. Alter sę lācea tuebatur, eoq; tum Aspathinis femur percussit, tum oculum Intaphernæ: oculoq; ex uulnere Intaphernes, non tamen & uita, priuatus est. Et hos quidem alter Magorum uulnerauit, alter uerò quādo arcus ei nulli usui erat, in thalamum qui erat cōclaui contiguus, se proripuit, fores occlusurus: sed illic duo de septē cum eo irrumpunt, Darius & Gobryas: cum esset implicitus cum Mago Darius, adhuc stans atque hærens, considerabat ne Gobryam feriret in tenebris. Eum cernens Gobryas ociosę stantem, interrogat, cur non uteretur manu. Respondenti Dario, dispicio ne te feriam: Tu uerò, inquit, uel per utrumq; exige gladium. Qui Dario obtemperans, pugionis ictu uibrato

Consultat ad magos occidēdos irrumpūt.

Magum

Magũ casu percussit. Interfectis Magis capita demunt, eaq; gestantes quinq; eorum, duobus reliquis, qui sanctij erãt, illic relictis, tum quòd inualidi essent, tũ arcis tuẽdæ causa, foras pcurrunt cũ uociferatiõe ac tumultu, cæterosq; Persas cõpellãdo rẽ gestam exponebãt, capita ostentantes: & simul quicunque Magorum ipsis occurrebat, mactabãt. Persæ cogito ab his quod actũ erat, ac dolo Magorum, & ipsi facienda sibi eadẽ censuerunt, eductis gladijs, ut quenq; reperiebãt Magũ, interficiebant: & nisi noctis interuẽtu cohibiti fuissent, neminem Magorũ reliquissent. Hunc diẽ Persæ maximè solennem publicè obseruant, & in eo ingens celebrant festum, uocantes id μαγοφονίαν, id est, Magorum cædẽ. Quo die nulli magorũ fas est prodire in lucem: sed cuncti se intrà domũ continent. Vbi resedit tumultus, diesq; quinq; excessere, hi qui Magos inuaserant, de omni rerũ statu cõsultabãt. Quorũ orationes etsi apud nonnullos Græcorum fide carent, tamen huiusmodi fuerunt. Otanes hortabatur rem Persicam in mediũ constitui, ita inquiens: Vnum è nobis principẽ fieri amplius mihi non uidetur: neq; id aut iucundũ esse, aut bonũ. Nam & quò licentiæ Cambyses processerit, uestis, & quò Magus. Quid igitur nobis opus est monarchia, quam sustulimus? in qua licet pro libidine agere omnia impune: quæ uirum etiam si optimum omnium fuerit, tamẽ cum in ea positus est, extra cõsuetos abijcit sensus: quippe cum præter inuidiã ab initio ingenitã homini, ingeneretur ex præsentibus bonis insolẽtia. Itaq; hæc duo mala habens, nimirũ omnẽ malitiã habet, tum per insolentiã, quòd expletus omnibus rebus est, tum per inuidiã multa facinora admittens. At enim uir tyrannus (ut qui omnia bona obtinet) debebas sine liuore esse. Verũ ita natura comparatũ est, ut is sit aduersarius popularibus suis. Siquidem corũ optimis quibusq; qui superstites sunt atq; uiuunt, inuidet,

Magorum rex.

Otanis oratio de abolẽda monarchia.

uidet, deterrimis delectatur: & quod indecẽtissimum est, criminationes admittere optimũ putat. Nam siue admireris eũ modestè, offenditur, quòd nõ effuse hoc facias: siue effuse facies, offenditur, quasi sibi assenseris. Et ut exequar dicendo quæ maxima sunt, iura patriæ labefactat, fœminis uim affert, indemnatos interimit. At cum dominatur multitudo, in primis nomen obtinet omnium pulcherrimum, isonomiam, id est, iuris æquabilitatem. Deinde nihil eorum agit quæ monarchus, hoc est, unicus princeps. Nam magistratus tum fortè deliguntur, tum administratorum rationẽ reddunt: omnia denique cõsilia in cõmune referuntur. Itaq; (ut meam dicam sententiã) censeo nobis monarchiæ, dejectoribus statum multitudinis esse optandũ. In multitudine quidem omnia insunt. Omnes quidẽ hanc sententiã dixit. Megabysus autem ad oligarchiam, id est, ad statum paucorum rem traducens, ad eam socios hortabatur his uerbis: Quæ Omnes dixit deabolenda tyrannide, ea sint pro dictis à me quoque: sed quatenus hortabatur summam deferri ad multitudinem, in hoc ab optima erravit sententia. Etenim populari multitudine nihil est neque insipientius neq; insolentius. Itaque eos qui tyranni sæuitiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere sæuitiam, nequaquã tolerandum est. Nam tyrannus si quid facit, intelligens facit: at plebi inest nihil intelligere. Quo enim pacto intelligat, qui neque edoctus est, neque honestũ nouit, ne domesticum quidem, qui ad res agendas sine consilio præceps ruit torrenti flumini similis? Itaq; si qui malè consulere Persis cupiunt, ij statu populari utantur. Nos uerò qui cœtum uirorum optimorum delegimus, ad hos deferamus. Nam inter eos & ipsi erimus, & ex optimis uiris credibile est optima existere consilia. Hanc Megabyzus sententiam dixit. Tertio loco suam Darius, inquiens: Quæ Megabyzus dixit,

Megabysi oratio pro oligarchia,

quatenus

quatenus ad ſtatum populárem pertinent, rectè mihi uidetur dicere: quatenus ad ſtatum paucorum, non rectè. Propoſitis enim tribus ſtatibus, & his omnibus optimis, ut optimè imperet populus, optimè pauci, optimè unus, inter hæc multò antecellere unius imperium ſentio. Nam unius uiri qui optimus ſit imperio, nihil melius eſſe conſtat. Quod qui ſentit, non immeritò ſtatum populárem miſſum faciat, ut taceam ſic præcipuè conſilia in aduerſarios trahi ſolere. Porrò in ſtatu paucorum, cum plures uirtuti incumbant in publicum, uchementiora priuatim odia excitari conſueuerunt. Cum enim quiſq; princeps eſſe optet, & in dicenda ſententia uincere, ad ingentia inter ſe odia euadunt. Ex quibus ſeditiones exiſtunt, è ſeditionibus cædes, è cædibus ad unius imperium deuenitur. Vnde intelligi datur, quanto ſit hoc illo præſtantius. Iam uerò plebe imperante, abeſſe non poteſt quin malitia exoriatur: exorta malitia in republica inter malos, non odia fiunt, ſed amicitiæ ualidę. qui enim aduerſus rem publicam facinoroſi ſunt, mutuò ſe occultant: idq; tãdiu fit, dum aliquis populo præpoſitus, tales homines compeſcat, is uidelicet, quem populus inter cęteros admiretur. Hic cum admiratione eſt, tunc uerè monarchus oſtenditur, declarans in hoc monarchiã eſſe omnium præſtantiſſimũ. Atq; ut in ſumma omnia colligam, unde nobis libertas extitit, & à quo data, à populóne, an ab oligarchia, an à monarcho? Ego ſentio, cũ ſitis per unum uirum liberati, uos debere talem rem complecti: ne alioqui leges patrias diſſoluatis bene conditas, quod nequaquam expedit. Hæ tres fuerunt dictæ ſententiæ, quarum ultimæ quatuor reliqui aſſẽ ſerunt. Otanes, qui iuris æquabilitatem facere Perſis ſtudebat, ubi ipſius ſententia reiecta eſt apud alios, ita in medium locutus eſt: Coniuratores, quoniam conſtat neceſſe eſſe unum aliquem è nobis regem fieri, ſine-

Darij oratio pro monarchia.

per

per sortem, siue permissu Persarum per multitudinis electionem, siue qua alia ratione: equidem ego uobis nõ refragor, quippe neq; præesse uolo, neq; subesse. Et hac lege cedo uobis ius meũ imperij, ut nulli uestrũ, aut ipse ego, aut nullus unquam meorum subsit. Ota ne hęc locuto, cæteri sex eius postulatis assenserunt. Ita hic alijs non refragatis, è medio abijt alijs sessum. Cæteris septem de iustissimo rege deligendo consultãtibus, uisum est, si ad aliquem ex ipsorum numero regnum perueniret, Otanẽ donari debere peculiariter, eiusq; deinceps posteros cùm omni alio magnificẽtiæ genere apud Persas honorificentissimo, tum Medica quotannis uestę. Quæ ideo decreuerunt eis donãda, q primus rem agitauerat, & ipsos in cœtum coẽgerat. Et hæc quidẽ peculiariter in Otanẽ decreuerunt. Illa uerò in cõmune, ut regiam introire unicuiq; è septem sinẽ internuncio liceret, nisi fortè cũ uxore cubaret rex, neue regi fas esset aliunde quàm è familia coniuratorum uxorẽ ducere. De regno autem hunc in modũ: Ut sub ortũ solis cõscensis equis, dũ in suburbanis uectarentur, cuius equus uocem primus ediderit, is regnũ Cãbysis obtineret. Erat. Dario quidã equiso, uir solers, nomine Oebares: ad quẽ Darius postquã è cœtu digressi sunt, ita inquit: Oebare, de regni negocio sic inter nos conuenit, ut sub ipsum ortum solis equis conscensis, cuius equus uocẽ primus ediderit, is regno potiatur. Quare si quid solertiæ habes, nunc cõminiscere, ut nos obtineamus hoc decus, & nemo alius. Ad eum respondens Oebares: Here, inquit, si in hoc uertatur, rex sis necne, huius rei causa confidere te iubeo, & bonũ habere animũ, ante te fore regem neminẽ. Eiusmodi habeo medicamenta. Si igitur inquit Darius, habes istiusmodi cõmentum, adest tempus cõminiscendi, nec differendi rẽ, utpote crastino die nobis futuro certamine. Hęc ut audiuit Oebares, ita sibi faciendum

De regis electione statuunt coniurati reg.

putauit:

putauit: Vbi nox aduenit, unam equarum quam equo Darij maximè adamabat, in suburbana adducit, ibiq; alligat. Tum equum Darij eôdem ducit: eumq; circumagens, identidem equæ admouet, ac tandem admittit. Postero die simulatq; illuxit, sex Persæ ex cõuento affuerunt equis assidentes. Et cum in suburbanis ultro citroq; uectarentur, ubi ad locum peruenerunt, ubi superiore nocte equa fuerat alligata, ibi Darii equus accurrẽs hinnitũ edidit: & hinnitu edito, protinus fulgur sereno cœlo tonitruq; extitit. Hæc cũ Dario tanquam ex composito accidissent, eum compotem uoti fecerunt. Nam cæteri ex equis desilientes, Darium adorauerunt. Sunt qui hoc dicant Oebarem fuisse machinatum, sunt qui aliud. Vtroq; enim modo refertur à Persis. Volunt nanque Oebarem attrectatis manu huius equæ genitalibus, ipsam manũ intra subligaculum tenuisse abdicam: & sub ipsum statim solis ortum, cum equi degressuri essent, eam naribus equi Dariani admouisse, equumq; ad odoris sensum infremuisse, atq; hinnisse. Darius itaq; Histaspis filius declaratus est rex: eiq; omnes Asiani audientes dicto fuerunt, præter Arabes, qui à Cyro, & rursus à Cambyse populos subigente, nunquam tamen in seruitutem redacti sunt, sed hospites extiterunt, qui Cãbysi in Aegyptum trãsitum præbuissent. Inuitis enim Arabibus Persæ Aegyptum inuadere non possunt. Darius matrimonia ex Persis auspicatus est, ductis duabus Cyri filiabus, Atossa, quæ Cambysi fratri, & rursus Mago nupserat, & Artystona uirgine. Præterea altera Smerdis Cyri filia, nomine Parmis. Nec non filiam Otanis duxit, quæ Magum prodidit. Idem uiribus omni ex parte stabilitis, ante omnia simulacrum è lapide factum statuit hominis equo insidentis, inscriptis in hæc uerba literis: DARIVS HYSTASPIS, P

Darius rex creatur.

STASPIS, TVM EQVI VIRTVTE, cuius nomẽ legebatur. TVM OEBARIS EQVISONIS PERSARVM REGNVM ADEPTVS.

Darius regni res cõstituit.

His apud Persas actis, viginti pincias (quas ipsi satrapias vocant) constituit: earumq; singulis præsides præfecit: taxato qd penderetur tributo per nationes, aliis finitimis transcribẽs, aliis transferens, aliis remotiores gentes attribuens, distributo pincijs hunc in modum tributo, quod exigebatur cum hoc edicto, ut qui argentum, hi Babylonici talenti pondere: qui aurum, hi Euboico pondere afferrent. Valet autem Babylonicum talentum septuaginta minas Euboicas. Etenim sub Cyro, atque deinde sub Cambyse, nihildum fuerat circa tributa institutum, sed munera afferebantur. Ob hanc tributi ordinationem & alia huiusmodi, Perse aiunt Darium fuisse institorem, Cambysem autem dominum, Cyrum verò patrem: quoniam Darius res omnes quæstui habebat, Cambyses asper erat ac morosus, Cyrus mitem agens, & omni ratione de illis bene mereri studens. Ab Ionibus igitur & Magnetis, qui in Asia incolunt, & Aeolibus & Caribus & Lyciis & Melyensibus & Pamphylijs (unum enim erat, idemq; impositum his tributum) pendebantur quadringenta argenti talenta: Hæc erat ab eo prima portio instituta. A Mysis & Lydis & Alysoniis & Cabaliis & Hygennensibus quingenta talenta: Secunda portio hæc erat. Ab Hellespontijs, qui ad dexteram illuc nauigantium siti sunt, & Phrygibus, & Thracibus, qui Asiam incolunt, & à Paphlagonibus, & Mariandenis, & Syris, trecenta & sexagena talenta: Hæc erat tertia portio. A Cilicibus equi albi trecẽni sexageni, in dies singulos singuli, necnon talenta argenti quingenta: quorum centum & quadraginta erogabantur in eam Ciliciæ regionem, quæ equos produce-

producebat: trecenta autem & sexaginta ad Darium ibant: Hæc quarta portio. Ab urbe Posideo, quam coloniam Amphilochus Amphiarai filius deduxit in finibus Cilicum ac Syriorum, ab hac ad Aegyptũ usq; præter Arabum partem (hæc enim erat immunis) trecenta & quinquaginta erat tributum: Quinta portio hæc. Cui annumeratur omnis Phœnicia, & Syria, quæ dicitur Palæstina, & Cyprus. Ab Aegypto & Aphris Aegypto conterminis, & Cyrena, & Barca (in portione nanq; Aegypti hæ ordinantur) sepringenta proueniebant talenta, præter pecuniam è piscario puĉtu lacus Mœrios. Excepta hac pecunia, & certo frumenti numero, septingenta talẽta obueniebãt. Nam centum uiginti millib. Persarũ, qui in albo muro Mẽphitico stationẽ habẽt, & eorum auxiliariis admetiũtur illi frumentũ: Sexta portio hæc. Satragydæ, & Gandarii & Dadicæ, & Apparytæ, in idem constituti, centum & septuaginta talenta pendebãt: Septima portio hæc. A Susis & cætera Cissiorum regione, trecenta: Octaua hæc portio. A Babylone uerò cæteraq; Assyria, mille talenta argenti proueniebant, & præterea pueri castrati quingenti: Nona portio hæc. Ab Ecbatanis, & ab reliqua regione Medica, & Parycanis, & Orthocorybantibus, quadringenta & quinquaginta talenta: Decima portio hæc. Caspii, & Pausicæ, & Panthimati, & Daritæ, simul conferentes ducenta talenta afferebant: Vndecima hæc portio. A Bactrianis ad Aegios usque, trecentorum & sexaginta erat tributum Portio duodecima hęc. A Pactyica, & Armeniis, eorumque conterminis, Euxino tenus ponto talenta quadringenta: Tertiadecima portio hæc. A Sagariis, & Sarangibus, & Thamanæis, & Vriis, & Mecis, & his qui rubri maris insulas incolunt, ubi rex eos, qui relegati uocantur, collocat: ab his

omnibus sexcentorum talentorum proueniebat tributum: Quartadecima portio hæc. Sacæ & Caspij, ducenta & quinquaginta talenta afferebãt: Quintadecima portio hæc. Parthi Chorasmijq́, & Sogdi, & Arii, trecenta talenta: Sextadecima portio hæc. Paricanij, & q ex Asia sunt Aethiopes, quadringẽta talẽta: Decimasepti ma portio hæc. Mãticis, & Saspirib. & Alarodijs ducẽta talẽta fiũt: Duodeuicesima portio hæc. Moschis, & Tybarenis & Macronib. & Mosynœcis, & Mardis, trecenta talẽta iunperata sunt: Vndeuicesima hæc portio. Indi, ut sunt multitudine multo numerosissimi inter omnes quos nouimus mortales, ita tributũ super cæteros omnes afferebãt trecẽta sexaginta talenta aurcorũ ramẽtorũ: Vicesima portio hæc. Qd si Babylonica pecunia ad põdus Euboicũ redigatur, sunt nouies mille quingẽta & quadraginta talẽta argenti. Aurum uerò si tredecies tanto ramentorũ taxetur, in summa reperietur ad rationẽ Euboicã esse sex millia talentorũ, sexcentaq́ & octoginta. Quib. in unũ contractis ad Euboicũ computũ, exigebãtur in summam annui tributi à Dario, talẽtorũ quatuordecim millia quingẽta & sexaginta. Minorẽ his summã omittendã mihi, nõ referẽdã puto. Hoc tributũ Dario ex Asia obueniebat, & aliquantulũ ex Africa, pcedẽte tẽpore: & ab insulis obuenit aliud tributũ: & ab his q Europã Thessalia teneq́ incolũt. Id tributũ rex hũc inmodũ thesaurizat, hoc est, reponit: liquefactũ aurũ argẽtũq́ in fictiles fidelias infũdit. Expletas mox fidelias subinde frangi: ex coq́ auro argẽtoue quoties pecũia indiget, tãtũ cõcidit, quãtũ usus postulat. Atq́ hæc qdẽ quinquiç erãt, ac tributorũ taxatiões. Sola aũt Persis ideo inter tributarias à me prætermissa est, q eã minimè Persæ colũt. Isti tamẽ ad ferẽdũ ullũ tributũ nõ adigebãtur, sed munera portabant. Aethiopes Aegypto cõterminì

Tributum quo modo Persarum rex reponat.

mini, quos Cãbyſes in expeditione cõtra macrobios Aethiopes ſumpta ſubegit, qui ſacrã Niſam incolunt, & Baccho dies feſtos agunt: ibi Aethiopes eorumq; finitimi, eodẽ quò Indi Calandiæ ſeminæ utuntur, ſubterraneasq; obtinent domos: horũ utriq; tertio quoq; anno munera portabant: portãtq; ad meã uſq; memoriam binos ſemodios auri rudis, & ducenos faſces ebeni, & quinos Aethiopes pueros, & uicenos grandes elephantorũ dentes. Colchi quoq; inter dona ferentes repoſiti erant, eorũq; finitimi ad montẽ uſq; Caucaſum. Ad hunc enim montẽ imperitatur à Perſis. Nam qui ad aquilonẽ Caucaſi habitant, eorũ iã nulli Perſas curant. Hi igitur dona ſibi imperata, etiã ad meam uſq; ætatẽ, quinto quoq; anno afferebãt, cẽtenos pueros, totidẽq; uirgines. Afferebãt & Arabes mille quotannis talẽta thuris. Hęc illi dona, præter tributũ, regi portabant. Sed id aurũ tã multũ, Indi, unde ramenta (quæ dixi) regi afferunt, hac ratione cõparant. Indicę regionis id, q ad ſolẽ uergit, fabuloſum eſt. Nam Indi, duntaxat eorũ quos ſcimus, die quib. aliquid p certo narratur, primi ſunt hominũ, qui in Aſia ad auroram & ſolis ortũ habitant. Indorũ enim tractus, qui auroram ſpectat, ppter arenã uaſtus eſt. Eorũ aũt complures ſunt gẽtes, atq; ea lingua inter ſe diſſonæ: quarũ aliæ ſunt deditæ rei pecuariæ, aliæ non. Item aliæ in paluſtribus fluminis habitant crudis uictitantes piſcibus, quos agreſti, arundineis nauigijs exceptant. Singula aũt nauigia è ſingulis arũdinis internodijs fiũt. Iſti ex Indis ferũt ueſtem è regete: quam ubi è flumine meſſuerunt inciderunt q, plectentes in modum ſtoreæ, tanquam thoracem ſibi induunt. His finitimi auroram uerſus ſunt. Indi pecuarij, carnibus crudis ueſcentes, nomine Padæi, qui talibus uti moribus narrantur: Quoties ciuium aliquis aliquãue ægrotat, uirum

Indiæ ſitus & mores.

Indorum mores.

ruin quidem sui maximè familiares interimũt: quòd dicant illum morbo tabescentem, carnes ipsis corrupturum. Et licet se neget ille ægrotare, nihilominus illi non ignoscentes necant cum, epulanturque. Mulieri uerò suæ maximè necessariæ, idem q uiri uiro facto pascuntur. Ideoq; cùm hac de causa, tum quia omnes qui in morbum incidunt, necantur, non multi sanè eorum ad senectutem perueniunt. Est aliorum Indorum hæc diuersa consuetudo, ut nullam animantem interimant, utq; nihil serant, nec domos parandas existiment, atq; herba uiditent. Est eis semẽ quoddam milij instar, sua sponte nascens è terra, suo in calice: quod cum ipso calice lectum coquunt, eduntq;.

Laudatum a ceruis accipiuntur.

Coitus in propatulo

Quorum quisquis in morbum incidit, is in locum desertum pergit, ibiq; decumbit, eius uel discumbentis uel defuncti curam gerente nemine. Horum omnium quos recẽsui, Indorum coitus in propatulo est sicut pecorum. Color similis ac proximus Aethiopico. Genitura quã in mulieres emittunt, non alba quẽadmodum cæterorum hominum, sed atra, ut color corporis: qualem Aethiopes quoq; emittunt. Hi Indi longius à Persis absunt, & uento austro subiecti: eoq; Dario neutiquam obtemperabant. Cæteri Indi Caspatyro urbi & Pactycæ regioni contermini sunt, ad uentum aquilonem habitantes. Ex omnibus Indis ii qui proximã Bactrianis uitam degũt, pugnacissimi sunt, & qui ad austrum præcipuè mittunt. Circa hãc enim plagam uasta sunt ppter arenam loca. In qua solitudine arenosa formicæ gignuntur, canum quidem magnitudine minores, uulpiũ uerò maiores. Earum nõnullæ & apud eos & apud regem Persarum uisuntur, hinc uenatu captæ. Hæ formicæ in faciendis sub terra domiciliis egerunt arenam, ut apud Græcos formicæ,

Genitura Indorum atra.

Formicæ Indicæ.

micę atque eodem modo, ipsa specie corporis similima. Ea autem quæ egeritur arena, auracea est: pro qua in desertum mittentes Indi, ternos singuli camelos iungunt: mares à lateribus, quos frenatos trahunt, fœminam in media, in quam ipsi ascendunt: data opera, ut à recentissimis fœtibus abstractas iungant. Etenim apud eos cameli cùm nihilo sunt minori pernicitate quàm equi, tum uerò ad ferenda onera multo ualentiores. Qualem habet camelus speciem, Græcis utpote scientibus, non puto scribendum: sed quod eius animalis nescitur, eloquar. Camelus in posterioribus cruribus gerit quatuor femora, & totidem genua, & uerenrum inter posteriora crura caudam uersus spectans. Hunc in modum iunctis camelis, Indi ad aurum legendum tendunt: ut cum feruentissimus erit æstus, sint in rapina. Siquidem præ æstu formicæ sub terra se occultas tenent. Est autem illis hominibus sol ardentissimus matutino, non quemadmodum aliis meridie, eousque efferuescens, dum tempus est à foro discedendi, per quod spatium multo magis urit quàm meridianus in Græcia: adeò ut dicantur illi tum in aqua se abluere. Meridies ferè Indos urit peræquè atq; alios homines: declinante meridie, talis est illic sol, qualis alibi matutinus. Ac deinceps magis ac magis frigescens, dum ad occasum peruenit: quo tempore præcipuè friget. Vbi ad locum Indi peruenere, culleis (quos attulere) arena completis, raptissimè retro se recipiunt. Quos protinus formicæ (ut à Persis fertur) olfactu perceptos insequuntur tanta pernicitate, quanta in alio est nullo: ita ut nisi uiam, ad quam formicæ congreganrur, anticipent Indi, nemo sit ipsorum inde euasurus. Ideoque camelos mares, quòd impares fœminis sunt in currẽdo, ne trahãtur, dissoluũt:

Camelli forma.

Arena aurea. quibus modis diripiatur.

sed non utrunque pariter. Fœmina uerò pulli (quem reliquit) memor, nihil sibi remittit. Hac ratione Indi maiorem auri partem nanciscuntur, ut Persæ memorant. Nam quod effoditur in eadem regione aurum, rarius est. Et sanè pulcherrimas quodammodo res extrema orbis habitati pars sortita est, quemadmodum Græcia (quod præstantissimum iudicatur) pulcherrimas regiones. Nam, ut paulo antè dixi, ultima plagarum, quæ ad orientem uergentes habitantur, Indica est: in qua & animantes tam quadrupedes, quàm uolucres, multo sunt grandiores, quàm cæteris in locis, præterquam equi (nam ab equis Medicis uincuntur qui Nisæi uocãtur,) & infinita uis auri, partim effossi, partim per flumina deuecti, partim (ut indicaui) surrepti. Præterea agrestes arbores pro fructu lanam ferentes, ouillæ tum pulchritudine tum bonitate præcellentem, qua in uestiarium Indi utuntur. Ad meridiem ultima è regionibus, quæ habitantur, Arabia est: in qua sola omnium nascuntur thus, myrrha, cassia, cinnamomum, & ledanum. Cuncta hæc facilia ad nanciscendum, præter myrrham. Nam thus Arabes storace suffientes, legunt ea, quam Phœnices ad Græcos exportant. Hac suffitum thus capiunt. Etenim thuriferas arbores obseruant colubri subalati, exiguo corpore, discolori specie, permagno numero circa singulas arbores, ijdem uidelicet qui aduersus Aegyptum facto exercitu tendunt. Nec ullo alio ab arboribus, quàm storacis fumo submouentur, uniuersam terram oppleturi (ut Arabes aiunt) nisi ut ijdem narrabant, simile quiddã istis contingeret ei, quod nouimus contingere uiperis, idque (ut credere debemus) solerti diuinitatis prudentia. Nam quæ & timido animo sunt & esculenta, ea omnia fœcundiora fecit, ne assiduo esu deperirent: contrà, quæ fe-

Lana arborea.

Storax.

Naturæ solertia. Leporis fœcunditas Lege Plin. lib. 8. cap. 55.

ua &

pa & maligna sunt, ea voluit parum esse fœtuosa. Unde fit, ut lepus, quem omnia venantur, fera, ales, homo, tam ferax sit: sola quæ ex omnibus bestijs cum grauida est, etiam impleatur, & alium fœtum in utero gestans pilis uestitum, alium nudum, alium tantum non formatum, alium concipiat. Et lepus quidem talis est. At lœna ualidissimum ferocissimumque animal, semel in uita unum parit. Nam una cum fœtu uterum emittit. Cuius rei causa est hæc: quòd catulus leoninus, ubi moueri in utero incipit, cum habeat ungues longè acutissimos ex omnibus feris, uterum lacerat, augescensque magis ac magis, ungues inprimendo exhulcerat: ita ut ad postremum, dum partus adest, nihil uteri reliquebatur incolume. Quare si uiperæ & alati Arabiæ serpentes ita gignerentur, ut ipsorum natura fert, non esset hominibus uiuendi facultas. Nunc autem cum libidine agitantur, & per paria coëunt, fœmina collum maris in emittenda genitura comprehendit, forbensque non prius dimittit, quàm deuorauerit. Et mas quidem hoc modo perit. Fœmina uerò talem luit masculo pœnam: quòd filij dum adhuc intra uterum sunt, patrem ulciscentes, matricem ambedunt: eiusque aluo ambesa, ita partum faciunt. Cæteri serpentes qui non sunt hominibus pernicioſi, oua pariunt, & magnam uim fœtuum excludunt. Atque uiperæ per uniuersum orbem terrarum uisuntur, alati uerò serpentes nusquam alibi, nisi in Arabia, aut certè non adeò frequentes. Hunc in modum Arabes thus comparant. Casiam autem sic: Postquam sibi cùm cæterum corpus, tum faciem præter oculos obligauerunt corijs alijsque pellibus, ad casiam pergunt. Ea nascitur in palude non alta, circa quam & in qua degunt feræ alatæ, uespertilionibus similimæ, stridore di-

Vide Gell. lib. 13. cap. 7. & Arist. 6. ani.

Viperæ coitus pæ tus.

Serpentes alati.

Casiæ collectio.

Cinnamomi collectio.

re diro, & uiribus præualentibus, quas ab oculis arcentes Arabes, sic cassiam metunt. Cinnamomum etiam quàm superiora mirabilius legunt. Nam aut quo modo, aut qua in terra gignatur, illud nequeunt dicere: nisi quod probabili ratione utuntur, quòd quidam uolucrid gigni in his regionibus, ubi Bacchus educatus est: & ipsas cinnamomi festucas afferri à grandibus quibusdam alitibus ad nidos è luto constructos in præruptis montium, & homini inaccessis. Contra quas hoc Arabes excogitauerunt: Bouum asinorumque defectorum, & aliorum iumentorum membra minutatim concisa, in ea loca portant: & ubi iuxta nidos posuere, procul abscedunt. Ad hæc frusta delapsæ uolucres, ad nidos suos carnem comportant: cui sustinendæ impares nidi, ad terram discissi labuntur. Tunc Arabes ad eos colligendos accedunt. Hac ratione cinnamomum ab illis legitur, & illinc in alias regiones dimittitur. At ledanum, quod Arabes ladanum uocant, etiam cinnamomo mirabilius comparatur. Quippe quod in graueolentissimo loco nascens, tamen fragrantissimè olet. In barbis hircorum inuenitur innatum, ueluti mucor ligni, cùm ad conficienda multifaria unguenta utile, tum præcipuè ad suffitionem qua Arabes utuntur. Hactenus de thymiamatis dictum sit. Redolet Arabica regio mirificè iucundo quodam odore. Sunt que in ea ouium duo genera admiratione digna, quæ nusquam alibi uisuntur, quorum unum caudas habet tã lõgas, ut nõ sint trib. breuiores cubitis, si quis trahi sinat, hulcera contracturas, dum per terram atteruuntur. Nunc unusquisque pastorum hactenus est doctus arte fabrili, ut plostella faciant, quæ singulorum ouium caudis subligent, superque plostella caudas

Hæc tanquã fabulosa cõfutat Plin.

Oues Arabicæ.

das ipſas alligent. Alterum genus ad cubitalem lati- Aethiopia
tudinem caudas gerit. Huic, qua parte meridies ad
ſolem occidentem uergit, contermina eſt Aethiopia
terrarum habitatarum ultima. Hæc & auri multum
fert, & uaſtos elephantes, prominentibus utrinq; den
tibus: & cùm agreſtes omnes arbores, tum uerò ebe-
num, necnon uiros maximos pulcherrimosq;, & æui
longiſſimi. Atq; hæc quidem extrema ſunt Aſiæ Afri- Europæ
cæq;. De extremis autem Europæ, quod pro comperto extrema.
referam, non habeo. Neque enim aſſentior fluuium
quendam eſſe, Eridanum à barbaris uocitatum, qui
ſubeat mare ad Septentrionem ſpectans, unde ele-
ctrum uenire narratur. Nè Caſſiteridas quidem noui
inſulas, hoc eſt, ſtannarias, unde ad nos uenit ſtan-
num. Quam rem uel ipſum coarguit nomen Erida-
nus, quod Græcum eſt, non barbarum, ab aliquo poë
tarum fictum. Sed etſi hoc ſtudioſe quæſiuerim, à ne-
mine qui ipſe uiderit, accipere potui, quomodo ſe ha Eridanus.
beat mare ad illã Europæ partẽ. Ab extremis itaq; ad
nos uenit ſtannum electrumq;. Cæterùm ad ſeptẽ-
trionem Europæ quàm plurimam auri uim eſſe con-
ſtat. Sed quomodo fiat, nec hoc quidem pro comper Arimaſpi.
to dicere queo. Dicuntur tamẽ id à gryphibus aufer-
re Arimaſpi, uiri unoculi, qd nec ipſum crediderim,
ut uiri naſcantur unoculi, cæteram naturam habẽtes
aliis hominibus parem. Porrò extrema terrarum con
cludunt aliam regionem, intusq; cohibent ea, quæ
nobis pulcherrima putantur, illisq; rariſſima. Eſt in
Aſia planities quædam undiq; cincta monte, quinq;
in locis interciſo, quæ aliquando fuit Choraſmio-
rum cum ipſorum finibus, & Hyrcanorum, & Par-
thorum, & Sarangæorum, & Thomaniorum. Sed
poſteaq; Perſæ rerũ potiti ſunt, facta eſt regis ex hoc cir

cumiecto

Aces amnis. cumicto monte ingens amnis profluit, nomine Aces, qui quondam per singulas undique interciſiones ductus ac diſtributus, totidem quas dixi partium regiones irrigabat. Vbi uerò in poteſtatem regis Perſæ uenerunt, hoc ab illo ſunt paſſæ, quòd anfractibus montium ab rege abſciſſis, & ad eorum ſingulos portis inditis, aqua ab exitu intercluſa eſt, intertluentéque introrſum amne planities, quæ intra montes erat, pelagus facta, cum fluat in interiora amnis, nulla ex parte exitum habens: atque ita ipſæ gentes priſtino aquæ uſu fraudatæ, affic'untur permagno detrimẽto. Nam hyberno tẽpore deus illis quẽadmodum aliis hominibus pluit. Sed æſtate cum ſerant piſum & ſeſamum, aquam deſiderãt. Igitur cum nihil eis aquæ tribueretur, ad Perſas uenerunt uiri atque mulieres, ſtantesqúe pro foribus regis, cum eiulatu uociferabantur. Tunc rex his qui maximè indigebant, portas reſerari iuſſit, utique eas, quæ ad illos ferrent, eaſdem cum illorum terra humore hauſto ſatiata eſt rurſus obſerari: ita deinceps alias, ut quiq; cæterorum populorum maximè aqua indigerent. Id faciens, quantum ego auditu cognoui, pecuniæ exigendæ gratia præter tributum. Atque hæc quidem ita ſe habent. Cæterùm rex unum è ſeptem uiris, qui aduerſus Magum conſpirauerunt, Intaphernem cepit, ac capite damnauit ob hanc noxam: Intaphernes ſtatim poſt oppreſſos Magos regiam ingreſſus, uolebat admitti ad colloquium regis. Etenim hac lege conuentum erat inter Magi oppreſſores, ut eis ad regem foret aditus ſine internuncio, niſi cubantem cum uxore. Itaq; non oportere ſibi interuenire nunçium cenſens Intaphernes, quia foret unus è ſeptem, introire utiq; uolebat. Sed cum ianitor & qui à reſponſis erat, introire non ſinerent, quòd regem dicerent rei uxoriæ dare ope-

Intaphernis factum.

re operam, eos mentiri ratus, educto acinace, aures utrique naresque præcidit, ac loro freni equini ad cervices ipsorum alligauit, hominesque dimisit. Qui cum sese regi exhibuissent, & facti causam exposuissent, Darius sigillatim quinq; Persas accersiuit, ueritus ne id communi sex Persarum consilio factum esset, exploraueritq; nunquid id quod actum foret, comprobarent. Vbi comperit sine horum consensu Intaphernem hęc fecisse, hominem comprehendit, eiusq; liberos atque omnem familiam, multis de causis credens illos cum suis cognatis rebellionem fuisse molituros: hos comprehẽsos ad necem uinciri iussit. Tũc uxor Intaphernis ad regias fores accedẽs, plorabat atque lamentabatur. Id assiduè faciendo, ad sui misericordiam Darium cum adduxisset, misso ad eum nuncio, rex inquit: Mulier, offert tibi Darius unius electionem, ex uinctis domesticis tuis quem uelis liberari. Illa postquam secum deliberauit, ita respondit: Si unius omnino animam rex mihi gratificatur, eligo ex omnibus fratrem. Hæc audiens rex, miratus huius orationem, misso nuncio, inquit: Percontatur te rex, qua de causa uiro filiisque prætermissis, fratrem delegeris ut supersesser, qui & remotiori abs te est gradu quàm filii, & minus iucundus quàm maritus. Cui illa respondẽs: Rex, inquit, maritus mihi alius, si Deus uoluerit, atque alij liberi, si hos amisero, esse possunt: alius frater parentibus meis iam uita defunctis, nulla ratione potest esse. Hanc secuta causam, ita locuta est, uisaq; est Dario probè dixisse. Itaque ea re delectatus rex, & eum quem mulier optauerat missum fecit, & filiorum natu maximum, cæteris omnibus interfici iussis. Ita unus è septem Persis intra initia occubuit. Id autem ferè circa Cambysis ægrotationem contigit. Erat Sardibus præses quidam à Cyro præfectus, nomine

Frater melio præfertur.

nomine Oroetes, uir Perses, cui nefariæ rei cupido incessit: siquidem Polycratem Samiũ, à quo nullo nec facto nec dicto quamulocunq; læsus esset, quemq; ne uidisset quidem unquam, tamẽ cõcupiuit capere ad interimendum, ob hanc (ut pleriq; aiunt) causam. Cum aliquando pro foribus regis considerent Oroetes & alter quidam Perses, nomine Mitrobates, præfectus gentis, quæ est in Dascylio, è uerbis ad iurgia peruenerunt. Et cũ de uirtute disceptaretur, Mitrobates obiiciens Oroeti inquit: Tũne in precio uirorum es, qui insulam Samum tuæ prouinciæ adiacentem, regi non acquiris, ita facilem captu, ut quidam è popularibus quindecim armatis fretus occuparit, eiusque tyrannide potiatur? Hoc iurgium audienti Oroeti adeò doluisse quidam aiunt, ut affectauerit non de obiurgante uindictam, sed Polycratem prorsus occidere propter quem male audisset. Alij, sed pauciores, inquiunt caduceatorem in Samum ab Oroete missum cuiusdam rei rogandæ causa (cuius autem non dicitur) Polycratem tunc fortè in conclaui cubantem fuisse, assistente ei Anacreonte Teio. Idq; siue consultò, quòd res Oroetis contemptui haberet, siue forte aliqua factum. Ad quem accedens Oroetis caduceator, cum mandata exponeret, Polycratem neq; se ad hominem conuertisse (erat enim ad parietem uersus) neq; quicquam respondisse. Hæ geminæ causæ mortis Polycratis fuisse memorantur, quarum utrilibet accommodare fidem quis potest. Itaq; Oroetes in urbe Magnesia degens, quæ est ad Mæandrum flumen sita, misit Myrsum quendam Lydum, Gygis filium, cum nuncio in Samum ad Polycratem, cuius animum noverat. Etenim Polycrates primus extitit Græcorum, duntaxat eorum quos notimus, secundum Minoem, & si quis alius isto prior maris impe-

Polycratis cædis occasio.

rio

rio potitus est, qui in animum induxerit ut mari potiretur. Primus inquam, extitit ex eo genere, quod humanum uocatur, qui multam cõciperet spem Ioniæ atq; insulis dominandi. Hoc igitur eum in animo habere certior Orœtes factus, misit nuncium in hęc uerba: Orœtes Polycrati ita inquit: Audio te res excellentes agitare animo, sed proposito rem pecuniariam nõ suppetere. Quod si ita feceris, ut suadeo, prospexeris & tibi & saluti meæ. Nam rex Cambyses, ut mihi pro comperto renunciatur, de me interficiendo cogitat. Nunc igitur meipsam recipito, atq; pecunias, earum partem tibi habiturus, partem mihi permissurus: & ipsarum pecuniarum beneficio omni Græciæ imperaturus. De quibus si mihi fidem non habes, mittito quempiam tibi fidissimum, cui ego fidem faciam. Quo audito, Polycrates gauisus est, atq; obsequi uolebat. Maiorem enim in modum pecuniam aucbat. Mittit itaq; prius ad rem inspiciẽdam quendam è popularibus suis Mæandrium Mæandrij filium, scribam suum, qui non longo pòst hoc tempore ornatum cõclauis Polycratis, spectatu dignum, templo Iunonis omnem dicauit. Hunc Orœtes intelligens speculatorem esse circumspectum, ita sibi agendum putauit. Octo scrinia lapidibus implet, præter admodum paruam partem circa ipsas oras, ac superficiem lapidum auro inducit, eaq; scrinia alligata in expedito habet. Quæ aduenienti Mæandrio cum inspexisset, Polycrati renunciauit. Quinuero ne illuc sese conferret, magnopere dehortabantur tum oracula & amici, tum præcipuè somnium hoc, quod eius filia uiderat. Videbatur sibi cernere patrem in aëre sublimem esse, qui à Ioue quidem lauaretur, à sole autem inungeretur. Hãc uisionem conspicata, instabat omnino dissuadere patri, ne à patria proficisceretur ad Orœtem: quin etiam

Orœtis dolus.

Somnium filiæ Polycratis.

etiam ad biremem euntí malè ominabatur. Cui cum ille minitaretur, si hospes rediret, fore ut hæc perdiu maneret uirgo: ipsa ut ita contingeret, sibi imprecata est. Malle enim se diutius uirginem esse, quàm patre orbari. Polycrates omne consilium pro nihilo habens, ad Oroetem nauigauit, cùm alios secum duceus, tum uerò Democedem Calliphontis Crotoniensem medicum, qui eam artem apud suos præclarissimè omnium exercebat. Vbi Magnesiam peruenit Polycrates, tetra morte est affectus, indignaq; aut sua persona aut suis cogitationibus. Nam neq; eorum qui Syracusis tyranni extiterunt, neque aliorum Græciæ tyrannorum ullus est magnificentia cum Polycrate cõparandus. Eum Oroetes, quod indignum relatu est, cruci suffixit. Eorum uerò qui illum comitati fuerant, Samios quidem dimisit, iubens eos gratiam sibi habere, quòd liberi essent: hospites autem atq; seruos iure captiuitatis sibi uendicans, retinuit. Polycrates ergo suspensus, omnem filiæ uisionem exoluit. Nam ab Ioue quidem cum plueret lauabatur: à sole autem exudãte è membris abdomine, ungebatur. Hunc exitum habuerunt tot prospera Polycratis, quem uaticinatus ei fuerat Amasis rex Aegypti. Verum non multo pòst tempore, Polycratis ultio Oroetem excepit. Quippe post Cambysis obitum occupato à Magis regno, Oroetes cum esset Sardibus, nihil admodum de Persis, qui à Medis imperio fraudati erant, meditatus est: sed in ea perturbatione Mitrobatem à Darcylio præfectum (qui illi de Polycrate exprobrauerat) interemit: & eius filium Cranapem, spectatos in Persis uiros: & cùm alia quoq; omnifaria flagitia commisit, tum quendam à nuncijs, qui ad ipsum à Dario uenerat, quod parum iucunda nunciasset, trucidandum curauit, summissis quibusdam, qui redeuntem aggrederentur;

Polycrates cruci suffixus.

Fortunæ Polycratis catastrophe.

derentur, quiq; trucidatum cũ ipso equo occultarent. Darius ubi principatu potitus est, Orœtem ulciſci cũ ob alia ſcelera, tùm præcipuè ob Mitrobatem, filiumq; ſe cupiebat. Sed aduerſus eum è profeſſo mittere copias conſilij non erat, utique rebus nondum ſatis fundatis & imperio recens parto: cum præſertim audiret Orœtem multa ui uixum, mille Perſarum ſatellitibus ſtipatũ. Nam ſuæ prouinciæ habebat Phrygiam, Lydiã, Ioniam. Itaq; Darius aduerſus hæc, hanc rationem ini uit. Accitis Perſarum ſummis quibuſq; proceribus, his locutus eſt uerbis: Perſæ, quis hoc ueſtrũm mihi re promittat executurus prudentia duntaxat, nulla ui, nul liſq; copijs? Vbi enim opus prudentia eſt, ibi ui agere nihil attinet. Ergo qui ueſtrũm mihi Orœtem uel adducat uiuum, uel interficiat, qui de Perſis nihil omnino meruit, ſed multa ſcelera admiſit, uel hæc duo: unum, quòd duos è nobis, Mitrobatem eiusq; filium interemit: alterum, quòd à me miſſos ad ſe accerſendum necandos curat, facinus profectò non tolerandum. Ideoq; priuſquam maiora in Perſas ſcelera admittat, comprehendẽdus eſt ad necem. Hęc Darius interrogabat Perſas. Eorum triginta extiterunt, qui repromitterent, ſinguli uolentes ipſi id exequi. Quos inuicem contendentes Darius reprehendens, ſortiri iuſſit. Id cum feciſſent, ſors Bagœum Artontis filium ex omnibus contigit. Hic ſorte delectus, hac ratione uſus eſt: Complures literas uarijs de rebus ubi ſcripſit, ſigilloq; Darij impreſsit, cum his profectus eſt Sardis. Eas poſteaquàm in cõſpectum Orœtis uenit, dedit ſeparatim recitandas regio ſcribæ. Regios autem ſcribas cuncti præſides habent. Reddebat ſeparatim Bagœus literas, explorandi gratia animos ſatellitum, nunquid annuerent ad rebellandum ab Orœte. Quos animaduertens magnopere uenerari literas, & ea quæ in illis diceretur, etiam uehementius, reddidit aliam epiſtolam

Orœtes Polycratis mortẽ luit.

Orœtis ſatellitium.

Bagœus.

Scribæ regij Perſarum.

ſtolam in hæc uerba: Perſæ, Darius rex interdicit uobis ne apud Oœtem fungamini ſatellitum officio. Hoc illi audito, lanceas depoſuerunt. Tunc Bagæus cernens illos obtemperantes epiſtolæ, ſumpta fiducia reddidit ſcribæ ultimum libellum, in hæc uerba ſcriptum: Rex Darius mandat Perſis, qui in Sardibus ſunt, ut Oœtem interimant. Id ubi audiere haſtati ſatellites, eductis acinacibus ſine mora Oœtem interemerunt. Ita uindicta Polycratis Samij Oœtem perſecuta eſt.

Oœtis cædes.

Traductis atque comportatis Suſa bonis Oœtis, contigit nõ diu pòſt, ut in uenatu ferarum Darius rex, dumab equo deſilit, pedem intorſerit, uehementerq; luxauerit. Nam talus è iuncturis amotus eſt. Exiſtimãs itaq; apud ſe, ut prius, habere ſe ex Aegyptijs eos qui primi putarentur arte medicinæ, eorum opera utebatur. At iſti retorquendo pedem, ac uiolenter tractãdo, plus mali faciebant, adeò quidem, ut ſeptem dies totidemq; noctes Darius præ moleſtia, qua afficiebatur, trãſegerit inſomnes. Octauo die eidem malè habenti, quidam Democedis Crotonienſis mentionem facit, cuius de artificio prius iam inde in Sardibus audiſſet. Darius hominem quàm celerrimè accerſi ad ſe iubet. Ille ut inter captiuos Oœtis inuentus, ubi pro neglecto habebatur, in medium adductus eſt, ſicut erat panno ſũs, ac compedes trahens. In medio poſitum Darius interrogauit, nunquid eam noſſet artem? Democedes ueritus, ne ſi ſe proderet, uſque quaque Græcia priuaretur, diſſimulare. Sed cum uideretur notitiam artis præ ſe ferre, Darius iuſſit eos qui hominem adduxerant, uerbera & tormenta afferre in medium. Tunc ille diſſimulatione miſſa, ſe planè ſcire artem illam negauit, ſed aliquantulum ob eius conſuetudinem, quam cum medico habuiſſet. Factaque ei poteſtate curandi, Græcis medicamentis utens, & leuia, pòſt acria admouens, Darium compotem ſommi fecit,

Democedes à Dario accerſitur.

cit, & brevi tempore incolumem reddidit, cum iam se posthac validum fore ad incedendum desperasset. Ob quam curationem, postea cum eum Darius duobus aurearum compedum paribus donasset, interrogauit Democedes, nunquid ideo se duplici malo remunerandum putaret, quòd ab eo sospes ipse foret effectus? Hoc dicto Darius delectatus, ad suas uxores hominem misit. Eunuchi qui eum deduxerunt ad fœminas, dicebant hunc esse qui restituisset animam regi. Tunc earum singulæ auream phialæ thecam suffringentes, Democedem donauerunt tam amplo munere, ut excidentes ex percussione phialarum stateres, famulus qui sequebatur, nomine Scitona aduertens, collegerit non paruam auri summam. Hic Democedes hunc in modum è Crotone profectus, cum Polycrate consuetudinem habuit. Cum à parte sanè iracundo Crotone cohiberetur, nec eum tolerare posset, illo relicto abijt in Aeginam. Vbi commoratus unum annum, primos medicos transcendit, etsi imparatus erat, & nihil instrumentorum habens quæ ad artem medicinæ pertinerent. Ex quo factum est, ut in sequenti anno Aeginetæ conduxerint eum talento, Athenienses tertio anno centum minis, Polycrates quarto anno talentis duobus. Ita in Samum profectus est. A quo uiro non minimum medici Crotonienses primi numerabantur, secundi Cyrenæi. Qua etiam tempestate Argiui cæteris Græcis præstare musica ferebantur. Tunc itaque Democedes Dario sanato, Susis maximas ædes obtinebat, & cum rege ad mensam sedebat, omnibus rebus affluens, præter hanc unam, quod in Græciam redire non poterat. Quinetiam Aegyptios medicos regem curare solitos, cum essent patibulis suffigendi, quòd à Græco medico superati forent, impetrata ab rege uenia, liberauit. Itẽ uaticinũ quendam Helcum, qui Polycratẽ secu-

Democedes splendidis muneribus donatus.

Democedes in medicina profectus.

Medici clari.

Musici Argiui.

tus fuerat, & inter captiuos pro neglecto relictus. Dein qùe maximi apud regem momenti Democedes erat. Interiecto deinde breui tempore, inter alia contigit, ut Atossæ Cyri filiæ (quæ erat Darij uxor) in mamilla hulcus exoriretur, deinde rescissum porrò grassaretur: quod ita quoad fuit exiguum, præ pudore occultans, uemini indicauit. Sed ubi malè iam habebat, accersitu Democedi rem ostendit. Ille se redditurum sanam affirmans, adiurat eam, ut sibi uicissim ipsa inseruiat in eo quod orauerit. Oraturum nihil, unde dedecus redundaret. A quo posteaquam curata est edocta, Darium, dum cum eo cubat, his uerbis allocuta est: Rex, cum tantum tu habeas copiarum desides, nullam neque gentem neque potentiam Persis acquirens. At qui par est uirum & iuuenem, & magnarum opum dominum, aliquid operis edendo se ostendere, quo etiam Persæ cognoscant sibi uirum præesse. Quod ut facias, duabus de causis interest, ut Persæ & eum qui ipsis præest, uirum esse intelligant, & bello atterantur: ne ocium agentes, tibi insidias tendant. Nunc ergo aliquod opus edas, quoad in ætate iuuenili es. Nam augescente corpore, ingenium pariter augescit: & consenescente consenescit, & ad res omnes elanguescit.

Atossæ cō silium apud Darium è suggestione Democedis.

Hæc Atossa ex admonitu Democedis. Ad quam Darius respondens: Quæ, inquit, uxor ipse facere destinaueram, ea omnia dixisti. Ego enim constitueram Scythis bellum inferre, iuncto mari è nostra continente in alteram pōte, quod breui tempore perficeretur. Ad eum Atossa: Anima ducere inquit, nunc, omitte primum bellū Scythis inferre, qui quādocunq; uoles tuerunt, aduersus Græciam mihi tu eas in expeditionē. Concupisco enim Lacænas, & Argiuas, & Atticas, & Corinthias fando cognitas, mihi fieri ancillas. Et ad hoc habes uirum & ex omnibus maximè idoneum ad demonstrandas Græciæ res, atq; exponendas, hunc qui pedem

Darij propositum.

pedem tuſi ſanauit. Cui Darius; Quãdoquidẽ, inquit, uxor tibi uidetur, nos primũ Græciam tentare debere, mihi uidetur ſatius, ante omnia mitti illuc exploratores Perſas, unà cum iſto quem dicis, qui percepta omnia illic & uiſa renuncient: & mox ego ab illis edoctus, aduerſus Græcos tendam. Hæc locutus Darius, id quod locutus, re quoque aggreſſus eſt. Nanque ubi primum illuxit, accitis quindecim uiris Perſarum ſpectatis, præcepit ut ſequentes Democedem, omnia Græciæ maritima colluſtrarent, neſcio committerent ut Democedes ab illis aufugeret, ſed rurſus cum omnino reducerent. Hæc illis ubi præcepit, ſecundo loco Democedem ipſum ad ſe accerſitum orat, ut expoſita atque demonſtrata Perſis omni Græcia, rurſus redeat: iubetque eum dono ferre patri ac fratribus omnia ſua utenſilia, affirmans ſe alia multo plura illi in uicem donaturum. Ac præter dona, miſſurum ait, quæ unà iter faciat, onerariam nauim, omnifarijs bonis refertam. Hęc Darius uullo doloſo conſilio (ut mea fert opinio) mandauit. Ille tamen ueritus ne ſe Darius tentaret, tanquam fugitiuum, ſi cuncta ſibi oblata caperet: reſpondet ſe quidem ſua illic uelle relinquere, ut ea reuerſus ſibi haberet: uerùm nauim onerariam, quam Darius promitteret, dono fratribus accipere. Darius, poſtquam hæc Democedi præcepit, homines ad mare dimiſit. Illi cum in Phœnicem deſcendiſſent, & ex Phœnice in urbem Sidonem, confeſtim duas triremes inſtruxerunt, & ſimul ingentem onerariam omnifarijs bonis impleuerunt: comparatisque omnibus, in Græciam traijciunt. Et adeuntes maritima eius loca, inuebantur atque deſcribebãt. Tum pleraque ac celeberrima Græciæ loca contemplati, in Italiam Tarentum tranſmiſerunt. Ibi Ariſtophilides Tarentinorum rex, & ipſe Crotonienſis, gubernacula Medicarũ nauiũ reſoluit, ſimul & ipſos

Democedes in Græciam cum explorato ribus abligatur.

Persas detinuit, tanquam certos exploratores. Interea dum isti patiuntur hæc, Democedes Crotonem abijt ad domum suam. Quo abeunte, Aristophilides Persas missos fecit, restitutis his quæ de manibus abstulisset. Illinc Persæ naulgantes, ac Democedem persequentes, Crotonem perueniunt, nactiq; in foro Democedem prehendunt. Eum Croroniensium quidam, rem Persicam reformidantes, tradere parati erant: quidam iniectis è diuerso manibus, Persas fustibus cædebant, his uerbis commonefacientes: Viri Crotonienses, considerate quid faciatis, qui hominem regis fugitiuũ eripiatis. An ex usu erit uobis hanc iniuriam regi Dario intulisse, ac uobis bene cedet ista fecisse, si uobis hominem hunc eripueritis? Cui enim primum quã huic urbi bellum inferemus, aut quam priorem diripere conabimur? Hæc dicendo nihil magis Crotoniensibus persuaserunt. Quinimò non modò Democede, sed etiam oneraria naui, quam unà duxerãt, priuati suum, atque in Asiam reuersi, omisso iam studio discendi ulteriora Græciæ, duce fraudati. Quibus tamen in digressu ille mandauit, ut Dario dicerent, Democeden ducere uxorem Milonis filiam. Erat enim apud regem celebre nomen Milonis luctatoris. Quas nuptias uidetur mihi eo tempore properasse magna erogata pecunia, ut ipsum etiam in patria sua spectatum esse Dario appareret. Profecti Crotone Persæ ad Iapygiam, in quasdam naues inciderunt: à quibus in seruitutem redactos, Gillus quidam Tarentinus exul redemit, & ad regem Darium reportauit. Ob quod meritum cum rex paratus esset donare ei quicquid uellet, optauit se in patriam reduci, exposita prius sua calamitate, dicens ne omnem Græciam conturbaret, si classis ingens ipsius causa in Italiam mitteretur, contentum se esse ut per solos Cnidos reduceretur: existimans pro amicitia, quæ Cnidis erat cum Tarentinis,

Milo Crotoniates luctator.

nis, se præcipuè reductum iri. Id Darius pollicitus, effecit. Nam misso Cnidum nuncio iussit, ut Gillum Tarentum reducerent. Cnidi Dario obsequentes, id tamen à Tarentinis non impetrauerunt. Nã ad uim inferendam inualidi erant. Atque hæc huoc in modum administrata sunt. Hinc Persæ primi exiterc, qui in Græciam traiecerunt speculandi gratia, & ob hanc rem. Samum uerò post hæc rex Darius, omnium urbium tam Græcarum, quàm barbararum primam, euertit, ob hanc causam: Dum Cambyses in expeditione aduersus Aegyptum ageret, permulti se illuc Græcorum conferebant, partim (ut credibile est) negociandi, partim militandi, partim ipsius regionis oculis subijciendæ gratia. E quibus fuit Syloson Aeacis filius, Polycratis germanus, extorris patria. Huic Syloſonti felicitas huiusmodi contigit: Sumpro hic amiculo rutilo, ac sibi circundato, apud forum Mempheos spaciabatur. Quem cum uidisset Darius Cambysis satelles, nullius admodum conditionis uir, captus amore amiculi, adit hominem, ut mercetur amiculum. Syloson animaduertens Darium magnopere cupere amiculum, diuina quadam fortuna usus: Ego, inquit, amiculum hoc nulla pecunia uendo, sed tibi largior, si modò tuum omnino debet esse. Hæc approbans Darius, accepit indumentum. Syloson, qui putaret sibi illud stultè periisse, interiecto tempore cum Cambyses decessisset, & septem illi Magum oppressissent, & ex septem Darius regnum adeptus esset, ubi certior factus est, ad eum uirum peruenisse regnum, cui ipse precanti dedisset in Aegypto uestimentum, Susa ascendit, sedensque in uestibulo regiæ, ait se eum esse qui de rege sit benemeritus. Hæc audiens ianitor, regi nunciauit. ad quem admirabundus rex: Et quis est, inquit, Græcorum, qui in me beneficus extiterit,

Sami euersionis causa.

Darius Cambysis satellcs.

Syloſontis amiculũ, prouerbiũ

rit, cui ego reuerentiam debeam recens regno potitus, ecquis uerò, an potius nullus eorum ad nos accedit, nec ulli Græcorum, ut ingenuè loquar, quicq̃ debeo: tamen hominem introducite, ut sciam quid hæc dicendo uelit sibi. Vbi à ianitore introductus est Syloson, ac statuis in medio, interrogatur ab interpretibus, quisnam esset, aut quo facto beneficus in regem extitisset. Ipse rem omnem gestam circa amiculum refert, seseque illum esse qui id donasset. Ad hæc respondens Darius: O, inquit, virorum generosissime, tuine ille es, qui mihi nullam potentiam habenti donasti ea, quamuis parua, tamen perinde grata, ac si nunc aliquid magnum acciperem: Qua de re immenso te auro argentoq; remunerabor, ut nunquam pœniteat te liberalem in Darium Hystaspis extitisse. Cui Syloson: Mihi, inquit, rex neque aurum neque argentum dederis, sed patriam meam Samum, ubi eam liberaueris, quam nunc post necem fratris mei Polycratis, ab Oræte interfecti, occupat seruus nostrum, hanc mihi donato citra cædem atque direptionem. His Darius auditis, misit exercitum duce Otane, uno è septem uiris, iusso, ut quæ Syloson rogasset, ea effecta redderet. Otanes ad mare degressus, contrahebat exercitum. At Sami imperium obtinebat Mæandrius Mæandrij, acceptum à Polycrate, ut illud procuraret, cui iustissimo uirorum uolenti esse, non licuit. Nam ubi de Polycratis interitu allatus est nuncius, ante omnia Ioui liberatori statuit aram, eiq; fanum in circuitu designauit, id quod nunc quoque in suburbijs extat. Deinde ubi hoc perfecit, aduocata omnium ciuium concione, ita uerba fecit: Mihi sceptrum atque omnis potentia Polycratis (ut uos etiam nostis) demandata fuit: in meo quoque arbitrio situm est uobis dominari: sed quod in uicino reprehendo, id ipse quoad potero, non faciam. Nam neque

Darius ad Syloſonẽ.

Mæandrius Sami procurator.

que Polycrates placebat mihi, in uiros ſibijpſi pares dominatum habens, neque alius quiſpiam talia faciens. Et Polycrates quidem fatum ſuum explenit: ego autem depoſito in medium dominatu, iuris æquabilitatem ſuadeo, poſtulans iure optimo mihi ipſi hoc honoris tantummodo, ut è pecunia Polycratis ſex demũ talenta peculiariter mihi cedant. Et præterea Iouis liberatoris (cui ego templum extruxi) ſacerdotium tam meis in perpetuum liberis, quàm mihi, qui libertatem uobis reſtitui. Hæc Mæandrius à Samijs poſtulabat. Tunc eorum quidam ſurgens: Tu uerò, inquit, indignus es, qui nobis imperes, tu qui malus extitiſti, ac funeſtus: ſed dignus potius, qui pecuniarum, quas interuertiſti, rationem reddas. Hęc Teleſearchus, ita enim nocabatur, dixit, quod inter ciues erat experte uirtutis. Quę Mæandrius in animum accipiens, reputansq; fore, ut ſi dominatum ipſe deponeret, alius quiſpiam in eius locum tyrannus conſtitueretur, nõ deponendum ſibi dominatum ſtatuit: ſed in arcem regreſſus, accitum unumquenque eorum, tanquam rationem pecuniarum redditurus, comprehendit, alligauitque. Poſt hæc, dum hi in uinculis ſunt, Mæandrius morbo corripitur: quem deceſſurum credens frater eius, nomine Lycaretus, quo facilius Sami rerum potiretur, omnes uinctos interemit. Neq; enim uidebantur uelle liberi eſſe. Igitur ubi in Samum peruenere Perſæ Syloſontem reducentes, nemo aduerſus eos manum leuauit. Atq; hi qui contrariæ Mæandrio factionis erant, deditionem ſe facere uelle dixerunt: quin ipſe Mæandrius ex inſula diſcedere. Approbante hæc Otane, atque inito fœdere, eminẽtiſſimi quique Perſarum poſitis ſellis è regione arcis ſedebant. Erat Mæandrio germanus uecordiuſculus, nomine Charileus, qui quod delinquere ſolebat, in ſuperterraneo loco erat alligatus. Hic cum audiſſet quæ agebantur,

Teleſearchus.

tur, & per ſpecum ſuſpiciens uidiſſet Perſas quietè ſe dentes, uociferando dicebat, uelle ſe in colloquiũ uenire Mæandrij. Eũ audiens Męandrius, iuſſit ſolutũ ad ſe adduci. Vbi adductus eſt, confeſtim conuiciãdo maledicendoq; illi ſuadebat, ut imperium daret in Perſas. Hæc inquiens: Mene ô deterrime uirorũ, qui ſum tuus frater, quiq; nihil uinculis dignum peccaui, in ſuperterraneo carcere alligandum putaſti: Perſas autẽ quos cernis te adorientes, atque extortem facientes, ultum ire non audes, tam faciles tibi ad capiendum? Quos ſi tu reformidas, præbe mihi auxiliares tuos, ut iſtos ob ſuum huc aduentum ulciſcar, paratus teipſum ex inſula amittere. Hæc Charileus. Quem ſermonem Mæandrius admiſit, quantum ego ſentio, non quia eò inſipientiæ uenilſet, ut putaret ſuas uires regijs ſuperiores eſſe: ſed quia inuidens Syloſonti, ſi ciuitatem & integram & ſine labore eſſet accepturus, malueritres Samias debilitari Perſis irritatis, atque ita tradi: probè intelligens, Perſas prius iniuria laceſſitos, ſæuituros eſſe in Samios, & ſibi tutum ex inſula excelſum eſſe quandocunque uellet. Foderat enim ſibi occultum cuniculum, ex arce ferentem ad mare. Itaque ipſe quidem Mæandrius è Samo profectus eſt. Charileus autem armatis cunctis auxiliarijs, patefactiſq; portis, egreditur in Perſas, nihil tale expectantes, ſed omnia pacata exiſtimantes. In hos Perſas qui ſellas attulerant, & plurimi momenti erant, dato impetu auxiliarij graſſantur. Dum hæc iſti agunt, cæteræ Perſarum copiæ auxilio ueniunt: à quibus repulſi auxiliarij, rurſus in arcem ſe recipiunt. Otanes imperator cernens tantam cladem accepiſſe Perſas, etſi memor erat præceptorum Darij, dum ipſum mitteret, ne quem Samiorum aut occideret, aut caperet, ſed inſulam immunem malorum Syloſonti traderet: tamen horum præceptorum oblitus eſt, iuſſitque milites,

Otanes Darij præceptorum obliuiſcitur.

milites, ut quenque Samium adipiscerentur, occidere, uiros pariter & pueros. Tunc pars copiarum arcem obsidet, pars obuium quenque sine discrimine trucidat, tam in delubris, quàm extra delubra. Mæandrius è Samo profugiens, Lacedæmonem nauigauit. Eò ubi peruenit, habens quæ in discessu exportauerat, dat negocium famulis, ut pocula argentea & aurea proponant. Dum illi ea promunt, interea ipse Cleomenem Anaxandridæ filium, Spartæ regem, colloquendo deducit ad ædes suas. Cleomenes ubi pocula inspexit, præ admiratione admonitus fuit: Mæandrius cum iubere, quęcunque liberet, illinc asportare. Idq; cum etiam atque etiam Mæandrius diceret, tamen Cleomenes uirorum iustissimus extitit: qui ea quę sibi donabantur, recipienda non putauit. Sed cum sensit eadem nonnullis ciuium Mæandrium elargiri, quomodo puniri deberet excogitauit. Aditis enim ephoris, hoc est, tribunis plebis, ait, satius esse Spartę hospitem Samium è Peloponneso ablegari, ne cui Spartanorũ aut ipsi aut alij cupiam persuadeat fieri malum. Illi Cleomeni obsequentes, Mæandrium ablegarunt. Persæ ubi diripuere Samum, Syloſonti tradiderunt, uiris desolatam. Interiecto tamen tempore Otanes imperator frequentem incolis effecit, è uisione per quietem morbo correptus, quo laborauit circa pudenda. Dum Samum nauticus proficiscitur exercitus, interea Babylonij rebellauerunt, rebus probè admodum comparatis. Nam quandiu Magus imperauit, & septem coniurati rem aggrediuntur, per hoc omne tempus, & per occasionem rerũ turbatarum, se ad ferendam obsidionem instruxerunt, & in his apparandis usq; latuerunt. Verũ ubi è professo desciuerunt, hæc sibi facienda statuerunt. Matres expellunt: mulierum unam, quam sibi quisq; uoluit, è domesticis delegit, & hanc ad panem sibi

Samus Syloſonti traditur.

Cleomenes rex Spartæ.

Strabo lib. 14 tradit Samũ hominib. uiduatã, Syloſontis operæ acerbius imperãtis.

Babyloniũ rebellãtes mulieres strangulãt

sibi faciendum: cæteras in unum contractas fraugu-
lat: hoc idcirco facientes, ne rem frumentariam ipso-
rum illæ absumerent. His rebus cognitis, Darius aduer
sus eos contractis omnibus copijs contendit. Eò post
quam peruenit, urbem obsidione cingit. Sed illi nihi-
li pendere obsidionem. Nam conscensis propugna-
culis, tripudiare, probrag; ingerere Dario atque exerci
tui: quorum quidam ita inquit: Quid istic desidetis
Persæ, quin potius asceditis, tunc expugnaturi nos,
cum pepererint mulæ. Hoc quidam Babyloniorum
dicebat, credens nunquam párere mulam. Anno ac se
ptem mensibus in obsidione consumptis, iam Dari-
um atque uniuersum exercitum tædere, quòd Baby-
lonios expugnare non posset, licet aduersus illos om-
nia machinamenta atque omnes insidias expertus,
cùm alias, tum illas, quibus eosdem Cyrus expugnaue
rat. Omnia hæc frustra fuerant, quia Babylonij ue-
hementer excubijs incumbebant. Sed cum ne sic
quidem capi possent, uicesimo quàm circumuallati
fuit mense, Zopyro Megabyzi filio, unius è septem
qui Magum sustulerunt, hoc contigit portentum, ut
quædam mularum eius, quæ frumentum subuecta-
bant, peperciț. Quod ei renunciatum cum non cre-
deret, ipse fœtum inspicere uoluit. Eo uiso, uetuit ser-
uos cuipiam rem aperire, reputans illius Babylonij
uerba, qui inter initia dixissut, postquam mulæ pepe-
rissent, fore ut muri expugnarentur. Ex hac fama Zo
pyro uisa est expugnabilis Babylon. Diuino enim nu-
mine & illum locutum, & suam mulam esse enixam.
Igitur ubi uisum est fatale esse iam Babylonem capi,
aggressus Darius scisscitatus est, nunquid perquam ma
gni faceret, expugnare Babylonem? Audiens perquam
magni ab illo fieri, aliud consultat, quo modo ipse fo
ret urbis expugnator, & suũ hoc opus (beneficia enim
apud Persas perquam ad incrementa honorum
consequenda

Mulæ pa-
rus.

Theophra
stus tamẽ
mulas nul
go parere
in Cappa-
docia di-
cit. Vide
Plinij in
8. lib. cap.
44.

consequenda ualent.) Eoque nemini expromens, se suffecturum rei faciendæ, si seipsum cum mutilasset, ad hostes transfugeret: sese deformissima mutilatione affecit, prorsus cum id minimi faceret. Quippe nares sibi præcidit auriculasq; comam deformiter circumtondit, plagas imposuit, atque ita ad Darium perrexit. Quem ille intuens, uirum scilicet spectatissimum sic truncatum, adeò grauiter tulit, ut exiliens è solio exclamaret, interrogando, quis eum ob quod facinus mutilasset. Ad eum respondens Zopyrus: Nemo, inquit, rex præter te, cuius tanta potentia est, ita me potuisset afficere. Neque alienus quispiam hoc mihi fecit, sed ipse ego: quòd indigno animo fero, Assyrios Persis illudere. Cui rex: O uirorum miserrime, inquit, turpissimo facto pulcherrimũ nomen imposuisti, inquiens, propter eos qui obsidentur, temetipsum indignè laceraſſe. Nunquid ô demens te mutilato, protinus hostes deditionem facient? Quid in teipsum laniando sensus amisisti? Ad eum Zopyrus: Si, inquit, tecum communicassem quæ eram facturus, tu me uõ permisisses. Nunc memet ego adhibens in consilium, id feci. Itaque iam Babylonem capiemus, nisi tu tuis parces. Ego enim ita uti sum, ad muros ut transfuga fugiam: dicamq; ad illos me hæc abs te esse passum: &, ut opinor, ex hoc corporis habitu fidem eis faciẽs, cõsequar exercitus præfecturam. At tu decimo die, quàm muros fuero ingressus, mille milites ex eo genere, cuius amissione nihil admodum damni fiat, colloca aduersus portam, quæ uocatur Semiramidis. Rursus interiectis septem diebus, colloca duo millia ad portas quæ dicuntur Niniorum. Atque tertio, uigiuti diebus interiectis, è regione portarum, quæ dicuntur † Chaldæorum, alios statue, numero quatuor millia: dum neque priores, neq; posteriores habeant, quo se defendant, præter gladios: hæc tantum sinas eos habere,

Zopyrus ipse se mutilat.

Græcè tamẽ legitur χαλκιδέων.

habere. Post diem uicesimum reliquas copias iubere ad muros undiq; subire. Verùm ad portas, quæ Belides ac Cissiæ uocantur, Persas mihi statuito. Etenim ut ego sentio, Babylonij mihi, qui magna opera edide rim, committent, cùm alia, tum uerò portarum claues. Illinc mihi atque Persis curæ erit operam nauare. Hæc ubi mandauit, ad muros perrexit, subinde respectans tanquam uerè perfuga. Eo conspecto, qui in turribus ad id dispositi erant, deorsum decurrerunt, & alteram portam aliquantulum reclinantes, scisciabantur quisnam esset, & cuius rei indigens ueniret. Cumq; hic dixisset se Zopyrum esse, & se ad illos transfugere, eum ad Babyloniorum magistratus deduxerunt. Ante quos ubi stetit Zopyrus, conditionem suam miserebatur, referens à Dario se passum, quæ à semetipso passus esset: idque ob eam causam, quòd suasisset illi discedere cum exercitu, quoniam nulla uia ostenditur urbis expugnandæ. At nunc, inquit, ad uos uenio Babylonij, futurus uobis in maximo bono, Dario autem & copijs eius maximo malo. Neque enim quòd ita me mutilauit, feret impunè, cum habeam exploratos omnes consiliorum eius exitus. Hæc Zopyrus commemorabat. Quem Babylonij utique uirum apud Persas spectatissimum cernentes, naribus atque auribus priuatum, uibicibus ac sanguine conspersum, sperantes omnino uerè loqui, & ad ipsos uenire socium, inducti sunt ad permittenda ei quæcunq; postulasset. Ille postulauit copias militū, quas ut accepit, perfecit ea quæ cum Dario compositerat. Siquidem decimo die eductis Babyloniorum copijs, mille Darianos quos collocari primos mandarat, circumuentos trucidauit. Eum Babylonij aduertentes consentanea uerbis facta præstare, maiorem in modum lætabantur, parati omni iure homini parêre. Iste rursus interiectis diebus, de quibus erat conuentum, cū

Zopyrus ad suos Babyl. profugium.

delectis

delectis Babyloniorum egressus, duo millia Darianorum militum interfecit. Babylonij cernentes hoc alterum opus, nihil aliud quàm Zopyrum in ore habere, eum laudibus tollere. Hic rursus constitutis diebus intermissis, ad prædictum locum copias educit, circumuentaque quatuor millia occidit. Quo tertio opere edito, Zopyrus apud Babylonios erat omnia, ita ut & dux exercitus, & murorum custos declaratus fuerit. Vbi uerò è composito Darius copias undique muris admouit, ibi Zopyrus omnem dolum patefecit. Nam cum Babylonij conscensis muris copias Darij adorientes arcerent, ipse apertis Cissijs ac Belidibus portis, Persas in urbem introduxit. Quod factum qui Babyloniorum uidebant, hi in pulninar Iouis Beli confugerunt. Qui non uidebant, hi in suo quisque loco permanserunt, donec & ipsi se proditos intellexerunt. Ita Babylon iterum capta est. Qua potitus Darius muros eius circuncidit, & portas omnes amolitus est: quorum neutrum Cyrus fecerat primus eidem à se captæ. Babyloniorum quoque procerum tria millia patibulis affixit, data cæteris uenia urbem incolendi. Atque ut ijdem uxores haberent, unde succresceret soboles, prouidit. Nam fœminas Babylonij (ut superius demonstratum est) rei frumentariæ consulentes strangulauerant. Itaque Darius uicinis undique populis negocium dedit, ut fœminas Babylone repræsentarent pro iniuncto quisque numero. In summa igitur quinquaginta millia fœminarum conuenerunt. Ex quibus qui sunt Babylonij, originem duxerunt. Darij iudicio nemo Persarum Zopyri præstantia facta supergressus est, neque eorum qui prius, neque eorum qui posterius extiterunt, præter unum Cyrum, cui nullus unquam Persarum se dignum qui compararetur existimauit. Fertur que Darius hoc dictum sæpenumero usurpasse, præoptaturum

Babylon secundò capitur.

Ionis Beli pului nar.

turum se Zopyrum nihil esse cladis passum, quam uigiati sibi Babylones præter illam quam haberet acquiri. Eum tamen egregiè remuneratus est, cùm dando quotannis quæ apud Persas sunt honorificentissima, atque alia permulta: cum tradita Babylone immuni, quoad uiueret, in peculiarem portionem. Huius Zopyri filius fuit Megabysus: qui dux exercitus extitit in Aegypto aduersus Atheniensis & socios. Atque huius Megabyzi filius fuit Zopyrus ille, qui ad Athenienses transfugit à Persis.

Darij celebre de Zopyro elogium.

Herodoti

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM Liber IIII.

Qui inscribitur

MELPOMENE.

POst Babylonis expugnationem, Darius aduersus Scythas fecit expeditionem. Nam cum floreret uiris Asia & magno pecuniæ puentu, cupido incessit ei Scythas ulciscendi: quippe qui priores iniuriam intulissent ingressi Mediam, & his qui occurrerant prælio uictis. Etenim Scythæ (quemadmodum superius à me dictum est) duodetriginta annos superiori Asiæ imperi tauerunt. Siquidē persequentes gentē Cimmeriam, ingressi Asiā, abrogarūt imperio Medos, qui ante ipsorum aduentū Asiam obtinuerāt. Scythas, cum octo & uiginti annos peregrè abfuissent, in patriā reuertētes, excepit non minor, quàm Medicus fuerat, labor. Offēderūt enim non exiguum exercitum contra ipsos uenientem. Vxores nanq; eorum diuturna uirorum absentia ad seruos accesserant uisu orbatos. Orbant autem Scythæ seruos omnes lactis gratia, quod potant, ità id facientes: Sufflatoria ossea fistulis similima sumuntur, eaq; genitalibus equarum imposita ore inflantur. Hoc aliis facientibus, alij equas emulgent. Hoc ideo se facere aiunt, quòd uenæ equarum sufflatæ implentur, & mammæ descendūt. Posteaquam emulxere lac, in concauā uasa lignea diffundunt. His circumpo-

Darij in Scythas expeditio.

De his libro primo

Serui Scytharū quare oculis orbentur.

Lactis emulgendi modus apud Scythas.

circumpositi cæci, lac agitant. Cuius ꝙ summum est delibatur, precioſiusq; habetur: uilius aũt ꝙ ſubſidit. Huius rei gratia Scythæ quemcunq; capiunt, uiſu orbãt. Non enim agriculatores ſunt, ſed paſtores. Ex his igitur ſeruis ac mulierib. Scytharũ progenita eſt iuuẽtus: quæ ſuorum natalium conditione cognita, obuiã perrexit his qui reuertebãturſe Medis: & primũ regionem interſepit ducta lata foſſa, quæ à Tauricis montibus pertingebat ad Mæotim paludẽ omniũ maximã. Deinde in his cõſiſtens, Scythis introire conantib. repugnabat. Sæpe commiſſa pugna, cũ nihil tamẽ Scythæ proficerẽt, quidam ex eis inquit: Quidnam rei facimus uiri Scythæ, cũ noſtris ipſorũ ſeruis dimicãtes: qui & cum interficimur, ipſi pauciores efficimur: & illos interficiẽdo, pauciorib. deinceps imperabimus? mihi uidetur haſtis arcubusq; omiſſis ſumenda flagella, quibus equos uerberamus, & ad illos propius eundum. Nam quoad uident nos arma habentes, arbitrãtur ſe ſimiles nobis, atq; è ſimilib. eſſe: ubi nos ꝙ armis uerbera tenentes uiderint, tunc ſe noſtros ſeruos eſſe intelligẽtes, atq; id agnoſcentes non perſtabunt. Hoc Scythæ cum audiſſent, ita ſibi faciendum putauerũt. Qua ex re perculſi illi, pugnæ immemores, fugam capeſſerunt. Ita Scythæ imperio ſunt Aſiæ potiti: & turſus à Medis electi, ad terram ſuam hũc in modum reuerſi. Hac de cauſa Darius ulciſcendi cupidus, comparauit exercitũ. Scythę gẽtem ſuam omnium nouiſſimam eſſe aiunt, idq; hoc modo extitiſſe: Virum quendam in hac terra cum deſerta eſſet, primum fuiſſe, nomine Targitaum, & eius parentes (ꝙ tamen mihi nõ probatur) Iouem, Boryſthenis fluuij filiã. Tali genere ortum aiunt Targitaum, eiusq; treis liberos fuiſſe, Liopoxain, Arpoxain, & nouiſſimũ Colaxain. His regnantib. demiſſa cœlitus in Scythicam regionem ex auro facta aratrum cum iugo, ſecurim, phialam. Quæ cum

Scythæ feſtiuũ cõſilium.

Scytharũ origo.

primus

primus omnium inſpexiſſet natu maximus, acceſſiſſe, & itidē animo illa ſumendi: ſed eo accedente, aurū arſiſſe. Hoc digreſſo, ſecundum acceſiſſe, & itidem aurum arſiſſe. Ambobus ab ardenti auro ſummotis, tertio loco cū minim⁹ natu accederet, aurū fuiſſe extinctum, & ab illo deportatū. Ea re maiores fratres animaduerſa, totum regnū ad minimū detuliſſe. Et à Lipoxai quidem progenitos eſſe Scythas, qui genus Auchatæ appellantur. Ab Arpoxai uerò qui medius fuit, eos qui Catiari & Traſpies nominātur. A minimo autem natu reges qui Paralatæ uocantur, & omnib. nomen eſſe Scolotis regis cognomen. Sed Scythas Græci appellauere. Hunc in modū ſe extitiſſe Scythæ memorant, & ex quo extiterunt à primo rege Targitao, uſq; ad Dariſaduerſus ipſos tranſitum, annos omnino mille non amplius fuiſſe. Aurum uerò illud ſacrum in primis cuſtodiri à regibus, placariq; maioribus hoſtijs, & adiri quotannis ſolēniter: & qui aurum ſacrū habet, die feſto dormire ſub dio, & eum nunquam perennare: & ob id dari ipſi tantum ſoli, quantū uno die uectus equo peragrare poteſt. Et cum regio ſit ingens, Colaxain conſtituiſſe tribus filijs ſuis regnū. Vnum quidem (quæ maxima portio eſt) ubi aurum aſſeruatur. Superiora autem ad uentum aquilonem uergentia, ultra quam regionem nulli incolere poſſint, neq; proſpicere, neq; tranſire, propter interfuſas pennas. Pennis enim tum terram, tum aërem oppletum eſſe: & has præſepire uiſum. Hæc Scythæ de ſeipſis, pariter ac de regione ſuperiore narrant. Sed Græci qui Pontum incolunt, ad hunc modum: Herculem Garyonis uaccas agentem, in hanc peruenisſe terram, quæ deſerta eſſet, quam nunc Scythæ incolunt. Geryonem autem habitaſſe extra Pontum, in terra quam Græci uocant inſulā Erythiā, cōtra Gades, quæ ſunt extra colūnas Herculis in oceano. Oceanū uerò

Aurum ſa cram.

Hercules Gerionis uaccas.

ab ortu ſolis incipientem, circumfluere terram, uerbis quidem affirmant, ſed re tamen non demonſtrãt. Illinc Herculem, cum ad regionem quæ nunc Scythica uocatur, uenisſet, ſubtracta ſibi pelle iconis obdormiſſe (deprehenderat enim eum uehemens pluuia & gelu) & dum dormit, intera equas eius à curru paſcentes, diuina quadam ſorte amotas, non comparuiſſe. Eas experrectus cum indagaret, omnem regionem colluſtrans, tandem in terram quæ dicitur Hylæa deueniſſe: ibique in antro quandam inueniſſe uirginem ancipitis naturæ, humanæ ac ſerpentinæ; ſuperne quidem feminorum tenus fœminam, inferius autem uiperam. Eam conſpicatum Herculem atque admiratum interrogaſſe, nuncubi ſuas equas errabundas uidiſſet? Illamque reſpondiſſe, ſe quidem illas habere: ſed non prius reddituram ei, quàm cum ipſa coiſſet: Herculem ſub ea mercede cum fœmina concubuiſſe. Sed cum illa differret reddere equas, cupida diutiſſimè cum Hercule concumbendi, & hic cupieret receptis equis abire, ad poſtremum illis redditis mulierem dixiſſe: Has ego tibi equas, quæ huc uenerant, ſeruaui, tu earum ſeruatarum precium mihi pet ſoluiſti. Concepi enim ex te filios tres: qui ubi adoleuerint, expone quid facere debeam, nunquid hic habere domicilium (nam ipſa huius regionis imperium teneo) an ad te mitti. Hæc percontatæ reſpondiſſe: Poſteaquam eos in uirilem ætatem adoleuiſſe uideris, ſi ita facies, non delinques: Quem animaduerteris eorum hunc arcum ita tendẽtem, & hoc balteo ita percinctum, eum tu huius regionis incolam effice. Qui autem his operibus quæ mando non erit par, eum hinc ablegabis. Hæc exequendo & ipſa lætaberis, & præceptis meis obtemperaueris. Atque ita locutum Herculem, tetendiſſe alterum arcum (duos enim geſtabat) & balteum præmonſtraſſe, atq; utrũq;

Fœmina ſemiuipera.

Herculis filij.

Herculis arcus.

mulieri

mulieri tradidisse arcum & balteum, qui baltens in commissura haberet aurcam phialam: & his donatis abijsse. Illam pueris natis nomina imposuisse, uni Agathyrso, sequenti Gelono, nouissimo Scythæ. Et cum in uirilem ætatem adoleuerunt, eandem mandatorum memorem illa peregisse: & duos quidem filiorum, Agathyrsum ac Gelonum, qui proposito certamini non suffecissent, à matre ablegatos è regione excessisse: Scytham uerò, qui rem complexet, ibidem remansisse: & ab hoc rege progeneratos deinceps reges Scytharum: eoq; ab illa phiala Scythas ad hanc usque ætatem phialas in balteis ferre: & id solum Scythæ matrem excogitasse. Hæc Græci qui habitant in Ponto, referunt. Fertur & alius sermo, ita habens, cui ipse præcipuè assentior: Scythas pecuarios, qui Asiam incolunt, cum à Massagetis bello uexarentur, Araxe transmisso, in Cimmeriam abisse. Nam regio quam nunc Scythæ incolunt, ea fertur olim fuisse Cimmeriorum. Sed inuadentibus Scythis Cimmerios, cum deliberarent, ut qui magno inuaderentur exercitu, in sentẽtia discrepasse, hinc reges, inde plebem, utraq; quidem ualida, sed regum meliore. Nam populus fiebat abstinendum bello, nec oportere cum maltis adire periculum: reges autem pro regione cum inuasoribus dimicãdum. Ita cum neutris alteri obtemperare uellent, & populares censerent sine prælio demigrandum, tradita inuasoribus regione, reges in sua potius patria occumbendum, nec unà cum plebe fugiendum, reputantes quot bona habuissent, & quot mala euidentia habituri essent patria profugi: hæc illis è diuerso sentientibus inter se decertasse, utrosque numero pares: & omnes qui mutuis ictibus concidissent, fuisse à plebe Cimmeriorum sepultos ad flumen Tyram, quorum adhuc sepulchrum extat: his humatis, cæteri è regione migrarunt: quam desertam superne

Agathyrsus. Gelonus. Scytha. Phiala in baltheis Scytharũ. Cimmerij.

Cimmerij muri. Bosporus Cimmerius.

superuenientes Scythæ occupauere. Extantque adhuc in Scythia tum muri Cimmerij, tum portoria Cimmeria, tum loco cuidam nomen Cimmerio, tũ Bosphorus qui Cimmerius appellatur. Constat autẽ Cimmerios in Asiam fugisse Scythas, quòd Chersonesum condiderunt, ubi nunc Sinope Græca urbs sita est. Apparet etiam Scythas in illis persequendis Mediam intrasse, uia aberrantes. Nam Cimmerij quidem fugientes iter semper secundũ mare tenebãt: Scythæ autem eos ad dexteram Caucasum habentes insequebantur, ingressi Mediam, itinere in mediterranea conuerso. Alia quoq; fertur cõmunis Græcorum barbarorumq; narratio. Aristeus quidam Procõnesius, uersificator, Castrobii filius, memorat se Phœbo instinctum uenisse ad Issedonas: & supra hos incolere Arimaspos homines unoculos: & item supra hos esse gryphas, qui aurum asseruent: ac supra hos esse Hyperboreos, id est, superaquilonares, ad mare pertingentes. Hos autem omnes, præter Hyperboreos, Arimaspis autoribus, assiduè finitimis bellum inferre, & ab Arimaspis exterminari Issedones, ab Issedonibus Scythas, à Scythis uexatos Cimmerios, qui ad australe mare incolebant, regionem relinquere. Itaque ne Aristeus quidem cum Scythis de ea regione consentit: qui unde fuerit, qui hæc retulit dictum est à me. Dicetur item, quænam de eodem uiro, in Proconneso & Cyzico audierim. Aristeum aiunt, qui nullo suæ ciuitatis esset inferior genere, ingressum in Procõnneso fullonicam officinam decessisse: fullonemq; occlusa officina, abisse denũciatum rem propinquis defuncti. Dissipatoq; iam per urbem rumore, Aristeum esse uita functum, superuenisse sermoni de hac re disputantium quendam Cyzicenum, ex urbe Artacia profectum, qui diceret sese fuisse congressum cum Aristeo apud Cyzicum, atq; collocutum. Et cum id iste contendea-

Aristeus uersificator. Arimaspi Hyperborei.

De Aristeo mirũ.

contendendo assueraret, propinquos mortui ad fullonium præsto fuisse, habentes quæ ad efferendos homines pertinent. Aperta domo, Aristeum nec uiuum apparuisse, nec mortuum: septimoque deinde anno, cum in Proconneso apparuisset, eos uersus fecisse, qui nunc à Græcis Arimaspei uocantur: quibus conditis, rursus euanuisse. Hoc illæ ciuitates commemorant: quod scio congruisse cum Metapontinis, qui sunt in Italia, trecentis & quadragiuta annis postquã iterum euanuit Aristeus, quemadmodum conijciens & in Proconneso & apud Metapontinos inueni. Metapontini aiunt, Aristeũ cum apud ipsos apparuisset, iussisse arã Apollinis extrui, quæ cognomen haberet Aristei Procõnesi: & iuxta eam erigi statuam, qd' diceret Apollinem ad eos solos ex Italicis in ipsorum terram ueniisse, illum se assectante. Et qui nunc Aristeus esset, cum Deum assectatur, tum fuisse coruum: & hæc locutum, è conspectu abisse. Eoque aiunt Metapontini se Delphos ad Deum misisse sciscitatum, quodnam illud hominis esset proloquium, sibiq; iussisse Pythiam, ut dicto audientes essent. Melius enim cum ipsis actum iri, si parêrent: & hæc se admittentes perfeciisse. Et nunc statua extat cognomine Aristei iuxta aram ipsam Apollinis, in foro extructam, circunstantibus utrinque lauris. Hæc hactenus de Aristeo. Regionis autem, de qua nos dicere institueramus, quænam sint ulteriora, nemo exploratum habet. Neque enim id ego ab aliquo audire potui, qui se diceret nosse quòd ipse uidisset. Ac ne Aristeus quidẽ ipse (cuius paulo antè feci mentionem) in his quos fecit uersibus, ait se ultra Issedonas processisse: sed ulteriora fando sibi esse cognita, quòd Issedones diceret ista commemorare. Verùm nos, quoad longissimè rem inuestigare potuimus, omnẽ referemus. Ab emporio Borysthenitarũ (hoc enim ex maritimis totius

Arimaspei uersus.

Aristei Proconnesii.

Borysthenitarũ emporium.

Scythiæ est maximè medium) primi incolunt Callipidæ, qui sunt Græcoscythæ, id est, è Græcis facti Scythæ, super hos aliud genus eorum, qui uocantur Halizones. Horum utrique cùm in cæteris seruãt ritum Scytharum, tum in serendo atq; uescendo cepe, allio, lente, milio. Supra Halizones incolunt Scythæ aratores, qui non ad panem conficiendum serunt triticum, sed ad illud torrendum. Supra hos incolunt Neuri, quorum tractus qui ad aquilonem uergit, quãtum nos scimus, uastus est. Atq; hæ quidem nationes iuxta flumen Hypanim colunt, ad occidentalem partem Borysthenis. Verùm transmisso Borysthene à mari in primis est Hylæa. Dehinc habitant Scythæ agricolæ, quos Græci qui sub Hypane incolunt, Borysthenitas appellant: ipsi uerò se Olpiopolitas. Hi igitur agricolatores Scythæ colunt eum quidem tractum, qui uergit ad auroram, trium dierum itinere pertingentes ad flumẽ nomine Panticapem: eum uerò qui ad uentum aquilonẽ, undecim dierum nauigatione Borysthenem uersus. Nam tractus qui ulterior est, in multum sanè spacij desertus est. Vltra quam solitudinem Androphagi habitant, id est, uirorum carne uescentes, separata natio, ac nequaquam Scythica. Et supra hos uasta iam proculdubio omnia: nec ulla gens quantum nos scimus. At horum Scytharum qui agricolæ sunt, plagam quæ ad auroram uergit, transmisso flumine Panticape, Nomades, id est, pecuarij Scythæ incolunt, neq; serentes quicquam, neq; arantes. Nuda arboribus est omnis hæc plaga præter Hylæam. Nomades isti incolunt tractum quatuordecim dierum longitudinis, auroram uersus, ad Gerrhum usque flumen. Trans Gerrhum autem sunt ea quæ uocantur regiã, & Scythæ optimi pariter & plurimi, & qui suos seruos esse cæteros Scythas arbitrantur: à meridie quidem ad Tauricam regionem pertingentes, aurora uerò

Callipidæ

Neuri.

Androphagi.

Nomades

uerò ad foſſam, quam duxerunt illi qui ex cęcis geniti fuerant, & ad emporium paludis Mæotidis, quod uocatur Cremni, id eſt, prærupta. Quorum pars ad flumen Tanaim porrigitur. Quæ ſuperiora ſunt ad uentum ſaquilonem Scytharum regionum, eo incolunt Mælanchlæni, alia non Scythica gens. Et ſupra Melanchlænos paludes ſunt, & deſerta hominibus regio, quantum nos ſcimus. Trans flumen autem Tanaim nõ eſt regio Scythica, ſed prima Laxiorum, Sauromatarum, qui à ſeceſſu Mæotidos paludis incipientes, incolunt tractum qui ſpectat aquilonem, itinere dierum quindecim, uacuum prorſus arboribus tã agreſtibus quàm fructiferis. Supra hos habitant (quæ ſecunda portio eſt) Budini, terram colentes totã omni arborum genere frequentem. Supra Budinos ad aquilonem ſtatim excipit ſolitudo octo dierum itineris. Poſt hanc ſolitudinem declinando potius ad uentum ſubſolanum, incolunt Thyſſagetæ, natio copioſa & propria, & à uenatu uictitans. His contigui, & in eiſdem habitantes locis his, quibus nomen inditum eſt Iryczę, & ipſi è uenatione uictitantes, hunc in modum: Conſcenſis arboribus, quę per omnem regionẽ frequentes ſunt, inſidiantur. Singulis adeſt canis, itẽ equus, in uentrem cubare edoctus humilius, ſubſidendi gratia. Vbi quis ab arbore feram uiderit, ſagitta quę percuſſerit, cõſcenſo equo illam perſequitur, comitante cane. Super hos qua uergit ad auroram, incolunt alij Scythæ, qui à regijs Scythis deficientes, ita in hunc locum peruenerunt. Ad hos uſq; Scythas omnis regio Scythica eſt campeſtris, & ſpiſſi ſoli. Reliqua hinc lapidoſa atq; ſalebroſa. Cuius regionis magno trãſmiſſo ſpacio, incolunt ſub excelſorum montium radicibus hi homines, qui ab ipſo natali dicuntur eſſe calui, mares pariter & fœminæ, ſimis quoq; naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris ſono,

Cremni.

Melanchlæni.

Laxi.

Sauromatæ.

Venandi modus.

Calui à natali.

Scythicam geſtantes ueſtem, ex arboribus uictitantes, cui generi arboris nomen eſt Ponticum, magnitudo ferè eadē quæ fico, fructus fabæ ſimilis, inſtarq; nucleí habens. Id ubi mite eſt, ueſtib. exprimunt, & quo ab eo craſſum & nigrum defluit, nomine aſchy, id aut lingunt, aut lacte commixtum potāt. Ex ipſius quoque craſſitudinis fece maſſas ad eſum componunt. Neq; enim multum eſt eis pecorum, utpote non ſtudioſis rei pecuariæ. Sub arbore quiſq; cubat, per hyemem quidem, arbore pileo albo firmoque contecta; per æſtatem uerò, ſine hoc pileo. His nemo mortalium iniuriam infert. Sacri enim dicuntur eſſe, nihilq; Martiorum armorum poſſident. Iidem finitimorum controuerſias dirimunt. Ad quos quiſquis confugit, is à nemine læditur. Nomen eis eſt Argippæi. Ad hos uſq; caluos ingēs quoquò uerſus proſpectus eſt regionis, & gentium, quę in conſpectu ſunt ex Boryſthenis atq; ex aliis Ponticis emporijs. Scythæ qui ad hos cōmeant, per ſeptem interpretes totidemq; linguas perueniunt. Horum tenus notitia rerum habetur. Quod ſupra caluos eſt, nemo pro comperto referre poteſt. Nam montes editi atque præcipiti tranſitum interdicunt, quos nemo tranſcendit. Hi tamen calui ferunt, quæ apud me fidem non habent, incoli montes ab hominibus Capripedibus: quos ubi tranſieris, eſſe alios qui ſenos menſes dormiant, quod ego in primis non admitto. Sed tractum illum qui ad auroram caluis eſt, ab Iſſedonibus habitari ſine ambiguitate compertū eſt. Ille uerò ſuperior, qui uergit ad aquilonem, tam Iſſedonibus quàm caluis ignotus eſt, niſi quatenus iſti ipſi dicunt. Iſſedones talibus moribus uti feruntur. Quoties pater alicui deceſſit, omnes eius propinqui pecora adducunt: quæ ubi mactauerunt conciderunt̃que, concidunt & mortuum patrem illius, à quo in conuiuium accipiuntur, commixtis

Ponticum arboris genus.

Aſchy liquoris genus.

Argippæi

Capripedes.

Iſſedonū mores.

mixtis

mixtisq; omnibus carnibus conuiuium exhibent. Caput tum defuncti denudatum purgatumque inaurant, eoque pro simulacro utuntur, agentes illi quotannis maiores hostias ceremoniasq;. Hæc filius patri facit, quemadmodum Græci natalitia. Dicuntur præterea & hi iusti esse, & ipsorum uxores peræquè fortes ac uiri. Hi & ipsi cognoscuntur. Quod supra hoc est, ibi aiunt Issedones esse homines unoculos, & gryphes auri custodes. Hoc ab eis acceperunt Scythæ, à Scythis nos cæteri acceptum, uerũ putamus, ac Scythicè eos appellamus Arimaspos. Nam arima Scythæ unum uocant, spu uerò oculum. Omnis autẽ quam dixi regio, adeò infestatur hyberna sęuitia, ut octo mẽsibus tolerari non possit: tantum illic gelu est. Sicubi aquam effundas, non facies ibi lutum: facies autem, si ignem accenderis. Ibidem quoque mare glaciatur, & omnis Cimmerius Bosphorus, super quam glaciem, omnes qui intra fossam incolunt Scythæ, exercitus ducunt, & plaustra agunt trãs mare usq; ad Iudos. Ita uis hyberna octo mẽsibus perstat, quatuor tamen mẽsibus reliquis frigora illic sunt. Vbi etiã aliam, quam in cæteris regionibus, conditionem habet hyems. Nã cum tempus pluendi est, nihil ibi quod sit ullius momenti, pluit. Æstate pluere non cessat. Quinetiam tonitrua cùm alibi, tum ibi nulla existunt, æstas nubila est; hyeme si fiant tonitrua, pro ostento habetur. Terræmotus in Scythia si existat, seu æstate seu hyeme, tã quam prodigium admiratur. Eam uim hyemis equi perferunt, muli asiniq; ne incipientem quidem ferunt, cum tamen alibi stantes in gelido equi labefiãt, asini uerò ac muli durent. Et hæc mihi uidetur esse causa, cur omnino cornua bouino generi ibi non succrescant, astipulante sententiæ meæ Homeri carmine in Odyssea, quod ita habet:

Et Libyen, ubi sunt cornuti protinus agni.

Arimaspi unde appellati.

Frigoris mira uis.

Quod

Odyſſ. 4. Cornua quibus in locis cur maturius proueniãt aut ſerius

Quod rectè dicunt, in locis calidis maturè cornua exiſtere. Nam in uehemẽtibus frigoribus aut non oriuntur ſtatim pecoribus cornua, aut ſi oriuntur, uix oriuntur. In Scythia itaq; hoc propter frigora contingit. Quo magis miror (ab initio enim oratio mea indagare inſtituit) cur in omni Helꝛo agro multi nequeant gigni, cum neq; locus ſit frigidus, neq; ulla alia cauſa appareat. Aiunt Helicenſes ipſi ex imprecatione quadam id ſibi contigiſſe. Cumq; tempus aduẽtat conceptus equarum, ſe in loca finitima illas educere. Ibi poſtquam admiſerint aſinos, donec conceperint, tunc rurſus eas reducere. De plumis autem, quibus aiunt Scythæ oppletum eſſe aërem, & idcirco non poſſe proſpici longius continentem, nec ulterius tranſiri, hæc eſt mea ſententia: Quod ultra eam regionem aſſiduè ningit, & (ut credibile eſt) minus æſtate quàm hyeme. Nam ut cuilibet eminus intuenti cadentem niuem copioſam, liquet quod dico, nix plumis aſſimilis eſt: & propter hãc talem hyemem inhabitabilia ſunt eius continentis loca, ad aquilonem ſpectantia. Eoq; opinor, plumas niuem eſſe interpretantes Scythas, ac circumiectas gentes ita loqui. Verùm hæc quæ reperiuntur, longiſſimè dicta ſunt. De Hyperboreis autem hominibus neq; Scythæ quippiam, neq; alij ulli illic incolentium memorant, præter Iſſedones, nec ipſi quidem (ut mihi uidetur) dicentes aliquid. Dicerent enim & Scythæ de hoc, quemadmodum de unoculis dicunt. Quanquam & ab Heſiodo de Hyperboreis mentio fit, quinetiam ab Homero in Epigonis, ſi tamen Homerus re uera fecit hos uerſus. Sed multo plurima de his Delij memorant, ſacra alligata in triticea ſtipula ex Hyperborcis delata ueniſſe ad Scythas: à Scythis deinceps finitimos accepiſſe, gradatimq; per ſingulos ad occaſum uſq; atq; illinc meridiem uerſus dimiſſa, à primis Græcorum

Plumis oppletus aer

Hyperborei.

Heſiodus. Homeri Epigoni.

Sacra Hyperboreorum.

Dodonæis

Dodonæis esse acceptæ, & ab his descēdisse ad Melien sem sinum, peruasisse ꝙ in Euboiam & oppidatim usque ad Carystum, & illinc reliquisse Andrum. Carystios enim esse, qui ijsu Tenum portarint: Tenios uero in Delum, atque ita hæc sacra in Delum aiunt peruenisse. Sed primum Hyperboreos misisse duas puellas, quæ ferrent hæc sacra, quas Delij aiunt Hyperochen & Laodicen, & cum his tutelæ gratia quinque è suis popularibus, qui eas deducerent, nunc Perpheree uocatos in Delo, ubi in magno honore habentur. Et cum isti ab Hyperboreis missi rursus non rediret, indignè ipsos Hyperboreos tulisse, si eos quos assiduè mitterent, non reciperent. Ita misisse qui ferrent ad confines suos sacra in stipula tritici ligata, iuberentque illos considerate mittere ad aliam nationem. Atque ita hæc gradatim missa, aiunt deuenisse in Delum. His quidem sacris simile quiddam fieri animaduerti à fœminis Tracijs, atque Pæonijs, quæ in sacrificando regiæ Dianæ, non sine stipula triticea id faciunt, atque ipse uidi eas facientes. Cæterùm his uirginibus Hyperboreis uita functis in Delo, parentant puellæ Deliæ ac pueri, tonsis utrique crinibus, quos puellæ quidem fuso inuolutos, supra monumentum aliarum deponunt: pueri autem ad quandam herbam applicantes, & ipsi sepulchro imponũt. Est autẽ monumentũ intra Artemisium ad sinistram intrãtibus, olea illic superenata. Hoc honore ab incolis Deli afficiuntur hæ uirgines. Aiunt ijdem Argin & Opin uirgines ex Hyperboreis, eorundem hominem ætate in Delum uenisse, etiam priores Hyperocha & Laodice: & has quidem uenisse ad reddendum Luciniæ tributum ꝙ partu maturando, quod instituerant, Argin uerò & Opin unà cum ipsis deis aduenisse, & honorib. aliis ante illas fuisse donatas. Ad eas enim cõgregari cœtũ mulierum, quę hymnum canãt ab Olen Ly-

Deliæ puellæ sacra.

Dianæ regiæ sacra.

Argiæ Opis

Luciniæ thesaurus.

ne Lycio conditum, in quo hymno nomina Argis & Opis nuncupãtur. Deinde à Delijs edoctos insulanos & leones, certus agere institutisse, & nominatim Argin & Opin decantare. Hic Olen è Lycia profectus, alios quoq; ueruſtos fecit hymnos, qui cãtantur in Delo dum cinis qui ſupra ſepulchrum eſt Argis & Opis, diſpergitur ſuper infinitam ægrotorũ turbam, qui ad aram ſunt. Eſt aũt ſepulchrum earum poſt Artemiſium, ad auroram ſpectans, proxime Ceiorum cœnaculum. Hactenus de Hyperboreis dictum ſit. Nam de fabula Abaris, qui fertur eſſe Hyperboreus, nihil dico: quã fagittam dicitur per uniuerſam terrã circuntuliſſe, nihil comedens. Quod ſi qui ſunt Hyperborei, id eſt, ſuperaquilonares, erũt alij & Hypernotij, id eſt, ſuperauſtrales. Nempe rideo, cũ multos uideo iã deſcripſiſſe ambitum terræ, nullum habentes in exponendo ſenſum, qui Oceanum ſcribunt circunfluere terrã, tanq; tornum factam eſſe orbiculatam, & Aſiam facientes Europæ parem. Nam ego ſingularum magnitudinem breui patefaciam, & quanta ſint ſingula ad deſcribendum. Vbi Perſæ incolunt, id ad auſtrale protenditur mare, quod dicitur rubrum. Super hos ad uentum aquilonem habitant Medi, ſuper Medos Sapires, ſuper Sapires Colchi ad ſeptentrionale pertingentes mare, in quod influit flumen Phaſis. Hæ quatuor nationes à mari ad mare incolunt. Dehinc ueſperam uerſus, ab ea duæ oræ terrarum ad mare protenduntur, quas ego exponam. Hinc quid ad aquilonem uergit, ora una à Phaſi incipiens, porrigitur id mare per Pontum & Helleſpontum, uſq; ad Sigeum Troicum. Quæ uero ad auſtrum uergit, eadem ora à ſinu Mariandico, q Phœnici adiacet, tenditur ſecundum mare ad promõtorium uſq; Triopium. Incolunt aũt in ora hac hominum nationes triginta. Talis eſt una ora. Altera uerò à Perſis incipiens, porrigitur ad rubrum mare, quod & Per-

Olen. Lycius.

Ceiorum cœnaculũ Abaris fabula.

Orbis partitio.

Aſia.

& Persicũ uocatur: deinde gradatim Assyria, atq; inde Arabia, desinitq; in sinu Arabico: & si non desineret, nisi quod Darius è Nilo riuos in illum sinum induxit. A Persis ad Phœnicẽ tractus amplus est ac multus. A Phœnice hæc ora tendit secundũ hoc mare per Syriam Palæstinam & Aegyptum, in qua terminatur: intra quam tres sunt omnino nationes. Atq; hæ sunt quæ à Persis occasum uersus in Asia continẽtur. Quæ supra Persas sunt, & Medos, & Sapries, & Colchos, auroram uersus & solem orientem hinc mari rubro abluuntur: aquilonem uersus, à mari Caspio & flumine Araxe, qui contra solem orientem fluit. India tenus habitatur Asia. Illinc iam auroram uersus deserta sunt: nec qualia sint, dicere quisq; potest. Et Asia quidem talis & tanta est. Africa autem ab altera ora est, *Africa.* ab Aegypto enim iã excipitur. Hæc ora circa Aegyptũ iam angusta est. Nam ab hoc mari ad rubrum, intercà pedinis est cẽtum milliũ ulnarum, quæ sunt mille stadia. Ab his deinceps angustijs spacioſa sanè ora excipit, quæ Africana dicitur. Itaq; admiror eos, qui distinxerunt Africam, Asiam, Europã: inter quas non parum est differentiæ. Siquidem Europa longitudine quidẽ cæteras assequitur, latitudine uerò non uidetur mihi comparari digna. Nam Africa seipsam monstrat circumfluã mari esse, excepto dũtaxat ubi Asiæ cõtermina est, Neco Aegyptorũ rege, eorũ quos nouimus primo in hoc demonstrãdo. Is postquam destitit à deprimẽda fossa, à Nilo ad Arabicũ sinum, misit nauib. quosdam Phœnices, præcipiens ut transuecti colũnas Herculeas penetrarent ad septentrionale usq; mare: atq; ita ad Aegyptum remearent. Phœnices igitur è rubro mari soluentes, abierunt in mare australe: qui postq; autumnus aduenerat, appellentis ad terram nauibus sementem faciebant: ut assiduè Africani legerẽt, ac messẽ expectarẽt. Deinde mes-

Europa.

Phœnices ad Africã cognoscẽdam missi

so fru

so frumento nauigabant. Ita biennio consumpto ad Herculeas columnas, anno tertio declinãtes in Aegyptum remearunt, referentes quæ apud me fidẽ non habent, fortè apud aliquem alium: prætereũtes Africam, se habuisse solem ad dextram. Atq; hunc in modum Africa primùm est cognita. Secundo loco fuere Carthaginenses, qui dixerunt quendam Sataspem, Teaspis filium, virum Achæmenidem, qui Africam non pernauigauit cum esset ad hoc ipsum missus: sed tum nauigationis longitudine, tum terræ solitudine deterritus retrò rediit, non impleto labore, quem ei mater iniunxerat. Erenim uitiauerat filiam uirginem Zopyri, filii Megabysi, quem ob hanc causam à Xerxe rege suffigendum cruci mater sua, quæ fuerat Darij soror, liberauit: quòd diceret se maius illi supplicium irrogaturam, quam rex pararet. Quippe necesse ei fore pernauigare omnem Africam, dum perueniret ad Arabicum sinum. His annuente Xerxe, Sataspes in Aegyptũ abijt, sumptaq; illinc naue ac sociis, nauigauit ad columnas Herculis: quibus transmissis, circumuectus Africæ promõtorium, nomine Syloes, in meridiem cursum tenebat. Emensusque permultum maris intra complures menses, cum assiduè plure tempore opus esset, conuerso cursu in Aegyptum rediit. Et illinc ad regem Xerxem regressus, aiebat se in prætermauiganda remotissima ad quam ierint ora, uidisse homines pusillos, Phœnicea utentes ueste, qui quoties ipsi terræ nauim applicarent, ad montes se fuga proriperent relictis urbibus. Ipsos autem illos ingressos nihil iniuriæ intulisse, pecora tamen illinc excepisse. Quòd autem totam Africam non pernauigassent, hanc causam afferebat, quòd nauigium ulterius procedere non posset, sed retineretur. Hunc Xerxes negans locutum uera, quòd certamen sibi propositum non exoluisset, in crucem sustulit, irrogata quã destinauerat

Zopyri filia.

Sataspes cruci suffixus.

destinauerat pœna. Huius Sataspis eunuchus audita domini nece, Samum cum magna pecunia profugit, quã Samius quidã interuertit. Eius nomen cũ sciã, tamẽ uolens obliuiscor. Asiæ bona pars à Dario inuestigata est. Is cupidos cognoscendi ubinã Indus (qui secundus omniũ fluminũ crocodilos præstat) mare influat, misit nauibus cùm alios quosdã, quos uera renũciaturos cõfidebat, tum Scylacẽ quendam Caryandẽum. Illi à Caspatyro urbe, & à terra Pactya profecti, secũdo flumine auroram uersus atq; solem orientẽ nauigantes in mare, de hinc per ipsum mare, tricesimo demũ mense tenuerunt eum locũ, unde rex Aegyptiorũ eos Phœnices, quos antea dixi, miserat ad Africam pernauigandam. Post horum pernauigationẽ Darius Indos subegit, & eo mari potitus est. Ita Asiam (præter eam quæ orientem solem spectat) compertum est partem Africæ esse. Europa à nemine inuestigata est, neque qua ad orientem, neq; quà ad aquilonem uergit, an mari claudatur. Longitudine tamen cognoscitur ad utranq; accedere. Neq; possum cõiectura colligere, unde sit: & cũ una sit terra, trifaria sint ei nomina indita æmulierum cognominibus, eiusq; fines ponantur Nilus fluuius Aegyptiacus, & Phasis Colchidicus. Alij aiunt esse fines Tanaim & Mœotidem, fretumq; Cimmeriũ: sed negãt se audisse nomina eorũ, qui hęc distinxerũt, & unde nomina imposuerint. Iã enim Libya quidẽ, id est, Africa, à plerisq; Græcorũ fertur sortita nomen à Libya, quadam muliere indigena. Asia uerò ab uxore Promethei: quanquàm Lydi hoc sibi nomen uendicant, asserentes ab Asio Manei filio Asiam appellatã, non ab uxore Promethei. Vnde & Sardibus familiam quandam esse uocatam Asiadem. Europa autem neq; an sit mari circunflua, neque unde hoc nomen acceperit, neque quis nominis autor extiterit, ab aliquo mortalium

Indi à Dario subacti Asia.

Europa.

Libya unde.

Asia unde Europa unde appellata.

*Aliter, Syria.

compertũ eſt, niſi quod dicimus ab Europa & Tyria nd
men accepiſſe regionem: nec autè, ſicut cæteras nomẽ
habuiſſe. Tamen illam ex Aſia fuiſſe conſtat, neque in
hanc commeaſſe terrã quæ nunc à Græcis nocatur Eu
ropa, ſed è Phœnice tantũ in Cretam, & è Creta in Afri
cã. Hæc hactenus de his dicta ſunt. Nã quæ ſentimus
de his, hæc dicimus. Pontus Euxinus, in quẽ Darius
fecit expeditionem, nationes exhibet omniũ imperi-
tiſſimas, Scythica duntaxat excepta. Nullius enim na
tionis eorum quæ ſunt intra Pontum, aut aliquid ad
ſapientiã pertinẽs, proferre poſſumus, aut aliquẽ uiſi
pro erudito habitũ nouimus, prꝛter Scythicã gentem
& Anacharſim. In gente Scythica ex omnib. humanis
negocijs unſi maximum, quantũ nos ſcimus, excogi-
tatum eſt. Nã cætera non admiror. Quod maximũ ab
eis excogitatum, id eſt, ut neq; quiſpiã qui ad eos ſe cõ
tulerit, aufugere: neq; ipſi capi poſſint, aut ne inueni
ri quidẽ, ſi nolint, atq; deprehendi. Siquidẽ nullæ ſunt
eis urbes, nulla mœnia extructa. Domos ſecum ferunt
ſinguli: equeſtresq; ſunt ſagittarij, non pacuiſitan-
tes, ſed ex pecoribus: pro domibus plauſtra habentes:
quidni, imbelles alioqui futuri, & ad dimicandũ inha
biles? Hæc ſunt ab eis inuenta, cũ opportunitate terre-
tum fluminum beneficio. Nam hæc terra cum ſit cã-
peſtris, ſua ſponte uliginoſa eſt & humida, camq; inter
fluunt flumina non multò pauciora numero, quàm
in Aegypto eſſe. Quorum quæ ſunt celeberrima, & à
mari nauigabilia, ea recenſebo. Iſter quinq; oſtia ha-
bens, poſt hunc Tyres, & Hypanis, & Boryſthenes, &
Panticapes, & Hypacyris, & Gerrhus, & Tanais. Hi
horſum fluunt. At Iſter, omnium quos nouimus flu-
uiorum maximus, ſemper ſibi ipſi par, tam æſtate quã
hyeme, fluit ab Heſperio, primus omnium qui ſunt
in Scythia. Ob id omnium maximus, quòd alij in eũ

Pontus Euxinus.

Anacharſis.

Scythaꝝ mores.

Flumina Scythiæ.

influunt, qui ipsum ingentem reddunt, per Scythiã delapsi numero quinq. Vnus quem Porata Scythę appellant, Græci Pyreton, alter Tiarantus, tertius Ararus, quartus Naparis, quintus Ordissus. Horum primo loco dictus, fluuius magnus est, ad auroram fluens, cum Istri aqua communicat. Minor est Tiarantus, ad hesperum magis uergẽs. Inter quos cæteri fluentes, Ararus, Naparis, & Ordissus, in Istrum infunduntur. Hi sunt uernaculi Scythiæ amnes, qui illum augent, in quem etiam euoluuntur. Ex Agathyrsis quidem fluens amnis, Maris: ex Hæmi uerò iugis tres alij ingentes ad aquilonem uentum, Atlas & Auras, & Tibesis. Per Thraciam uerò & Crobyzos Thracẽs, Athres, & Noas, & Araeas. Et ex Pæonijs ac monte Rhodope, medium interscindens Hæmum, Cius. Quin ex Illyris in aquilonem tendens Angrus, planitie Triballiam inter fluẽs, Brongum intrat, Brongus Istrũ. Ita utrunq; per se magnum Ister excipit. Præterea ex Vmbricorum regione Carpis, & aliud aduentum aquilonem Alpis in Istrum exeunt. Omnem enim Europam Ister emetitur (sumpto ex Celtis initio, qui omnium in Europa ad solis occasum extremi sunt post Cynetas) totam quę permensus Europam, ex transuerso ingreditur Scythiam. His quæ dixi fluminibus, & alijs aquas ferentibus, Ister fit omnium maximus. Quod si alterius cum alterius aqua comparetur, profectò Nilus copia aquæ antecellit. quòd in eum nullus neq; fluuius neq; fons ingrediens, ad incrementum aquę cõfert. Quod autem Ister sibi semper par fluit, tam æstate q̃ hyeme, ob id fit (ut mihi uidetur) quòd hyeme est, quæstus est, aliquantulo maior quàm sua natura fert. Nã per hyemem paululũ in ea regione pluit, sed ubiq; ningit: æstate uerò nix, quæ sub hyemem decidit permulta, undiq; in Istrum liquefacta dilabitur, eumq; implet, nec

Naparis.

Triballia planities.

Celtæ.

Ister semper par.

ipſa ſolum, ſed cum ea Imbres multi atque uehemen-
tes. Quippe per æſtatẽ pluit, quo tempore quanto plus
aquæ ſol ad ſe attrahit quàm hyeme, tanto plus aquæ
cum Iſtro miſcetur æſtate quàm hyeme. Ita cum pa-
ria faciat Iſter datis aquis & acceptis, fit ut ſemper vi-
deatur ſibi eſſe ſimilis. Ex fluminib. ergo quæ apud Scy
thas ſunt, unum eſt Iſter. Poſt hunc Cyres, qui ab aqui
lone means, ortũ trahit ex ingenti palude, quæ Scythi
cam terrã à Nebride ſeparat. Ad oſtium huius incolũt
Græci, qui Tyritæ uocantur. Tertiũ flumen eſt Hypa-
nis, ex Scythia uenicns, & ex magna palude profluens,
circũ quam paſcuntur equi ſylueſtres candidi, reſtè
uocatur hæc palus mater Hypanis. Ex hac igitur ortus
Hypanis, fluit ferè quinque dierum nauigatione, an-
guſtus, & adhuc dulcis, ſed mox quatuor à mari diẽ
nauigatione ſanè quam amarus, propter amarum, qui
in eum fluit, fontẽ: adeò inquã amarum, ut cum ſit ex
iguus magnitudine, ramẽ inficiat Hypanim flumẽ in
paucis magnũ. Eſt aũt hic fons in finibus regionis Scy
thiũ aratorum, & Alizonũ, eodẽ nomine quo locus
unde emanat, Scythica lingua Amarãpeus, id eſt, facre
uix. Apud Alizonas contrahunt terminos ſuos Tyre
& Hypanis, mox deinde in diuerſum abeuntes, mediã
intercapedinem laxant. Quartus fluuius eſt Boryſthe
nes, ſecundum Iſtrum omniũ maximus, & noſtra ſen
tentia, non modò Scythicorum fluuiorum longè hu
berrimus, ſed etiam cæteris huberior, præter Aegyptiũ
Nilum, cũ quo non licet aliũ cõparare. Cæterorum hu
berrimus eſt Boryſthenes, paſcua præbens amœniſſi-
ma, & accommodatiſſima pecoribus, necnõ optimo-
rum ac ſingularium affatim piſcium, idem ad potan-
dum ſuauiſſimus, liquidus inter turbidos fluẽs, iuxta
quem ſementis optima fit, & herba non ſatiua, etiã al-
tiſſima. In cuius quoq; oſtia ingens uis ſalis ſua ſpon
te con-

Equi ſylueſtres candidi.

Aratores Scythæ.

Alizones

Boryſthenes.

te concreſcit. Præbet idem ingentia cete ad falſurã, ſpinis carentia, quæ antacæos appellant. Alia præterea præſtat admiratione digna. Quadragintа dierum nauigatione uſq; ad locum nomine Gerrhũ, cognoſcitur ab aquilone fluere. Superiora per quæ fluit, nemo hominũ eloqui poteſt. Apparet tamẽ fluere p ſolitudinẽ ad Scytharum agricolantiũ plagam. Nam hi Scythæ decem dierum nauigatione accolunt hoc flumen. Cuius tantum ac Nili fontes, nec ipſe poſſum, nec ullum Græcorum reor poſſe dicere. Idem cum ad mare aduẽtat, Hypanis cum eo miſcetur: eodem in loco marc irrumpens. Quod inter hos amnes in confluentem tendentes intercapedinis eſt, Hyppolco promontoriũ uocitatur, ubi delubrum Cereris extructũ eſt. Vltra quod delubrum ſub Hypani incolunt Boryſthenitæ. Hactenus quæ ab his fluuijs. Poſt hos alius, qui quintus eſt, nomine Păticapes, & ipſe ab aquilone fluẽs, atq; è palude. Inter quẽ & Boryſtheuẽ incolunt Scythæ agricolatores. Idem in Hylæam ingreditur, qua tranſmiſſa Boryſtheni immiſcetur. Sextus eſt Hypacaris, qui è palude manans, mediosq; Scythas pecuarios influens, in marę uoluitur, iuxta Carcinitim oppidum, ad dexterã coercens Hylæam, & curſum, qui dicitur Achillis. Septimus eſt Gerrhus, nomen à loco obtinens, qui à Boryſtheue dirimitur circa ea loca, apud quæ Boryſthenes cognoſcitur: cui loco nomen eſt Gertho, diſtermi natq; regionem Scytharum pecuariorum ac regiorum. Et dum in mare fluit, in Hypacarim dilabitur. Octauus eſt Tanais, qui ſuperius è uaſta palude profluens, in aliam uaſtiorem diffunditur, nomine Męotim, quæ diſcludit regios Scythas à Sarmatis. In hunc Tanaim alius influit, nomine Hyrgis. Ita Scythæ celeberrimis amnibus muniti ſunt. Gramen quod in Scythia germinat, omnium quæ nos nouimus ger-

Nili fontes.

Cereris delubrum.

Scythæ agricolatores.

Archilleus curſus.

minum aridissimum est, quod ita se habere dissectis pecoribus licet discernere. Et ea quidem quæ maxima sunt, ita apud eos abundant. Cæteri eorum mores hunc in modum sunt instituti. Deorum hos solos propitiantur: Vestam ante omnes, deinde Iouem ac Tellurem, existimãtes Tellurem Iouis coniugem esse. Post hos Apollinem, & cœlestem Venerem & Martem, & Herculem. Hos cuncti Scythæ deos arbitrantur. Sed qui regij Scythæ uocantur, etiam Neptuno sacrificant, appellantes Vestam lingua sua Tabiti, Iouem Papæum, mea sententia rectissimè: Tellurem Apiam, Apollinem Oetosyrum, cœlestem Venerem Artimpasam, Neptunum Thamimasadem. Simulacra & aras & delubra facienda non putant, præterquam Marti. Idem sacrificium prorsus apud omnia templa fieri, eodem modo est institutum, qui talis est: Victima ipsa primoribus implicita pedibus sistitur, cuius à tergo stans immolator, amota in primis insula, pecudem ferit, eaque concidente deum inuocat, cui illam mactat: deinde circundat laqueum collo, tum iniecto baculo circunducit, hostiamq; strangulat non incenso igni, non sacris nuncupatis, non sumptis libamentis: sed ubi pecudem strangulauit, eique pellem detraxit, ad coquendam se conuertit. Verùm cum Scythica regio lignorum sit admodum inops, hoc ab illis ad carnem coquendam excogitatum est: Vbi victimam pelle denudarunt, denudant ossa quoque carnibus, deinde illas in lebetes eius gentis, Lesbijs crateribus assimiles, uisi quod sunt multò capaciores, inijciunt. Subiectis atque succensis ossibus hostiarum, coquunt. Si autem non adfuerit lebes, omnes carnes hostiarũ in aluos illarũ, & cum aqua cõmiscent, atq; ossa succendunt. Quibus pulcherrimè ardentibus, & aluis facile capientib. carnes ossibus separatas, ita fit, ut bos se ipse

Tellus dea
Venus cælestis.
Vesta.

Victimæ cædendæ ritus.

Scythia lignorũ inopia.

se ipse coquat,& item cætera pecora immolata, per semetipsum quodq; elixum fiat. Coctis carnibus, is qui immolauit, carum atq; intestinorum libamenta ante se ponit. Immolant autem cùm alia pecora, tũ præcipuè equos. Et alijs quidem dijs hunc in modũ & alias pecudes immolãt. Marti uerò sic prisco ritu apud quosque tale extruitur templũ: Sarmentorũ fasces aggerantur triũ in longũ latumq; stadiorũ, minoris tamẽ sublimitatis, desuper quadrata planities efficitur, tria latera præcipua sunt, quartũ acclive, per quod ascendatur. Eo quotannis cõparant centũ quinquaginta plaustra sarmentorũ Nã semper ppter cæli tẽpestatẽ illa marcescunt. Sub hoc aggestu ferreus Acinacis, qui singulis uetustus est, statuitur. Idq; est Martis simulacrum, cui annuas hostias offerunt cũ aliorum pecorum, tũ equorũ, & plus huic Acinaci q̃ cæteris dijs. Ex captiuis centesimum quenq; immolãt, non eodẽ quo pecora modo, sed diuerso. Nam ubi corũ capitib. uinum libauerunt, ipsos ad quoddam uas mactant: dehinc eisdem in cõgeriem sarmentorum sublatis, Acinacem cruore perfundunt. Hæc quidem supra conferunt, inferius autẽ ad templum illa faciunt. Virorum interemptorũ omnes humeros dextros præcidunt, quos unà cũ manib. in aẽrem iaciunt, quocunq; deciderit manus, ibi iacet, & seorsum mortuus. Cæteris deinde solennib. confectis, abeunt. Et sacrificia quidem hæc ab eis sunt instituta. Sues pro nihilo putant, quos nec alere omnino in sua regione uolunt: quæ uerò ad bellũ attinent, hũc in modum sunt ab eis cõparata. Quem primum uirũ ceperit uir Scytha, eius sanguinẽ potat: quoscũq; in prælio interemerit, eorum capita regi offert. Nam capite allato, fit prædæ quãcunq; ceperit particeps, alioqui expers. Caput hoc modo præcidit. In orbem illud amputat circa aures, uerticeque sumpto excutit, deinde

Martis simulacrũ Acinus.

Sues apud Scythas.

Scytharũ mos in hostes.

inde pellem detrahit: & ubi ſicut bouis coriũ manib. molliuit, tanquã mantile poſſidet, eaq; & habeuis e- qui ſui appenſa gloriatur: qualia mãtilia quiſq; ut plu rima habeat, ita uir iudicatur præſtantiſſimus. Sunt multi quoq;, qui coria hæc humana tanq; brutorũ cõ ſuant, quibus pro amiculis induantur. Multi etiã cæ- ſorũ hoſtium manus dextras cũ unguibus excoriant, eisq; opercula pharetrarũ integunt. Eſt aũt inter om- nia coria humanum ferè & craſſum maximè & cãdo- re ſpleudidũ. Multi totos homines excoriatos, & ſup ligna extentos, ſupra equos circunferũt. Hæc ab illis in mores ſunt recepta. Nõ tamen de omniũ, ſed de inimi ciſſimorũ capitib. hoc faciunt, ut illud quiſq; infra ſu percilia reciſum prorſus exenterent: & crudo tantum bouis corio, ſi pauper ſit: ſin diues, non modò exterius inducat bouino corio, uerũ etiã interius inauret, & ſic uterq; pro poculo utatur. Idẽ agũt de domeſticis, ſi in ter eos extiterint diſcordiæ, dum apud regẽ uictoria ſunt potiti. Hæc capita hoſpitibus, qui ad eos ueniunt uiri alicuius exiſtimationis, exhibent: referuntq; illos, cum eſſent domeſtici, & ad pugnam laceſſiſſent, ab ipſis eſſe ſuperatos, id ſtrenuitatis loco ponentes. Se- mel quotannis ſinguli regionum principes miſcent uinum crater: de quo Scythæ omnes hoſtium homi- cidæ bibunt, nemo guſtat qui nihil præclari operis edi derit, ſed ſine honore ſeorſum ſedet: quæ res apud eos maximę eſt ignominię. Qui uerò cõplures cædes fece- runt, hi duobus pariter quos habẽt calicib. potant. A- pud coſdẽ permulti ſunt uaticinatores, qui cum plu- ribus uirgis ſalignis diuinant, ad hunc modũ: Grandes uirgarum faſces cum attulerunt, humi poſitos diſſol- uunt, ac ſeparatim ponentes illarum ſingulas uatici- nantur: Atq; hæc dicẽdo, uice uerſa uirgas prehendũt, ac rurſus ſigillatim componunt. Hæc eſt illis tradita à

Manilia Scytharũ.

Coria humana.

Vaticinatores cum ſalignis uirgis diuinantes.

maioribus

maioribus diuinatio. Sed Enaries, qui sunt androgyni aiunt sibi à Venere traditam diuinationem, tiliæ frõ de quo uaticinantes. Tiliam ubi quis trifariam scinderit, digitis suis eam implicando ac resoluendo tractat, atque hunc in modum uaticinantur. Horũ tres maximè probatos accersit rex quoties ægrotat: cui isti semper ferè dicũt hunc aut illũ ciuẽ (nominãt aũt hominẽ de quo loquuntur) peieraſſe, iurantẽ per regiũ solium. Est autem Scythis mos plerunq; iurandi per regium soliũ, cum maximum uolunt interponere iusiurandum: protinusq; is quem dixerint peieraſſe, adductus, coarguitur scientia diuinandi, tanquàm compertus falsò dieraſſe per regium solium, & ob id regẽ ægrotare. Si ille inficiatus se negat peieraſſe, atq; rem grauiter ferat, rex duplum uaticinorum accersit. Qui inspecta diuinãdi ratione, si & ipsi hominem periurij conuicerint, sine mora caput excidunt: eiusq; facultates inter se partiuntur primi uaticini. Sin uerò illi, qui superuenerunt, uaticini homines absoluerint, alij atq; alij præsto sunt: quorum si plures absoluerint, decernitur primis illis uaticinis esse pereundum, eosq; hunc in modum necant. Plaustrũ concameratum ubi sarmentis referserunt, bobusq; iunxerunt, uaticinos pedib. implicatis, & manibus post tergum reuinctis, atq; ore obstructo, extendunt in medium sarmentorum: inceusisq; sarmentis territando agitant boues. Quorum boum multi cum uaticinis concremantur, multi ambusti utique cremato plaustri temone aufugiunt. Hoc, quem dixi, modo uaticinos comburunt, etiam ob alias causas, appellantq; falsos uaticinos. Sed quos morte rex afficit, eorum ne liberos quidem relinquit, sed uniuersos mares interficit, fœminis nihil læsis. Fœdera cum quibuscunq; ineunt Scythæ, hoc modo ineunt: Infuso in grandẽ calicem fictilẽ uino, cõmiscent

Scytharũ iusiurãdũ.

Vaticinarum falsorũ pœna.

eorum sanguinem, qui feriunt fœdus, percussorum cultello aut inciſorum gladio aliquantulum corporis. Deinde in calice tingunt acinacem, ſagittas, ſecurim, gladium. Hæc ubi fecerunt, ſeſe multis uerbis deuouent: poſtea uinum eporant, non modò ij, qui fœdus fecerunt, ſed etiã comites hi, qui ſunt maximæ dignitatis. Regum ſepulchra apud Gerrhos ſunt, ubi Boryſthenes iam nauigabilis eſt. Ibi cum rex eorum deceſſit, ingentem ſcrobem effodiunt forma quadrata. Hoc ubi præpararunt, accipiunt mortuum corpore incerato, aluo euulſa atque expurgata, quam ſilere contuſo & thymiamate, apiſq; ſemine & aniſi, cũ expleuerunt, reſuunt rurſus, impoſitumq; plauſtro cadauer, ad aliã gentem ferunt. Quod qui excipiũt, eadem agunt quæ regij Scythæ: aurem decidunt, crinem circumtondent, brachia circuncidunt, frontẽ naſumq; conſaucient, ſiniſtrã manũ ſagittis traijciunt. Poſtmodum regis cadauer carpento ferunt ad aliam gentem, cui imperitant. Sequuntur autem eos ij ad quos prius uenerunt. Poſtquam mortuum circumferentes perluſtrarunt omnes, uentum eſt ad Gerrhos, quæ gens extrema eſt eorum imperij, & in qua eſt ſepultura. Deinde poſtquam mortuum ſuper torum in loco poſuerunt, haſtis hinc atque hinc defixis, deſuper ligna diſponunt: deinde pallio contegunt. In reliqua loculi ſpacioſitate aliquam eius pellacum ſtrangulatam ſepeliunt, & eum qui uina miſcebat, & cocum, & equi agaſonem, & miniſtrum, & qui erat à nunçijs, necnon equos, & aliarum rerum omnium primitias, quinetiam phialas aureas. Nam argenteum & æreum nihil in uſu habent. His actis, humum certatim atque auidè iniiciunt, cupientes tumulum quammaximum efficere. Circumacto anno, rurſus hoc agunt: E famulis regis intimos ſumunt. Sunt autem famuli regum ingenui Scythę,

Regum ſepulchra.

Luſtratio regi cadauerio.

Sepulchra regũ Scytharũ. Argentũ atque æs Scythæ in uſu nõ habent.

Famuli regũ Scytharum.

thæ,& quos ipſe rex iuſſerit. Nam nullus uenalitius ei miniſtrat. Horum miniſtrorum quinquaginta cum ſtrangulauerunt, ac totidem præſtantiſſimos equos, eductis inteſtinis,expurgatis paleis implent ac conſuunt.Et ubi dimidium orbis rotæ ſuper duo ligna reſupinatum ſtatuerint,alterumq; dimidium ſuper altera duo ligna,& item alia multa huiuſcemodi defixerint, tum ſuper ea equos imponunt , craſſis lignis in longum ad ceruicem uſque traiectos, ita ut priores orbes ſuſtineant armos equorum,poſteriores uerò iuxta femora ſuſcipiant uteros, utriſque cruribus ſuperne pendentibus. Equos infrenant,eorumq; habenas ad palos extentas alligant. Dehinc ſuper eorum ſingulos ſtatuunt , ſingulos quinquaginta iuuenum ſtrangulatorum, hunc in modum: Vnicuique eorum rectum ſtipitem per ſpinam ad cervicem uſque transfigunt: quod inferius ſtipitis extat ultimum,infigunt tigno illi,quo equus traiectus eſt. His equitibus ſepulchro circumpoſitis abeunt. Hunc in modum reges ſepeliunt. Alios autem Scythas cum deceſſerunt,proximi quinque in plauſtris collocatos ad amicos circunferunt. Eos ſinguli amicorum excipientes,epulum cadaver comitantibus præbent, tam propinquis quàm cæteris. Ad hunc modum quadraginta diebus priuati homines circumaguntur:dehinc humantur,tali tamen ratione prius purgati: Vbi caput exinaniuerunt, abluuntque, circa corpus ita agunt: Tria ligna ſtatuunt mutuo inclinata, circa hæc prætendunt lauea pilea, quammaximè poſſunt conſtipantes,& in ſcapham,in medio lignorum pilcorumq; poſitam, lapides conijciunt ex igne candentes . Naſcitur autem apud eos cannabis lino ſimilima, præterquam craſſitudine ac magnitudine. Sed quàm noſtra eſt multo præſtantior, uel ſua ſponte naſcens, uel ſata:

ex

Thracum uestimẽta cãnabacea.

ex qua Thraces uestimenta conficiũt, lineis similima; quæ nisi quis admodũ terat, linea sint an cannabacea, non queat dignoscere: & qui non uiderit cannabem, existimet lineum esse uestimentũ. Huius cãnabis sumptũ semẽ Scythæ sub pileis occulũt, supra lapides ignẽ candentes: unde fit thymiama, tantum reddens uaporem, quantum apud Græcos nullum thuribulum reddit. Hoc odore stupentes Scythæ, eiulant, quod apud ipsos loco lauacri est. Neque enim lauãt omnino corpus, sed uxores eorum infundentes aquam, corpora ad lapidem aliquem scabrum conterunt cypresso & cedro & thuris ligno. Deinde perfrictum corpus cum intumuerit, illud faciemq; medicamentis oblinunt. Id eas simul bene olentes facit, simul postero die, medicamentis amotis, mundas ac splendidas. Externis hi ritibus uti magnopere cauent, ne mutuo quidem inter se: sed Græcorum præcipuè, utique posteaquam deprehenderunt Anacharsim, & deinde iterum Scylem.

Thymiamatis genus.

Anacharsis.

Siquidem Anacharsis cum multum orbis terrarũ contemplatus esset, & multum in sapientia profecisset, ea ad mores Scytharum pertulit. Is cum in Hellespontũ nauigans peruenisset Cyzicum, uouit matri deorũ (offendit enim Cyzicenos eius diẽ festum magnifico sanè apparatu celebrantes) si saluus sospesq; domum reuertisset, sacrificaturum se eodem ritu, quo Cyzicenos sacrificantes uidisset, & perui gilium noctis instituturum. Cum abijsset in Scythiam, uenit ad locum qui dicitur Hylæa, iuxta Achillis cursum sita, ubique omnifarijs arboribus referta. In hanc abstrudens se Anacharsis, omnem festi ceremoniam dex per soluit, tympanum tenens, exoticisq; simulacris. Hæc eum agentem quidam Scytha animaduertens, indicium detulit Saulio regi. Rex cum & ipse contulisset se eò, & Anacharsim ea facientem inspexisset, excussa

Achillis cursus.

sagitta,

sagitta, necauit. Et nunc si quis de Anacharsi interrogat, Scythæ negant se nouisse hominem, ob id, quòd in Græciâ peregrinatus est, externosq; sit mores sectatus. Vt uerò ego audiui ex Timne Spargapithis tore, fuit patruus Iodathyrsi Scytharũ regis, filius Gnuri nepos Lyci, pronepos Spargapithis. Itaque si ex hac familia exitit Anacharsis, constat eum à patruele fuisse interemptum. Iodathyrsus enim fuit filius Saulij, Saulius autem fuit, qui Anacharsim interemit. Quãquam & aliud quiddam Peloponnenses audiui referentes, Anacharsim ab rege Scytharum missum, Græciæ factum esse discipulum, & cum rursus rediisset, dixisse ad eum qui se miserat, cunctos Græcos esse in omni sapientia occupatos, Lacedæmonijs exceptis, qui soli rationem haberent dandi & accipiendi prudenter. Verùm hæc narracio aliter ab Ipsis Græcia ficta est. Hic igitur uir (quemadmodum antea dictum est) mortem oppetijt, & ipse quidem ita egit propter externos ritus, & Græcorum consuetudinem. Multis autem sanè annis postea interiectis, ita passus est Scyles, Aripithis filius. Etenim Aripithes Scytharum rex, cùm alios filios multos, tum Scylem sustulit ex uxore Istriana, haudquaquam indigena, quæ filium Græcam linguam literasque edocuit. Interiecto deinde tempore, Aripithe per dolum occiso à Spargapithe Agathyrsorum rege, Scyles regnum suscepit, & uxorem patrij, nomine Opœam. Erat autem Opœa hæc ciuis, ex qua erat Aripithi filius Oricus. Scyli regnum Scytharum obtinenti, Scythicus tamen uiuendi mos nihil prorsus cordi erat, sed Græcus, in quo fuerat imbutus à puero. Ideoque multò magis ad hunc exercendum se conuertebat. Vtique tum ad urbem Borysthenitarum Scythicum ducebat exercitum. Borysthenitæ autem se à Milesijs aiunt esse oriundos. Ad hos

Anacharsis cædes.

Scyles instituus à Græcis.

hos quoties Scyles ueniebat, relicto in suburbanis exercitu, ipse muros ingressus portas obserabat, depositaque Scythica stola, Græcum sumebat uestimentum: & eo indutus per forum spaciabatur, nullo neque satellitum, neque populi comitatu, appositis qui portas custodirent, ne quis Scytharum cerueret eum gestantem huiusmodi stolam, & cùm cæteris Græcorum institutis utebatur, tum in faciendis deorum sacris. Et cum ibi tempus menstruum, aut amplius triuerat, abscedebat, indura sibi Scythica stola. Idque sæpenumero faciebat, extructis sibi ædibus illic, & uxore illinc accepta. Sed cum foret ei malè euenturum, ex hac occasione malè euenit. Affectanti ei Dionysium Bacchanalem initiari, ac hostiam initiationis iamiam sumpturo in manibus, oblatum est ingens ostentum. Erant ei in urbe Borysthenitarum circum ædes suas, quarum paulò antè habui mentionem, magnas atque magnificas, è lapide candido sphynges & gryphes stantes. In has ædes deus fulmen iaculatus est, totæque deflagrauerunt. Scyles nihilominus initiationem per agit. Enimuerò Scythæ Græcis probro dant bacchandi consuetudinem, negantes esse credibile deum inuenisse, quo homines ad dementiam adigantur. Posteaquam Bacchanalibus sacris initiatus est Scyles, quidam Borysthenitarum Scythis indicium detulit, inquiens: Vos quidem Scythæ nos irridetis, quòd Bacchanalia agamus, quodq; nos deus occupet. At nunc deus hic uestrum quoque regem occupauit. Nam Bacchanalia exercet, à deo in dementiam actus. Quod ſi mihi non habetis fidem, sequimini me rem uobis ostensuram. Primores Scytharum hominem secuti sunt, quos Borysthenita ille deductos clanculum in turri collocauit. Vbi affuit Scyles cum thyaso, id est, cùm choro illo, bacchabundus, Scythæ eo conspecto,

Dionisij Bacchanalis sacra.

Portentū.

Bacchanā de consuetudo.

conſpecto, rem ingentis calamitatis eſſe duxerunt, digreſſiq; ea quæ uiderant, omni exercitui indicarunt. Poſt hæc ubi ad lares ſuos rediit Scyles, defecerunt ab eo Scythæ, delecto fratre eius Octamaſade ex filia Teris genito. Scyles cognito quid de ſe fieret, & quam ob cauſam, profugit in Thraciam. Id cum audiſſet Octamaſades, cum exercitu aduerſus Thraciam contẽdit, cui ad Iſtrum progreſſo, Thraces occurrerunt. Et dum conflicturi erant, Sitalces ad Octamaſadem miſit caduceatorem, cum his mandatis: Quid opus eſt inter nos tentare fortunam? Tu quidem ſororis meæ es filius, ſed habes germanum meum, quem ſi mihi reddideris, ego uiciſſim Scylem tradam tibi. Ita neque tu, neque ego periclitabor exercitu. Erat autem apud Octamaſadem frater Sitalcis ab eo profugus. Hanc à Sitalce oblatam conditionem Octamaſades accepit, reddito; Sitalci fratre, eodem; auunculo ſuo, Scylen recepit fratrem. Et Sitalces quidem recepto fratre reduxit exercitum: Octamaſades autem eodem die caput Scyli dempſit. Adeò ſua inſtituta Scythæ obſeruant: & his qui externos ritus aſciſcunt, tales irrogant pœnas. Multitudinem Scytharum non potui exactè indagare, cum de eius numero uaria referentes audiam, & permultos illos, & rurſus paucos eſſe unique Scythas. Quantum autem ſub aſpectum meũ uenit, eſt inter Boryſthenem & Hypanim flumina locus, nomine Exampæus, cuius etiam aliquanto antea habuimus mentionem, cum dicebam fontem in eo eſſe aquæ amaræ, Hypanim, in quem fluit, imporabilem reddentis. Hoc in loco iacet ahenum ſexies tantum, quàm crater, qui eſt in oſtio Ponti, à Pauſania Cleõbrori filio dedicatus, quod ſi quis non inſpexit, hunc ei in modum declarabo: Sexcentarũ eſt amphoratum facilè capax, craſſitudine digitorum ſex. Id aiunt

Octamaſades.

Scylis Aoras.

Exampæus locus.

Ahenũ Exampæt.

Crater in oſtio Põtis.

aiunt indigenæ ex aculeis sagittarum esse factum. Regem enim suum, nomine Ariantem, cum numerum Scytharum scire uelle, iussisse singulos Scythas conferre singulos sagittarum aculeos, proposita morte ei qui non ferret. Ita magnam olim collatam esse aculeorum: & ex his aliquod confectum opus, placuisse ei pro monumento relinquere, atque inde feciſſe id ahenum, & in hoc Exampæo dedicasse. Hoc de multitudine Scytharum audiebam. Hæc regio miracula nulla habet præter flumina cùm multò maxima, tum numero plurima. Si quid tamen præter flumina, & magnitudinem campi exhibetur admiratione dignum, id dicetur: Vestigium Herculis ostendunt, petræ impressum, uirili uestigio simile, bicubitali magnitudine, in ora fluuium Tyrem. Et hoc ita se habet. Redeo ad eam quam ab initio instituera m orationem: Dario aduersus Scythas exercitum comparanti dimissis nuncijs ad imperandum, alijs ut peditatum, alijs ut classem præstarent, alijs ut Bosphorum Thracium iungerent: Artabanis Hystaspis filius, Darij frater, nolebat illum ullo pacto Scythis inferre bellum, commemorans Scytharum inopiam, utilia suadens. Cũ tamen non persuaderet illi, destitit à dissuadendo. Darius ubi omnia ei in expedito fuere, copias eduxit ex urbe Susis. Ibi eum Oeobazus quidam Persa, cui tres filij erant, omnes in militiam euntes, obsecrabat, ut unum sibi ex illis relinqueret: Cui Darius tanquàm amico & modesta obsecranti, respondit, se omnes eius liberos relicturũ. Eo responso Oeobazus magnopere lætabatur, sperãs liberos suos missionẽ habere militiæ. At ille præpositos filijs Oeobazi iussit, ut omnes eos interimerẽt. Ira filij Oebazi obtruncati, illic sunt relicti. Darius Susis pfectus, puenit ad Bosphoriũ Calchedonis, ubi pons iungebatur. Illic cõstẽsa na

Hercules uestigiũ.

Tyres fluuius.

Oeobazi liberi.

ui,

ui, transmisit in insulas, nomine Cyaneas, quas Græci prius errabundas fuisse aiunt. Ibi sedens in templo, subijciebat oculis Pontum, rem spectaculo dignam. Nam inter omnia maria est maximè admirabile. Cuius lõgitudo est undecim millium ac centũ stadiorũ: latitudo qua latissimum est, trium millium ducentorum. Huius pelagi os latitudinis est quatuor stadiorũ, longitudo oris, quod est collum, quæ Bosphorus dicitur, ubi pons connectebatur, circiter centum uiginti stadia, ad Propontidem usq; pertingens. Propontis autem quingentorum stadiorum est, mille & quadringentorum longitudinis, influens in Hellespontum. ipse Hellespontus ubi angustissimus, stadiis septem latus est, quadringentis longus, intrãs pelagi uastitatem, quod Ægæum uocatur. Hæc autẽ ita dimensa sũt. Nauis ferè meat omnino septuaginta millia passuum longo die, nocte uerò sexaginta. Iraq; è faucib. Ponti ad Phasim, hoc est enim Ponti longissimum, nouem dierum est nauigatio, & octo noctium, quæ fiunt mille cẽtum ac decem millia passuum, hoc est, stadiorum undecim millia ac centum. E Scythica autem ad Themiscyram, quæ est super flumen Thermodontem (hic nanq; Ponti latissimum est) trium dierum, duarumq; noctium est nauigatio, quę fiunt passuum trecenta ac tria millia, stadiorum uerò tria millia & trecenta. Hunc igitur in modum Pontus ac Bosphorus & Hellespontus à me dimensa sunt, & secundum ea quæ dixi, situm habent. Quin etiam Pontus hic paludem habet, influentem in se, non multo, quã ipse est, minorem, quæ Mæotis appellatur, & mater Ponti. Darius ubi pontem contemplatus est, renauigauit ad pontem, cuius architectus extitit Mandrocles Samius. Contemplatus item Bosphorum, duos super eum cippos erexit à candido lapide, literis inci-

Darij cru delefactũ.
Cyaneæ.
Ponti amplitudo.
Bosphorus.
Propontis
Hellespontus.
Themiscyra.
Mæotis.
Mandrocles.

Cippi Darij in Bosphoro erecti.

sis, unum quidem Assyrijs, alterum uerò Græcis, omnes gentes quas secum ducebat. Ducebat autem omnes gentes quibus imperabat, continentibus numero septingenta millia hominum cum equitatu, præter classem, quę constabat è nauibus sexcentis. His postea cyppis Byzantij in urbem suam translatis, usi sunt ad aram Dianę erectę, preter unum lapidem, qui

Dianæ ara.

iuxta Bacchi delubrum eadem urbe relictus est literis Assyriis oppletus. Bosphori locus, quem rex Darius ponte commisit, coniectanti mihi uidetur medius inter Byzantium, & templum quod supra fauces

Byzantiũ.

est. Post hæc Darius ponte sublicio delectatus, autorem eius Mandroclem Samium donauit decuplo. Ex cuius primitijs Mandrocles pictis animalibus commissionem Bosphori & regem Darium Medico solio

Mandrocli monumentum.

sedentem, ac suas copias traducentem, effinxit, cathqúe picturam templo Iunonis dedicauit, cum hac inscriptione:

Qui rate piscosum cõiunxit Bosphoron, implẽs
Darij regis uota iubentis opus:
Iunoni Mandrocles hæc monumenta dicauit,
Esset honor Samijs unde corona sibi.

Hæc igitur monumenta extiterunt eius, qui pontem compegit, quem ubi remuneratus est Darius, transmisit in Europam, iussis Ionibus nauigare in Põtum usq; ad Istrũ, atq; ubi eò peruenissent, se illic præstolari, fluuium ponte iungentes. Ducebãt enim classem Iones & Aeoles & Hellespõtij. Hi præteruecti Cyaneas, rectà ad Istrum nauigarunt, subuectiq; duorum dierũ itinere à mari ad fauces fluminis, ubi in diuersa scinditur, illud ponte iungunt. Darius transmisso

Tearus fl.

per ratem Bosphoro, faciebat per Thraciam iter, & cũ

Teari fontes.

ad fontes Teari amnis peruentum est, triduo hic habuit statiua. Tearus fertur ab accolis omnium amnium

amnium esse optimus, cùm ad alios morbos, tùm ad scabiem curandam uel hominum uel equorum. Eius fontes duodequadraginta sunt ex eadem petra manantes, partim frigidi, partim calidi. Ad hos tantundem uiæ est à Iunonis templo eius urbis, quæ iuxta Perinthum est, & Apolloniæ, quæ est in Ponto Euxino, duorum dierum utrag. Fluit autem Tearus hic in flumen Contadesdum, Contadesdus in Agrianem, Agrianes in Hebrum, Hebrus in mare iuxta urbem Aenum. Ad hunc igitur amnem cum peruenisset Darius, castrisq; posuisset, oblectatus amne, cippũ erexit, his literis inscriptum: TEARI AMNIS CAPITA OPTIMAM AQVAM ATQVE PVLCHERRIMAM CVNCTORVM AMNIVM CONTINENT, ET AD EA PERVENIT, EXERCITVM DVCENS ADVERSVS SCYTHAS, VIR OPTIMVS ATQVE PVLCHERRIMVS CVNCTORVM HOMINVM DARIVS, HYSTASPIS FILIVS, PERSARVM CVNCTAEQVE CONTINENTIS REX. Hęc sunt illic inscripta. Darius hinc pfectus, uenit ad aliũ amnẽ, nomine Artiscũ, q p Odryses fluit: quò ubi peruenit, ira agẽdũ sibi putauit: Ostẽso certo loco copijs suis iussit illic singulos quosque prętereuntes ponere singulos lapides. Id cũ omnis exercitus fecisset, grandes acerui lapidũ effecti sunt, qb. relictis, Darius illinc mouit. Sed priusq; ad Istrũ peueniret, primos subegit Getas, qui immortales faciũt. Nã Thraces q Salmydessum, quiq; supra Apolloniã & Mesambriã urbẽ incolũt, & q * Cyrmyanæ & * Nipsæi uocãtur, sine pugnã sese Dario dediderunt. Getę uerò per imperitiã resistẽtes, in seruitutem redacti sunt, cũ sint fortissimi Thracum, atq; iustissimi. Immortales autem faciunt hoc

Contadesdus.

Agrianes Hebrus.

Cippi inscriptio ad Tearũ.

Artiscus flu.

Lapidum acerui à Dario cõgesti.

Getæ.

Σκυμνιδὸς Dar. Stephan.

* Alias Mypsæi

modo, quòd se mori non putant: sed eum qui defunctus est, meare ad Zamolxin eum, quem nonnulli eorum opinantur eundem esse Gebeleizem. Ad hunc mittunt assidue cum naui quinq; remigum nuncium quempiam, ex se ipsis sorte delectum, præcipientes ea quibus semper indigent, eumq; mittunt. Quibusdã eorum datur negocium, ut tria iacula teneãt: alijs ut comprehensis eius qui ad Zamolxin mittitur, manibus pedibusq;, hominẽ agitantes in sublime iaciẽt ad iacula. Qui si in præsentia extinguitur, ꝓpicium sibi deum arbitrãtur: sin minus, ipsum nuncium infimulant, asseuerantes malum illum esse virum. Hoc infimulato, alium mittunt, dantes adhuc viuenti mandata. Iidem Thraces, dum tonat fulguratq;, in cœlum sagittas excutiunt, deo minitantes, quod nullum alium præter suum esse arbitrentur. Verùm (ut ego à Græcis accepi, Hellespontum & Pontum incolentibus) Zamolxis hic homo fuit, Samiq; seruitutem seruiuit Pythagoræ Mnesarchi filio. Illinc uactus libertatem, cum multum pecuniæ comparasset, in patriam rediit. Qui cum animaduerteret Thraces male viuentes, & inscitè, ipse edoctus Ionicum viuendi genus & mores quàm Thracum liberaliores, ut qui uersatus esset cum Græcis, cumque Pythagora non infimo inter Græcos sophista: domicilium extruxit, in quod primos quosque popularium in conuiuium accipiebat, & inter conuiuandum docebat, neque suos conuiuas, neque illos qui illic assiduè gignerentur, interire: sed in eum locum ire, ubi superstites omnium bonorum compotes essent. Dum ea quæ commemorata sunt, agit atque dicit, interim subterraneum ædificium struit. Quo prorsus absoluto, è Thracum conspectu subducit, descendens in illud subterraneum ædificium. Vbi circiter triennium degit, desi-

Zamolxis Getarũ ad Zamolxin nuncij.

Thraces aduersus tonitrua sagittas excutiũt.

ſtantibus cum Thracibus, ac dentibus tanquam mortuum, quar o anno ſe eidem in conſpectum dedit. Atq; ita credibilia ſunt effecta, quæ illis expoſuerat: Hæc Zamolxim aiunt feciſſe. Ego uerò de hoc & de ſubterraneo ædificio neq; nõ credo neq; ualde credo. Arbitror autem multis eum ante Pythagoram annis extitiſſe, qui ſiue quiſpiam fuerit homo, ſiue deus Getarũ indigena, ualeat. Getæ hoc ritu utẽtes, ubi ſunt à Perſis ſubacti, cæterũ ſunt exercitũ ſecuti. Darius ubi ad Iſtrum peruenit, & unà pedeſtres copiæ, cẽſtiq; flumen tranſmiſerũt: tunc uerò iuſſit Iones, poſtq; ratẽ ſoluiſſent, ſequi ſe pedeſtri itinere cum nauticis copijs. Qui cum ratem ſoluturi eſſent, & imperata facturi, Coes Erxandri filius, Mitylenæorum præfectus, ita apud Darium uerba facit, ſciſcitatus antea, nunquid ei gratum foret audire ſentẽtiam dicere uolentis: Cũ aduerſus eam terram, rex facias expeditionem, in qua fertur nihil arari, nullas urbes coli, ſinito tunc pontẽ hoc loci ſtare, relictis ad eius tutelam cuſtodibus ijs, qui eum contexuerunt: per quem ſiue ex ſententia rẽ geremus Scythis inuentis, ſiue illos inuenire nequibimus, tutus nobis ſit reditus. Neq; enim uereor, ne prælio commiſſo, à Scythis uertamur in fugam: ſed potius eis non inuentis, aliquid patiamur erratici. At enim credat me quiſpiam meæipſius cauſa hæc dicere, ut hic ſubſiſtam: ego uerò quod in tuam rem eſſe ſentio, rex, id in medium profero. Ipſe te ſequi uolo, neq; hic relinqui. Delectatus admodum eo conſilio Darius, ita reſponnit: Hoſpes Lesbie, fac omnino cum ſoſpes domum rediero, præſto mihi ſis, ut te ob egregiũ conſilium egregijs factis remunerer. Hæc locutus, ubi ſexaginta nodis lorum innodauit, accitis ad colloquium tyrannis Ionibus, ita locutus eſt: Viri Iones, quam prius habueram de pontẽ ſententiam, eam miſſam fa-

Coes.

Nodi à Dariane iuncti.

cio. Vos sumpto loro, hæc ira uelim agatis. Quo ex tempore uideritis me raptissimè iter intendentem in Scythas, ex eo tempore incipientes, soluite singulis diebus singulos nodos. Intra quod tempus nisi affuero, sed dies nodorum exierit, uela facite in patriam uestram: interea quoniam consilium mutaui, agite custodiam ratis, omne studium illi conseruandæ tuendæ adhibentes: quod facientes, maiorē in modū mihi gratificabimini. Hæc locutus Darius, promouet exercitum. Thracia tellus in mare intendens, Scythicæ

Thracia tellus.

prætenditur, qua sinū faciente Scythica excipit: & illic Ister mare subit ostio in uentum eurū conuerso. Quod autem ab Istro soli Scythici secundū mare est, id metiendo indicare aggrediar: Ab Istro hæc iam uetus Scythia est ad meridiem, uersus austrum proposita usq; ad urbem Carcinitidem. ciusdē deinceps ad mare ferit montosæ regionis, & in pōtum porrectum, incolit gēs Taurica Chersonneso tenus, nomine Trachea, id est, aspera. Hæc ad mare pertingit, quod ad uētum subsolanum uergit. Sunt autē huius Scythicæ partes duæ, ferentes ad maria: una ad meridianum, altera ad oriētale, quemadmodum Atticæ regionis atque similium, quod sic partem Scythiæ Tauri incolunt, ut si Atticæ iugum Suniacum alia gens non Athenientis incoleret, quod à tribu Thorica usq; ad Anaphlystam magis in Pontum porrigit promontorium. Talis est, ut parua cum magnis comparē, Taurica regio. Qui autem non est hanc Atticæ partem peruectus, huic alio modo planum faciam. Vt si Iaphygiæ non Iapyges, sed alia gens imperans, eam diuisa terra à Brunduſio usq; Tarentum promontorium incoleret. Cum hæc duo dico, multa millia dico, quibus Taurica gens est comparanda. A gente Taurica deinceps Scythæ supra Tauros, & orientale uersus mare in-

Scythia uetus.
Thracia gens.
Thorica tribus.
Anaphlystia tribus
Iapygia, id est.
Apulia.
Iapyges.
Apulia.
Brūdusiū.
Tarentū.

ceps

colunt, quæ Bosphori Cimmerij sunt ad uesperam uergentia, & quæ paludis Mæotidos Tanai tenus, qui influit in huius paludis secessum. Itaque ab Istro iam quæ superiora sunt ferentia in mediterranea, discludunt Scythiam ab Agathyrsis, deinde à Neuris, deinde ab Androphagis, postremò à Melanchlænis. Itaque Scythiæ ueluti formæ quadratæ duæ partes, quæ ad mare pertinguut: altera ad mediterranea ferens, altera matitima, usquequaque sunt paxes. Nam ab Istro ad Borysthenem decem dierum est iter, tantundem à Borysthene ad Mæotidem paludem. A mari mediterranea uersus, usque Melanchlænos, uiginti dierum iter. Supputãtur autem à me in singulos dies itineris ducena stadia. Ita transuersa Scythiæ erunt quatuor millium stadiorum recta, quæ ad mediterranea ferunt, totidem stadiorum. Tantæ est hæc terra magnitudinis. Scythæ inter se collocuti, cum soli impares essent copiis Darij prælio repellendis, nuncios ad finitimos misere. Eorum reges ubi cõuenêre, consultabant, ut sit ingenti exercitu inuadente. Erant autem qui conuenerant reges Taurorũ, & Agathyrsorum, & Neurorum, & Androphagorum, & Melanchlænorum, & Gelonorum, & Budinorum, & Sauromatarum. E quibus Tauri huiusmodi moTaurica gent.
Bosphorus Cimmerius.
Agathyrsi
Neuri.
Androphagi.
rib. utũtur: Virgini naufragos immolant, & quoscũque Græcos illuc delatos. Hoc modo postquam preces peregerint, hominis caput clava feriunt, truncum eius quidam aiunt deturbari è rupe. Nam in rupe prærupta templum est eorum situm. Cruci affigunt caput. Quidam de capite suffigendo consentiunt, sed truncum è præcipitio deijci negant, sed humo contegi dicunt. Deum, cui immolant ipsi Tauri, aiunt esse Iphigeniam, Agamemnonis filiam. In hostes, quos ceperint, hoc agunt:Tauromorea.
Iphigenia apud Tauros colit.

Agathyrsorũ mores.

Amputatum quisq; caput hostis domum rrportat, fusti suffixum admodum sublime supra tecta statuit, & plerunq; supra fumarium: ideo in sublimi locantes, quòd dicant eos totius domus esse custodes. Viuunt autem è rapto & ex bello. At Agathyrsi exculti simi uiri sunt, & aurum plerunq; gestantes, in commune cum mulieribus coëunt, ut inter se germani sint ac domestici omnes, nihil neq; liuoribus, neque odijs mutuò exercentes, cætera ad Thracum consuetudinem accedentes. Neuri Scythicis utuntur moribus, qui unà ante Darij expeditionem æstate coacti fuerãt solum uertere, propter serpentes. Nam serpentum cùm magna uis ex ipsorum solo est edita, tum maior superne è locis desertis ingruerat, quibus usque adeò fuerunt infestati, ut relicto suo loco cum Budinis habitauerint. Iidem uidentur homines esse malefici: dicuntur enim à Scythis, & ab ijs qui in Scythia incolunt Græcis, semel quotannis singuli ad aliquot dies effici lupi, & rursus in pristinum habitum redire, quod tamen dicentes mihi non persuadent. Ipsi tamen aiunt ita esse, ac dcierant. Androphagi agrestissimos omnium hominum mores habent, non iudicijs, non legibus utentes, pecuariam exercentes, uestem Scythicæ similem gestantes, propriam linguam habentes. Melanchlæni omnes indumenta nigra gerunt, unde & cognomen habent, qui soli ex his humana carne uescuntur, institutis Scythicis utentes. Budini ingens natio, atque numerosa, uehementer cæsijs oculis omnis ac rufa, quorum urbs nomine Geloonus, è materia constructa est, muro alto è materia toto, cuius singula latera tricenorum stadiorum sunt magnitudinis. Aedes quoque cùm priuatæ tum sacræ, sunt è materia. Nam uisuntur ibi deorum Græcorum templa, græcanicè extructa, simulacris,

Lupi ex hominib.

Androphagorũ mores.

Melanchlænorum uestimenta.

Neurorũ mores.

Budinorũ mores.

lacris, aris, delubris ligneis. Libero trieterica, id est, triennalia agunt, & bacchanalia exercent. Quippe Geloni quondam Græci fuere, sed summoti inter Budinos habitauerunt, lingua partim Scythica, partim Græca utentes. Budini à Gelonis & lingua & victu sunt dispares. Nam cum indiginæ sint, pecuariæ operam dant, soliq; eius regionis pedunculos edunt. Geloni agriculturæ operam dantes, frumento victitant, & hortos possident, nihil illis neque aspectu neque colore simili. Budiui à Græcis Geloni nocantur, non rectè uocantibus. Horum regio omnis est arboribus frequens, & ubique plurimum consita, ubi est lacus ingens, & multus, & palus, ac multum circa arundinis. Ex quo lacu lutræ capiuntur, & castores, & aliæ feræ, forma oris quadrata, quorū pelles ad renones faciēdos cōsuuntur, & testiculi ad curāda posteriora sunt. De Sauromatis ita memoratur. Gelonorū & mores.

Dum Græci prœliati sunt cum Amazonibus, quas Scythæ æorpata uocant, quod nomen potest transferi uiricidæ (æor enim uirum uocant, para autem occidere) feruntur post uictoriam prœlij ad Thermodōtem facti, abijsse, portantes tribus in nauibus quascunq; potuere ex Amazonibus capere: quibus illæ in pelago insidiatæ, cunctos trucidauêre. Sed cum naues haberent incognitas, nec gubernaculo aut uelis aut remis uti scirent, interfectis uiris, ferebantur secundum tempestatem & uentum. Delatæq; sunt ad paludis Mœotidis prærupta, quæ Scytharum liberorum telluris sunt. Ibi è nauibus egressæ Amazones ad loca habitata, iter habentes, quod primum nactæ sunt equorum armentum, diripiunt conscendunt-q; & obequitantes, è Scythis prædas agunt. Scythæ quid hoc rei esset, conijcere nequibant, cum neq; uocem, neque uestem, neque gentem agnoscerent admi- Amazones.

bundi unde uenirent, rati cunctos esse uiros eiusdem ætatis. Sed commissa cum eis pugna potiti cadaueribus illarum, ita demum nouerunt fœminas esse. Itaque consilio habito uisum est eis, nullo pacto post hac quampiam illarum esse occidendam: sed ex se qui maximè iuuenes essent, ad eas mittendos, eodem numero quo illas esse coniectabant, qui sua prope earum castra haberent, & eadem quæ illæ facerent. Si inuaderentur, pugnarent, neu subterfugerent: ubi subsisterent illę, & ipsi proxime accedentes castra ponerẽt. Hoc Scythæ iccirco decreuerunt, quòd proles ex illis suscipere cupiebant. Adolescentes qui missi sunt, mandata peregerunt. Quos ubi Amazones intellexerunt neutiquam ad se lædendas uenisse, ualere sinebant. Quotidie tamen castra castris propius admouebantur. Ne ipsi quidem adolescentes aliquid habebant, quemadmodum Amazones, præter arma & equos, & eandem uitam quam illæ uiuebant uenando atque prędando. Circa meridiem Amazones solebant aut singulæ aut binę separatim à reliquis ad uentrem leuandum longius uagari. Ea re Scythę cognita, & ipsi idem faciunt. Quorum cuidam una illarum, quæ soliuaga erat, propinqua cum fuisset, non se auertit, sed de colloquendo deliberabat, nec appellare poterat cum quo cum non esset prius congressa, tamen manu significauit, ut ad eundem locum postridie rediret, adducto secum altero, ut duo essent, se quoq; alteram adducturam. Digressus ab ea adolescens, hæc enarrat cæteris: posteroq; die socium secum ducens, ad locum præsto fuit, ac reperit Amazonem expectantem sociam. Eius rei certiores facti reliqui adolescentes, & ipsi seducunt cæteras. Post hæc commixtis castris pariter habitãt: eam quisq; uxorem, cum qua primum coierat, habentes. Earum uocem cum ipsi di-

scerẽ

scere non possent, ipsorum illæ discedebant. Et cum utrique inter se conuenissent, uiri ad Amazones ita dixerunt: Nobis parentes sunt pariter & facultates. Proinde nõ agamus diutius hanc uitam, sed hinc digressi in hominum frequentia degamus, ubi uos habebimus uxores, nequaquam alias. Ad hæc illæ respondérunt: Nos uerò non possumus uestris cum fœminis habitare, quibus non iidem qui nobis sunt mores. Nos enim arcu tela excutimus, & iaculamur, & equitamus, muliebria opera indoctæ. Vestræ fœminæ nihil eorum quæ recensuimus, sed opera muliebria facitant, desidentes in plaustris, non ad uenationem atq; alia huiusmodi prodeuntes. Proinde non possumus illis esse similes. Quod si nobis cordi est habere nos coniuges, & uiros uideri esse iustissimos, ite ad parentes uestros, & facultatum sortiti partem rursus redite, ita semoti ab illis habitabimus. Id approbantes ita facere adolescentes, acceptaq; ex facultatum, quæ ipsis contingebat, portione, rursus ad Amazones redierunt. Ad quos illæ: Duplex inquiunt, metus nos tenet in his locis habitandi: unus, quòd nos parentibus uestris uos priuauimus: alter, quòd terram uestram magnopere uastauimus. Sed quoniam diguamini nos habere uxores, hoc unà nobiscum agatis. Agedum proficiscamur è regione hac, & Tanai transmisso illic habitemus. Huic quoque rei obtemperauere adolescentes. Traiectoq; Tanai, & à Tanai triuum dierum orientem uersus, totidemq; à Mæoti de palude & aquilonem itinere confecto, peruenerunt ad eum locum, quem nunc incolunt, ubiq; subsederunt. Ideoq; prisca consuetudine uiuendi fœminæ Sauromatarum utuntur. Venatum unà cum uiris, ac sine uiris eunt, equis insidentes, atq; adeò in prælio eandem quã uiri stolam ferũt. Sauromatæ putantur

Sauromatarum & Amazonibus cõmixtio.

Amazonũ sedes.

Solœcizãtes Sauromatæ.

tantur lingua Scythica solœcizare, id est, corruptè uti, quod eam ab initio non probè didicere Amazones. Quod ad coniugia pertinet, ita ab eis est institutum: Nulla uirgo nubit priusquam aliquem hostium interemerit. Ideoque nonnullæ earum decedunt ii uetulæ, anteq̃ nubant, q̃ lege satisfacere nequeant.

Ad harum igitur quas dixi gẽtium coactos reges, nũcij Scytharum cum peruenissent, certiores eos fecerunt, Persam ubi omnia quæ sunt in interiore continente, in suã ditionem redegit, faucibus Bosphori ponte iunctis, in citeriorẽ traiecisse continentẽ: subactisq̃ illic Thracibus, fluuiũ Istrũ iunxisse, animo hæc omnia in suã redigendi potestatem. Proinde uos (inquiunt) nolite ullo pacto de medio cedere, sinẽtes ad pernicieẽ nos deuenire, sed idẽ sentiẽtes, obuiã eamus inuadenti: quod nisi facitis, uos in ultimũ discrimen adducti, aut regionem deseremus, aut manentes deditionem faciemus. Quid enim cladẽ subeamus, nolentibus uobis auxilio nobis esse? quanquã non commodius agetur uobiscum, aduersus quos non minus uenit Persa, quã aduersus nos: neq̃ nos subegisse contentus, à uobis abstinebit. Cuius rei magnũ hic accipite documentũ, quod si nobis solis inferret ille bellum, animo superioris seruitutis ulciscendæ, debebat à cæteris hominib. abstinere, & sic in nostrã tẽdere regionem, ostendens omnibus se aduersum alios ire. At nunc ubi primum traiecit in hanc continentem, ut quisque ei occurrit, pacat: cæteros, ueluti Thraces & nobis cõfines Getas, suo subiectos imperio habet.

Scytharũ regnũ cũ confinib. deliberatio.

Getæ.

Hæc cum Scythæ denunciassent, ijqui è nationibus uenerant, reges deliberabant, sed discordes eorum erant sententiæ. Nam Geloni quidẽ & Budini, & Sauromatę concordi animo receperũt se Scythis auxilio futuros. Agathyrsus autem & Neurus & Androphagus

gus,& Taurorum Melanchlæuorumq; reges ita Scythis respondérunt: Si uos iniuria inferenda ac lacessendo,bello priores nõ fuissetis, rectè uideremini precari quę precamini:& nos uestris precibus morem gerentes,idem quod uos ageremus.Nunc sine nobis illorum terram ingressi,uos imperitastis Persis, quoad Deus uobis indulsit:& illi, quandoquidem eos idem deus in uos excitat,uicem uobis reddunt.At nos neque tunc quicquam intulimus iniuriæ his hominib. neque nunc quicquam conabimur priores inferre. Quod si hic nostram regionem inuaserit, & prior iniuriam fecerit,nos haudquaquá tolerabimus. Id donec cernamus,apud nosmetipsos manebimus. Neq; enim in nos uenire Persæ uidentur, sed in eos qui fuerant autores iniuriæ. Scythæ ubi hęc relata audierę, statuerunt nullam sibi pugnam recta atque ex aperto conferendam,quando ipsis illi ad societatem non accedebant.Itaq; digressi,clam ac longius progressi,puteos quos ipsi offenderant ac fontes, obstruunt,bifariamq; diuisi herbam è regione atterunt.Et ad unam è partibus,ubi regnabat Scopasis, iubent Sauromatas pergere,qui se subducerent,si cò Persa declinaret, fugientes rectà ad flumen Tanaim,secundum Mæotidem,ipsi eadem Persam abscedentem inuadẽdo persequerentur.Hæc erat una pars regni ordinata ad hanc uiã, quemadmodum dictum est.Reliquarum duarum unã,cui imperabat rex Indathyrsus, quæ magna est,& tertiam in qua regnabat Taxacis,in unum cõeuntes, accedentibus Celonis atq; Budinis,iubent hos quoq; unius dici itinere prægressos exercitũ Persarum seducere,hostẽ lacessendo,& ea quæ decreuissent exequendo,&ante omnia hostem seducere in agros illorũ,qui societatẽ ipsorũ habuissẽt:ut cos si minus uolẽtes bellũ aduersus Persas susciperent,certè inuitos redderẽt

Scopasis.

Indathyrsus.

Taxacis.

istis

istis hostes. Deinde in suam terram deflectere & tentare, si quid ipsis tentandum esse uideatur ac libeat. Hæc ubi decreuere Scythæ, copijs Darij ex occulto occurrebant, præstantissimis equitum præcursoribus missis. Carros autem in quibus eorum uati uxores q; omnes degunt, una cum pecoribus, præterquam ad victum suppeteatibus, præmiserant, dato suis mandato, ut semper aquilonem uersus tenderent. Hoc cum præparassent Scythæ, eorum emissarij, postea quam cõpererunt Persas ab Istro trium ferè dierum, & ante se unius diei itinere abesse, positis castris, germina terræ uastant. Persæ ubi Scytharum equitatus in conspectum se dedit, eum insequi maturant à uia sese semper subducentem: & cum ad unam partium uentum est, auroram uersus & Tanaim, & Scythis tendentibus, & insequentibus Persis, Scythæ Tanaim trãsiciunt. eò & Persę traiecto, illos insequuntur, donec per agrata Sauromatarum plaga, perueniunt in Budinorum. Quam diu Persæ fuerunt in Scythica ac Sauromatide regione, nihil ei detrimenti inferre potuerũt, utpote uastæ. Vbi uerò Budinicam ingressi sunt, ibi nacti lignea mœnia à Budinis deserta, & omnibus rebus uacua, incenderunt. His actis, ipso itinere ire porrò tendunt, dum eam regionem peruagati, in uastam solitudinem deueniunt. Hæc solitudo à nemine hominum colitur, posita supra Budinorum regionem, septem dierum itineris magnitudine: ultra quã Thyssagetæ incolunt, à quibus quatuor ingentes amnes per Mæoteos fluũt, & in paludem nomine Mæotim se insinuant, quibus hæc sunt indita nomina: Lycus, Hoarus, Tanais, Syrges. Darius ut ad solitudinem peruenit, cursu omisso copias super fluuium Hoarum locauit. Post hæc octo urbes, easque ingentes condidit, pari inter se spacio distantes, sexagenorum ferè

Mœnia lignea.

Thyssagetæ.

Mæotes.

Lycus.

Hoarus.

Tanais.

Syrges.

Vrbes à Dario in Scythia conditæ.

ferè ſtadiorum, quarum ad meam uſque memoriam adhuc ruinæ extabant. Dum in his Darius occupatur, interim Scythæ, quos ille inſequebatur, circuitis locis ſuperioribus, reuerterunt in Scythiam. Quibus è conſpectu omnino ſemotis, nec ſe amplius exhibentibus, ita Darius urbibus illic relictis, dimidiatis conuertit iter ad occaſum, ratus & hos eſſe cunctos Scythas, & ad occaſum fugere. Proinde cum exercitu maturans ire in Scythiam, eò deuenit, ubi in duas Scytharum incidit partes. Hos nactus inſequebatur unius dici ſpacio, nunquam intermittens, ſubterfugientes. Subterfugiebant autem de induſtria in terram eorum, qui ſocietatem ipſorum reſpuerant, & primum in Melanchlænorum. Quos cum perturbaſſent, tam Perſæ quàm Scythæ eorum terram ingreſſi, Scythæ in loca Androphagorum Perſas adducunt. Perturbatis autem Androphagis, hoſtem in Neuridem ducunt. Neuris quoque conſternatis, tendunt ſubterfugiendo ire ad Agathyrſos. Agathyrſi cernentes fugari finitimos à Scythis ac perturbatos, priuſquam à Scythis ager ipſorum inuaderetur, miſſo caduceatore, Scythas ingreſſu ſuorum finium prohibent: prædicentes, ſi conarentur inuadere agrum ſuum, cum eis primum ſe prælium commiſſuros. Hoc interminati Agathyrſi, in fines procurrunt, animo arcendi ingredi uolentes. At Melanchlæni & Androphagi & Neuri inuadentibus Perſis una cum Scythis, neque uirium neque minarum memores, ſed timore perculſi, fugam capeſſerunt aquilonem uerſus ac ſolitudinem. Scythæ partim ad Agathyrſos iam non recuſantes ſocietatem ſe conferebant, partim è Neuride regione in ſuas, Perſas præibant: Id eum diu factitaretur, neque deſiſteretur. Darius ad Indathyrſum Scytharum regem miſſo equite, inquit

Scythæ hoſtem ſuis confines pellicunt.

Darius. inquit: Homo tu, quid assiduè fugam facis, cum liceat tibi horum facere alterutrum? Si tibi uideris idoneus ad resistendum rebus meis, siste discursum, ac persta mecum fac prælium: sin agnoscis te imparem esse, sic quoque siste cursum, & hero tuo munera offerens terram atq; aquam, in colloquium ueni. Ad hæc Scytharum rex Indathyrsus ita respondit: Sic res mea habent, ô Persa, ut neque ullum mortalium ego metuens ante fugerim, neque nunc fugiam te, neq; quicquam faciam diuersum nunc, atq; in pace facere consueram. Quòd autem non protinus tecũ ineo prælium, huius rei te certiorẽ faciam: Nobis neque oppida sunt neq; agri culti, quorum uel admittendorum uel uastandorum metu, properemus uobiscum conferre pugnam: ad quam si opus est continuò deuenire, sunt paterna sepulchra: quæ age dum inueneritis, tentate labefactare: & tunc intelligetis, pugnaturi uobiscum simus pro sepulchris, nec neprius autem (nisi nos ratio traxerit) tecum prælium non conseremus. Hactenus, quod ad pacem pertinet, dictum sit. Quod autem ad cætera, ego solos mihi heros arbitror Iouem progenitorem meum, & solium Scytharum regium. Tibi autem pro terra & aqua quæ dono poscis, mittam quæ decet ad te uenire dona, propterea quod herum te meum esse dixisti, iubeo te flere. Hoc à Scythis responsum est, quod caduceator reuersus Dario renunciauit. Scytharum reges audito nomine seruitutis, indignatione perfusi, partem illam quæ cum Sauromatis ordinata erat, cui præerat Scopasis, mittunt ad colloquendum cum Ionibus, qui Istrum ponte iunctum asseruabant. At Persæ non amplius sibi uagandum esse statuerunt, ut hospitibus, qui ipsorum commeatum eripiebant, insidias tenderent, distributis qui aduersus ereptores frumentariifel

Terra & aqua munera.

Indathyrsus ad Darium.

Heri Scytharum.

rei iussa exequerentur. Enimuero equitatus Scytharum semper in fugam uertebat equitatū Persarum; sed fugientes incidendo in peditatum, ab eo defensabantur. Ita Scythæ summoto equitatu, hostili tamē metu peditum abscedebant, & nihilo minus nostib. quoq; incursiones faciebāt. Aduersus quos quid Darianis auxilio fuerit, referā, res in primis admirabilis, asinorum uox ac mulorum species. Nam (ut superius à me demonstratum est) nullus in terra Scythica, neque asinus neq; mulus gignitur, ac ne ullus quidem uisitur propter frigora. Itaq; rudentes asini perturbabant Scytharum equos, & cum Scythæ frequenter Persas adorirētur, eorum equi exaudita asinorum uoce, consternati auertebantur, arrectis auribus stupefacti, utpote insolentia tum uocis, quā prius non audissent, tum formæ, quā nunq; inspexissent. Atq; hoc quidem paululum quiddā momēti ad bellum afferebat. Cæterum Scythæ ubi animaduertūt Persas tumultuantes, quo diutius in Scythia illi commorarentur, & commorantes ad omniū necessariarū rerū inopiam redigerentur, faciendū ita sibi putarūt, ut pecoribus suis unà cum pastorib. relictis, in aliū ipsi abscederēt locū. Persę illuc se cōferētes, excipiebant pecora. Quo facto cum sæpius idem tentarēt, ad ultimum Darius inopia rerum laborauit. Id reges Scytharum intelligentes, mittunt ad eum cum muneribus caduceatorem, auc, murc, rana, & quinq; sagittis. Persæ eum qui munera ferebat, percontabantur quid illa significarent. Iste negare sibi aliud esse mandatum, nisi cum illa tradidisset, celerrimè rediret. Iubere tamē ipsos Persas, si solertes forent, interpretari quid sibi dona uellent. Hoc cum audissent Persæ, consultabant. Et Darij quidem sententia erat, Scythas seipsos ei donare, & terram atque aquam: hac ratione coniectans, quòd

Scytharū munera ad Dariū.
Auis.
Mus.
Rana.
Sagittæ.

mus quidem in terra gignatur, & eodem quo homines uiuit: rana autem in aquis nascatur, auis uerò sit equo assimilis, sagittis dandis, quod seipsos tradere uideantur. In hanc sententiam Darius interpretabatur. At Gobryas unus è septem qui Magos sustulerant, hoc dicere dona coniectabat: O Persæ, nisi effecti ut aues subuoletis in cœlum, aut muros subeatis terram, aut ranæ instiliatis in paludes, non remeabitis unde uenistis, his sagittis confecti. Et Persæ quidem munera interpretabantur. At una pars Scytharum, cui darum ante erat negotium Mœotidis paludis custodiendæ, tunc autem Ionibus qui ad Istrum erant colloquendi, ubi ad pontem uenit, ita uerba fecit: Viri Iones, libertatem uobis afferentes uenimus, si modò nos exaudire uolueritis. Accepimus enim Darium uobis præcepisse, ut ad sexaginta duntaxat dies custodiam pontis ageretis, & nisi intra id tempus ipse non afforet, domum abiretis. Itaque si id feceritis, & apud illum & apud nos culpam deuitaueritis. Proinde cum ad præfiniram diem permanseritis, iam licet abscedatis. Hæc se facturos recipientibus Ionibus, Scythæ raptim retrò abiere. At cæteri Scythæ post missa Dario dona, cum peditatu ac equitatu aduersus Persas in acie instructi steterunt, tanquam confligturi. Cum interim lepus in medium prosilijt, quem ut quisque uidit insequebatur. Perturbatis Scythis ac uociferantibus, scisciabatur Darius, unde hostium tumultus existeret: & cum audisset illos leporem insectari, inquit ad eos Persas, cum quibus cætera colloqui consuerat: Hi uiri uidentur mihi magno nos habere contemptui, & nunc Gobryas rectè dixisse de Scythicis donis, quo magis cum mihi quoque ipsi res ita se habere uideantur, bono consilio est opus, ut tutus nobis eò unde uenimus, sit receptus. Ad hæc

Munerum Scytharũ interpretatio.

Gobryas;

Gobyras: Equidem, inquit, ô rex, horum ego uirorum inopiam uidebar mihi ferè fama habere cognitam, sed ubi aduenì, euidentius intellexi, animaduerteus eos habere nos ludibrio. Proinde mihi uidetur, cum primum nox aduenerit, incensis è more ignibus, & alijs quæ consueuerunt fieri actis, imbecillissimis quibusq; militum ad hostem fallendum relictis, asinisque omnibus alligatis abeundum, priusquam ad Istrum rectà pergant Scythæ ad pontem soluendum, aut lonibus soluere libeat, quod nobis facto facile erit. Hoc Gobryas consilium dabat. Cui assentiens Darius, ubi nox affuit, reliquit in castris homines defatigatos, & eos quorum amissio minimi facienda esset, necnon omnes asinos alligatos: asinos quidem, ut uocem ederent: infirmos autem homines hoc titulo, ut dum ipse cum flore copiarum adoriretur hostem, isti interea castra tutarentur. Hæc ubi persuasit his qui relinquebantur, Darius accensis ignib. quàm maturrimè ad Istrum contendit. Asini, quòd multitudine destituti essent, eo magis rudere. Quos audientes Scythæ, credere omnino Persas in eisdem permanere castris. Verùm ubi illuxit, ij qui relicti erãt cognito se proditos esse à Dario, manus exhẽdere ad Scythas, & quæ contigerant referre. His illi auditis repentè retractis duabus Scytharum partibus, & una Sauromatarum cum Budinis ac Gelonis, Persas recta ad Istrum uia persequuntur, utpote plerosq; pedites & itinera nescientes, ea præsertim quæ diuortia habebant, ipsi equites & compendia uiarum scientes. Sed cum utrique ab alteris aberrarent, multo priores ad pontem Scythæ peruenere quàm Persæ. Ibi cognito se præuertisse Persas, ita ad Ionas, qui in nauibus erant, uerba fecerũt: Viri Iones, cum dierum numerus iam pertransierit, iniurij estis qui adhuc permanentis,

Grybræeũ filium de reuerteudo.

Ionum deliberatio de ponte Darij deferendo.

sed quoniam hactenus timore mansistis, nunc solui-
te quàm celerrimè traiectum, atq; abite sospites libe-
riq;, dijs pariter ac Scythis gratiam habentes. Nam cū
qui antea dominus uester erat, ita tractabimus, ut ad
uersus nullum mortalium sit facturus expeditionem.
De hac re consultantibus Ionibus, Miltiadis quidem
Athenien sium ducis & Chersonensium, qui sunt in
Hellespon to, tyranni sententia erat, Scythis obtempe
randum esse, & Ioniam seruiture liberandam. At Hi-
stiæi Milesij diuersa, quòd diceret nunc quidem eos
suæ quenq; urbis tyrannos esse ob Darium. Potentia
uerò Darij sublata, neq; se Milesijs, neq; alium quenq;
usquam præesse posse. Fore enim, ut singulæ ciuitates
popularem statum, quàm tyrannicum mallēt. Hanc
sententiam cum dixisset Histiæus, omnes confestim,
qui Miltiadi assensi fuerant, in eam transierunt. Fuere
autem qui discreparunt, duntaxat alicuius apud re
gem existimationis, Hellespontiorum quidam tyrā-
ni, Daphnis Abydenus, & Hippoclus Lampsacenus,
& Erophantus Parienus, & Metrodorus Proconnesi-
us, & Aristagoras Cizicenus, & Ariston Byzantius, &
hi quidem ex Hellesponto. Ab Ionia autem Strati
Chius, & Aeacides Samius, & Laodamas Phoce-
& Histiæus Milesius, cuius sententia prælata est sen-
tentiæ Miltiadæ. Aeolum uerò unus affuit, qui esset
autoritate præditus, Aristagoras Cymæus. Hi postea-
quam Histiæi probauere sententiam, hoc sibi agen-
dum dicendumq; censuerunt, ut pontem quidem ab
ulteriore ipsa eatenus soluerent, ut extra sagittæ ia-
ctum essent, ne nihil facere uiderentur, cum tamen
nihil facerent, néue Scythæ uim afferre tentarent, &
Istrum ponte transire, sed soluentes illinc pontem,
quasi omnia ad uotum Scytharum facerent. Hoc sen
tentiæ Histiæi addēdum cum decreuissent, ita pro u-

Histiæi sententia.

niuersis ad Scythas Histiæus uerba fecit: Viri Scythæ, iucũdam nobis rem attulistis, & opportunè instatis. Atq; ut uos nobis probè uiam ostenditis, ita nos uobis obsequenter obtemperabimus. Vt enim cernitis, traiectum rescindimus, adhibituri omnẽ diligẽtiam, cupiditate assequẽdæ libertatis. Cæterùm dũ nos hæc dissoluimus, interea uos illos inquirere tẽpus admonet, & inuentos tam uestro q̃ nostro nomine ita ulciscì, ut merẽtur. Scythæ Iohib. iterũ fidẽ habẽres tãq; ucra elocutis, ad inquirẽdos Persas reuerterũt, atq; ab omni illorũ itinere aberrarũt, ipsi sibi huiꝰ rei causa, q; pabula equorũ illis in locis corruperãt, fontesq; obstruxerant: q; nisi fecissent, facile si uoluissent, Persas inuenturi: nunc ita faciendo, uisi sibi sunt optimè consuluisse, ob quæ tamẽ eos res frustrata est. Quippe in sua regione eã partẽ consectantes, in qua cibaria equis atq; aquæ forẽt, hostẽ indagabant: rati illum eadẽ parte fugã intendisse. At ille obseruato q; prius tenuerat itinere, abierat, atq; ita quoq; ægrè traiectus reperit locum. Et cum noctu peruenisset, nactus pontẽ solutũ, animo prorsus concidit, ueritus ne se relicto Iones abissent. Erat apd Dariũ Aegyptius quidã, omnium hominũ uocalissimus. Hunc Darius supra tipã Istri positũ iubet inclamare Histiæũ Milesiũ: Histiæus eũ sæpius inclamantẽ, ad primã tamen inclamationẽ exaudiens, omnes naues admouit, & ad traijciendum exercitum pontem iunxit. Atq; hunc in modum Persæ pfugerunt, quos indagantes Scythæ, iterũ aberrarunt, & ob id Iones tanq̃ non liberos, sed pessimos & ignauissimos omnium hominum indicant, deq; eis tanquam de seruis loquentes, mancipia dominos amantia esse aiunt, & insectatione dignissimos. Hæc in Iones Scythæ pbra iaciũt. Darius per Thraciã iter faciens, Sestũ Chersonesi peruenit, atq; illinc Asiã naui-

Histiæus ad Scythas.

Vocalissimus quidã Aegyptius.

Iones à Scythis hominum ignauissimi iudicãtur.

bus ipse trāsiuit, relicto in Europa exercitus duce Megabyzo, homine Persa: cui Darius aliquādo hunc honorem habuit, ut hoc uerbum inter Persas diceret, cum esset esurus mala punica, simul ac primū malū aperuit, interrogatus à fratre Artabano, num tantum hominum sibi optaret, quantū illic esset acinorū: respōdit, se præoptare tot sibi esse Megabyzos, q̄ Græciā subditam. His uerbis apud Persas hominē honorauit: quē tūc prætorē reliquit cū octoginta millib. militū. Megabyzus aūt hic immortalē sui memoriā apd Hellespontios reliquit, hoc dicto, q̄ cū apud Byzantium agens audisset Chalcedonios decem & septem annis ante Byzātios urbē condidisse: inquit, Chalcedonios eo tempore cæcos fuisse, q̄ cū pulchrior adesset locus ad urbem cōdēdā, nequaq̄ turpiorē elegissent, nisi cæci fuissent. Hic igitur Megabysus in Hellespōtia plaga p prætore relict⁹, eos q̄ diuersarū à Medis partiū erāt, subigebat: & is quidem talia agebat. Per idem autem tempus, alia ingens aduersus Pœnos extitit expeditio ob eam quam ego commemorabo causam, his prius expositis: Argonautarum posteri cū à Pelasgis qui fœminas Athenięsium, & ex Braurone prædati sunt, essent eiecti à Lemno, Lacedæmonem nauigauerunt, considentesque apud Taygetum ignes accenderunt. Quos Lacedæmonij cū aspexissent, nunciū misere, sciscitatum quinā & unde essent. Illi nuncio sciscitanti respōderunt, se Minyas esse, ab his heroibus oriundos, qui in Argo nauigassent, quibꝰ cū Lemnum appulissent, illic eos procreassent. Hanc orationem stirpis Minyarū cum audissent Lacedæmonij, misso iterum nuncio sciscitātur, quid sibi uelit ipsorum aduēctus, atq; ignis accensio? Illi uerò se respondēt, à Pelasgis eiectos, redire ad parentes (æquissimum enim id factum esse) orare, q̄ ut sibi liceret unà cum eis habitare, tam bonorum

Megabyzi elogium.

Minyæ.

bonorum, tum agrorũ participibus. eos recipere in ea quæ ipsi uellent, Lacedæmonijs placuit, cũm ob alia ad hoc faciendum inductis, tum præcipuè, quòd Tyndaridæ Castor & Pollux in Argo nauigauerant. Receptos Minyas & agris impertierũt, & in tribus coaptauunt. Ibi confestim in alios ablocatis, quas in Lemno duxerãt uxorib. matrimonia contraxerunt. Longo deinde interiecto tẽpore, statim elati superbia cũ alia flagitiosa perpetrarũt, tũ regnũ affectarũt. Quo nomine eos Lacedæmonij morte mulctãdos cum censuissent, cõprehensos in carcerẽ coniecerũt. Quoscunq; Lacedæmonij morte plectendos cẽsent, eos noctu plectũt, interdiu neminẽ. Cum uerò esset in illos animaduersuri, exorati sunt ab eorũ uxorib. quæ ciues erant, & primorũ Spartanorũ filiæ, ueniã ingrediendi carcerẽ, & cum suo cuiusq; uiro colloquendi, nullum in illis dolum esse suspicantes. Horũ permissu Minyarum uxores ingressæ carcerem, omni ueste quam gestabãt uiris tradita, illorum uestem illæ sumpserunt. Ita Minyæ muliebri ueste amicti, ueluti mulieres, è carcere prodierunt, rursusque apud Taygetum consederunt. Hac eadem tempestate Theras Autesionis filius, Thersameni nepos, Thersandri pronepos, Polynicis abnepos, missus est in coloniã Lacedæmonis, genere Cadmeus, auunculus Aristodemi filiorum Eurysthenis & Proclis, qui cum pupilli essent, tutelam gerebat regni Spartani. Adultis mox pupillis, ac recepto imperio, Theras ita grauiter tulit sibi ab alijs imperari, quoniã imperiũ degustasset, ut negaret se Lacedæmone moraturum, sed ad cognatos nauigaturum. Erant autẽ in insula, quæ nũc Thera, quõdã Callista uocabatur, homines Phœnices à Mẽbliare Pœcilis filio oriũdi. Cadmus enim Agenoris filius Europam quæritãs, in insula quæ nunc Thera uocatur, appulsus cũ esset,

Lacedæmoniorũ mos insumẽdis noctu supplicijs.

Minyæ uxorum cõmento liberati.

sue regionis amore captus, siue qua alia uoluntate, re
liquit illic cùm alios quosdã Phœnices, tũ Membliã-
rẽ consanguineũ suũ. Illi ante aduentũ Therę Lacedę
mone octo ætatib. hominũ, insulã (quæ Callista, id est
pulcherrima uocabatur) incoluerũt. Ad quos The-
ras cum multitudine tribuliũ missus est, nequaquam
ad illos ejiciendos, sed ad unà habitandũ, & ad insulã
ualde frequentandã. Postea uerò q̃ Minyas è carcere
elapsos, & apud Taygetum considentes, Lacedæmo-
nij tamen necare statuerant, Theras necẽ eorum de-
precabatur, recipiẽs se illos ex ea regione abductuñ.
Et huic postulato Lacedæmonijs assentientibus, cum
tribus biremibus ad posteros Membliaris nauigauit,
ducens secum nõ uniuersos Minyas (plerię enim ex
ipsis ad Parorcatas Caucõasq; diuerterũt) sed paucos,
quos in sex partes distribuerũt, & totidẽ illic oppida
cõdiderũt, Leperũ, Magistũ, Trixas, Pyrgum, Epium,
Nudium. Quorum plana Helei memoria mea deleue
runt. Insulę aũt à conditore Thera nomen est inditũ.
hic filio, q̃ negaret se nauigaturum cũ eo, Relinquam
ergo, inquit, ouem lupis? Ex quo dicto nomen adole
scenti impositũ est Oilycus, id est, ouilupus, & id no-
men alteri prævaluit. Oilyco natus est filius Aegeus,
à quo uocantur Aegidæ, in Sparta ingens tribus. Ex
hac tribu uiri, cum eis non permanerent filij, ex Erin
nyum oraculo, delubrum Laio & Oedipodæ extruxe
runt: quod postea apud eos Theræos mansit, qui ex
his uiri procreati fuere. Hactenus Lacedæmonij cum
Theræis consentiunt: quod deinceps extitit, soli The
ræi factum hoc modo esse memorant. Grinus Aesanij
filius ab hac Thera oriundus, cum esset Theræ insulæ
rex, contulit se Delphos, ducens ex urbe solennes ho
stias cum aliis ciuibus eum comitantibus, tum uerò
Battus, qui erat de genere Polymnesti, apud Mynias
gratiosus.

Ouem lupis relinquere, prouerbium.

Oilycus unde appellatus.

Grinus delubrum Laio & Oedipodæ extruxit.

gratiosus. Consulenti Grino Theræorum regi de alijs rebus, Pythia respondit, ut urbem in Africa conderet. Cui uicissim ille: Equidē, inquit, ego, ô princeps, senior sum, & grauis ad molicndum, tu uerò quempiam horum iube ista facere; simul hæc diceus, Battum ostēdebat. Hæc hactenus. Tunc ubi reuersi sunt, pro nihilo habuere responsum; neque ubi terrarum Africa esset gnari, neque ex incerto oraculo coloniam mittere audentes. Septem post hæc annos in Thera cum non pluisset, & omnes (præter unam) arbores exaruissent, consulentibus Theræis Pythiam, respondit, mittendam in Africam esse coloniam. Illi, quoniam nullum mali remedium erat, mittunt in Cretam nuncios inuestigarum, si quis aut indigenarum aut aduenarum illic esset, qui in Africam nauigasset. Nuncij cum Cretam pererrassent, & ad urbem Itanum peruenissent, in ea contraxerunt cum purpurario quodam, cui nomen erat Corobio. Is aiebat, se uentis abreptum in Africam applicuisse, & ad Platæam insulam Africæ. Hunc nuncij mercede inductum in Theram duxerunt. Verùm non multi ad rem explorandam, ex Thera initiò profecti sunt, duce ipso Corobio: quo in ea insula relicto cum aliquot mensium cibarijs, ipsi quam celerrimè reuerterunt ad cæteris de insula renunciandum. Quibus ultra præstitutum tempus redire differentibus, omnia Corobio deficiebant. Sed appulsa eò naui Samia, quæ ab Aegypto redibat, cuius gubernator erat Colæus, Samij, omni re gesta à Corobio audita, in annum homini cibaria reliquerunt. Ipsi ex hac insula cum soluissent, Aegyptum optantes uento subsolano abrepti ferebantur: nec intermittente flatu, Herculeas transuecti columnas peruenerunt in Tartessum, pompam ferentes ad rem diuinam. Erat ea tempestate id emporium

Battus.

Itanus oppidum.

Corobius.

Colæus.

Herculeæ columnæ

Tartessus

id est, nundinæ, intemeratum, adeò ut inde reuertentes isti ex mercibus quæstum maximum fecerint, inter omnes quot nouimus Græcos, duntaxat post Sostratem Laodamantis, cum quo nemo possit conferre. Ex hoc quæstu Samij decimam (id est, sex talentis) selecta, fecerunt ahenum ad exemplum crateris Argolici, gryphinis capitib. in circuitu altrinsecus obuersis: & in templo Iunonis collocarunt, sustinentibus illud tribus colossis, id est, humanis simulacris, septenûm cubitorum, genu nixis: & hoc primum facto ingens amicitia Cyrenęis Theræisq; cum Samijs contracta est. Therei, ubi relicto in insula Corobio, ad Theram reuersi, renunciarunt esse illis insulam è regione Africæ sitã: placuit Theræis, ut è singulis oppidis quæ septem erant, uiri mitterentur, fratribus inter se sorticis, quis potius mitteretur, duce eorum rege Battoita duas biremes in Plateam miserunt. Hæc Therei memorant. Cætera iam Theræis cum Cyrenæis constant. Nam quod ab Battum pertinet, Cyrenæi nequaquam cum Theræis consentiunt. Sic enim narrant: Est in Creta oppidum Oaxus, in quo fuit Etearchus rex. Hic amissa uxore, induxit filiæ nomine Phronimę, nouercam: quæ domũ ingressa, ut erat, ita reipsa se nouercá præstitit, cùm lædẽdo, atq; omne genus iniuriarum excogitando, tum ad extremũ impudicitiã impingendo: idq; ita rem habere uiro persuasit. Ille ab uxore deceptus, rem de filia nefariam commentus est. Erat in Oaxo negociator quidam Theræus, nomine Themison: hunc in familiaritatem acceptum Etearchus adiurat, ut quam rem oraretur, in ea se ministrum præberet. Vbi hominẽ iureiurádo adegit, adductam ei tradidit filiam suam: iubens, ut eam abductã in mari demergeret. Themison ancipiti animo inter nefas operis & hospitij perfidiam, ita sibi faciendum putauit,

Sostrates. Ahenum Samiorũ.

Theræorũ colonia. Cyrenæi. Oaxus. Etearchus Phronima

Themison

putauit. Accepta puella mare ingressus, cum in alto fuit, ut iuriiurando Etearchi satisfaceret, reuinctam funibus puellam dimisit in pelagus: ea denique retracta, Theram peruenit. Ibi Polymnestus uir inter Therxos spectatus, in concubinatum Phronimam accepit, ex qua interiecto tempore natus est ei filius, sono uocis exili, ac balbutienti, cui nomen impositum est Batto, ut Theræi & Cyrenæi aiunt: ut autem ego sentio, aliud aliquid: sed cum cognominatum Battum, postquam in Africam abijt, cùm propter oraculum apud Delphos ei redditum, tum propter honorem quem assecutus est. Battum enim Pœni regem appellãt, & ob id reor Pythiã lingua Punica, q̃ nouerat, cũ oraculũ reddidit, uocasse Battũ, qd̃ futurus rex esset in Africa. Hic ubi in uirilẽ adoleuit xatẽ, Delphos adijt, ob linguæ uitiũ. Cui cõsulẽti Pythia respõdit:

Batto nomen unde institutũ.

Batte uenis uocis causa, dux te iubet ire

Lanigerã in in Libyen habitatum Phœbus Apollo.

Apollinis oraculum

Ad hæc Battus sic uicissim inquit: O princeps, ego ad te ueni gratia consulendi de uoce, tu de alijs mihi respondẽs, quæ nequeũt fieri, iubẽs migrare in Africã, qua copia, quaue manu? Hæc loquẽs nõ psuasit illi ut alia responderet. sed eadem quæ prius respõdẽte Pythia, illinc digressus abijt in Therã. Mox deinde cũ & huic ipsi, & cæteris Theræis malè euenire t, nec mali causa deprehẽderetur, ob hæc mittũt Delphos scisciatũ. Quib. cũ respõdisset Pythia, melius cũ ipsis actũ iri, si Cyrenẽ in Africa cõderẽt cũ Batto, miserũt Theræi Battũ cũ duab. biremibus. Illi in Africã (quandoq dem nõ aliud habebant q̃ agerẽt, retrò ad Therã se receperũt. Sed eos Theræi arcẽtes accessu terræ repellebant, ac rursus reuerti iubebant. Ita necessitate adacti remenso iterum mari, condiderunt oppidũ in insula Africę adiacẽti, nomine ut prius dictũ est, Platea.

quæ

quæ fertur par esse Cyrenæis magnitudine. Hanc bien
nio incolentib. cum nihilo melius cum eis ageretur,
uno è suis relicto, cæteri Delphos nauigarunt ad oracu
Platæa oppidum. lum consulendum. Eò postquã uenerunt sciscitantib.
quid ita secum in Africam profectis, nihilo tamen me
lius ageretur, Pythia respondit his uerbis:

Lanigeræ Libyes scis quam nec adiueris urbem
Me melius, ruũ ego ingenium mirabor euntis.

His auditis, ij qui cũ Batto erãt, rursus redierunt. Neq;
enim sinebat eos deus aliò migrare, priusq; in Africam
cõcessissent. Reuersi ad insulã, recepto quẽ reliquerãt,
Aziristus locus. incoluerunt locum in Africa, è regione insulæ, nomi-
ne Aziristum, amœnissimis collib. utrinq; cõclusum,
& utrinq; flumine præterlabente. Hunc locũ sex an-
nis cum incoluissent, septimo deserendũ putauerunt,
admonitu Pœnorum, ut in meliorem transirent. Ita il
linc eos Pœni uesperum uersus, & ad locorum specio-
sissimũ abduxerunt, & quidẽ noctu, ne Græci interdiu
facientes iter, diurnũ spaciũ metiendo animaduerte-
rent. Fit aũt huic loco nomen Irasa. Eos ubi ad fonts
Irasa locus. qui Apollinis esse fertur, duxerunt, inquiũt: Viri Græci,
hic uobis incolere cõmodum est, ubi cœlũ uocaliter
Apollinis fons. sonat. Sub Batto igitur, qui cõdidit Zoã, & annos qua
draginta regnauit, & sub eius filio Arcesilao, qui regna
uit annos sexdecim. Cyrenæi habitauerunt tot omni
no, quot in coloniã initiò missi fuerãt. Sub tertio aũt
Batto, qui felix est appellatus, cunctos Græcos ad naui
gandũ in Africã cũ Cyrençis habitatũ induxit Pythia.
Nam accersebant eos Cyrençi ad agri partitionem. Ia
duxit autem hæc uerba respondens:

Serior in Lybien quisquis peruenerit almam,
Diuidendi agri mox hunc affirmo pigebit.

Pœni Aegypto finitimi. Cum ergo ingens multitudo Cyrenam se contulisset,
quæ tum omnia Pœnorum agros uastabat, atq; inte se
pariebantur

participãtur. At illi eorumq; rex nomine Adicran, agris exuti à Cyrenæis, missis in Aegyptum quibusdã, sese dediderunt Aprij Aegyptiorũ regi. Ille comparatum grandem Aegyptiorum exercitum, misit aduersus Cyrenas. Cyrenæi instructa apud Irasa locũ & ad fontem Thestin acie, cũ Aegyptijs conflixerunt, cosq; superauerunt, utpote inexpertos antea atq; contemptores Græcorũ: adeoq; ptligarunt, ut pauci ex eis in Aegyptũ redierint. Qua de re Aegyptij succensentes Aprij, ab eo desciuerunt. Huius Batti filius extitit Arcesilaus, qui regnũ adeptus, inter initia cũ fratribus suis seditiones exercuit, donec illi relicto eo, in alium Africæ locũ migrauerunt, ubi cõtracti urbẽ hanc cõdiderũt, quę & tunc & nũc Barca appellatur. Et inter condendum Pœnos solicitabant ad deficiendum à Cyrenæis. Arcesilaus tã suis defectorib. quàm eorum receptorib. bellum intulit, quem reformidantes Pœni, fugam ad orientales Pœnos intenderunt. Sed fugientibus Arcesilaus usq; institit insequẽdo, dum ad Leuconem Africæ peruenit, & Pœnis uisus est opportunus ad inuadendum. Itaq; congressi eò Pœni, adeò superauere Cyrenæos, ut ex illis septem millia ceciderint. Post hanc cladem, Arcesilaum ægrotantem epoto medicamento frater ipsius Aliarchus strãgulauit. Sed eum dolo uxor Arcesilai interfecit, nomine Eryxo. Arcesilao successit in regno Battus, pedibus non ualens, sed claudus. Cyrenæi ob acceptam calamitatem, Delphos miserunt, per quosdam interrogatum, qua ratione inita, præclarissimè habitarent. His Pythia respondens, iussit ex Mantinea Arcadum adducerent moderatorem. Itaq; petentibus Cyrenæis, Mantinei dederunt quendam nomine Demonacem, uirum inter populares probatissimum. Hic igitur uir Cyrenen profectus, ubi singula quæq; edoctus est, in tres

Adicran.
Aprien rex.
Thestis fons.
Barca oppidum.
Arcesilai regnum.
Leucon.
Aliarchus.
Battus claudus.
Cyrenensium distributio.

tres tribus distribuens illos ita digessit, ut unam quidem partem faceret Theræorum atq; confiniũ, alteram autem Peloponnesiũ atq; Cretensium, tertiam uerò cunctorum insulanorum. Qui etiam huic Batto regi cùm alia omnia quæ superiores reges obtinuerant contulit, tum uerò peculiaria fana ac ceremonias in media urbe instituit: quæ instituta sub hoc quidem Batto syncera permanserunt. Verùm sub eius filio Arcesilao uehementer sunt perturbata, negãte Arcesilao Batti illius claudi & Pheretimæ filio seniorum quæ Mantineus Demonax constituisset, ac reposcente honores suorum maiorum: hinc seditione orta, ejectus profugit in Samum, mater eius in Salaminem Cypri. Obtinebat ea tempestate Salaminis imperium Euelthon, qui Delphis dedicauit thuribulum spectaculo dignum, quod in thesauro Corinthiorum situm est. Ad hunc profecta Pheretima precabatur, ut se filiumq; Cyrenen cum exercitu reducerent. Ille omnia potius quàm exercitum huic dabat. Pheretima id quod dabatur accipiens, dicere bonum id quidem esse: sed melius facturum eum, si quod obsecraretur, daret exercitum. Cumq; identidem ad omnia quæ dabantur, hoc diceret, tandem misit ad eam Euelthon donũ fusum aureum, atque colum penso circũdatam: dicentiq; quę consueuerat uerba: Pheretima, inquit, talibus rebus donari fœminas, non exercitu. Arcesilaus interea Sami agens, unumquenque solicitabat ad spem rei agrariæ: coactoq; ingenti exercitu, missus est Delphos ad consulendum de reditu in patriam. Cui Pythia ita respondit: Ad quatuor Battos, ac totidem Arcesilaos octo hominum ætates datur uobis Apollo Cyrenæ regnare, ulterius uos conari dehortatur. Tibi uerò suadet, ut ingressus in domum tuam, quietem agas. Quod si fornacẽ inueneris plenam

Pheretima Arcesilaus ejicitur. Salamin. Euelthon

Colus cũ fuso fœmineæ tradita.

plenam amphorarum, ne eas excoquas, sed ad auram emittas. Sin fornacem incenderis, ne committas ut circumfluum introcas: alioqui peribis tu pariter & taurus, optimè opus faciens. Hæc Arcesilao Pythia respondit. Ille sumptis ijs quos contraxerat è Samo, redijt Cyrenen: recuperatoq; rerũ statu, immemor oraculi factus, uocaris ad dicendam causam ijs, qui contra ipsum in partib. fuerãt, obiecit culpam fugæ suæ. At illorum alij exilio solum uertebant, alij ab eo comprehensi, in Cyprum ad necem mittebantur, quos Coridij ad suam terram appulsos liberauerunt, ad Theramq; dimiserunt. Quosdam, qui in grandem quandam & priuatam Aglomachi turrim refugerant, circundata materia Arcesilaus igni crematuit. Hoc perpetrato, agnoscens id esse oraculum, quo Pythia non sinebat eum intentas in fornace amphoras excoquere, excessit ultro ex urbe Cyrenee, extimescens necem oraculo prædictam, & quòd Cyrenen existimaret esse circunfluam. Contulitq; se ad regem Barcæorum nomine Alazerim, cuius filius in matrimonio habebat cognatam eius. Et quidam tunc Barcæi, tum Cyrenęi exules cum in foro agentem animaduertissent, obtrũcarunt, & insuper eius socerum Alazerim. Ita Arcesilaus, siue uolens, siue inuitus, oraculo non obsecutus, fatum suum impleuit. Mater eius Pheretima, dum filius mali sui sibi autor Barcæ agit, ipsa interea honoribus filij Cyrene fungebatur, ac munera obibat cùm alia, tum in senatu præsidendo. Vbi cognouit filium in urbe Barca oppetisse mortem, fuga se proripuit in Aegyptum. Nam Arcesilaus fuerat de Cambyse Cyri bene meritus: quòd is extitisset qui Cyrenen Cambysi tradiderat, ac tributum instituerat. Hæc in Aegyptum cum peruenisset, supplex Aryandi assedit: hortans eum ad se ulciscendam, prętendẽs titulum,

Arcesilaus Cyrenen recuperat.

Alazer.

Arcesilai mors.

Pheretima principis obit munera.

Aryandes

Aryandes titulum, quòd filius, quia cum Medis sentiret, interemptus esset. Erat hic Aryandes Aegypti prætor à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore cum emulari Darium uellet, ab eo est interfectus. Siquidē audiens atq; animaduertens Dario cordi esse memoriam sui relinquere, opere quod à nullo alio regum factum esset, id sibi imitandum putauit, donec mercedem accepit. Etenim Darius ex auro quàm potuit purgatissimo monetam percussit. Idem Aryandes Aegypti prætor ex argento fecit. Et nunc quoq; extat purissimum argentum Ariandicum. Ea re comperta, Darius insimulatū quasi rebellare uellet, morte affecit. Tunc tamen Aryandes hic misertus Pheretimæ, omnes ei copias Aegypti tradidit, pedestres simul & nauticas; præposito quidem pedestribus Amasi homine Maraphio, nauticis autem Badra generis Pasargadi. Sed priusquam copias mitteret, caduceatore Barcam misso percontabatur, quisnam percussor Arcesilai extitisset. Barcæi se omnes extitisse respondent. multa enim se ab illo mala esse perpessos. His auditis Aryandes ita exercitum unà cum Pheretima mittit. Atque hic quidem titulus inferendi belli extitit. Verùm (ut mea fert opinio) exercitus mittebatur ad Pœnos subigendos. Pœnorum multæ sunt & uariæ nationes, quarum paucæ regi obtemperabant, pleræq; Darium contemnebant. Colunt autem Aegyptum uersus, ut hinc, incipiamus, Pœnorum primi Adyrmachidæ, qui eisdem ferè, quibus Aegyptij, moribus utuntur. Vestem gestant qualem & alij Pœni, uxores eorum in utroque crure armillam æream. Eædem capitis comā alunt, quarū quæq; suos (quos capit) pediculos præmordet, atq; ita abijcit. Hoc isti ex omnibus Pœnis soli factitant, soliq; uirgines nupturas regi exhibent, quæ illi placita fuerit, eam deuirginat. Pertingunt hi

Darū moneta.

Aryandicum argētum.

Badra.

Pœnorū uariæ nationes.

Adyrmachidarum mores.

Adyrma-

Adyrmachidę ab Aegypto ad portum uſque nomine Plynum. His couſines ſunt Gygamæ, locum qui occaſum ſpectat incolentes, Aphrodiſiade tenus inſula. In huius loci medio eſt inſula Platæa, ubi urbem condidere Cyrenæi, & in continente eſt portus Menelai & Aziris, quam Cyrenæi incoluere. Et dehinc Silphium incipit, ab inſula Platæa pertingens uſque ad fauces Syrtis. Apud hos idem penè ritus, qui apud alios ſunt. Gigamas ab occaſu contingunt Asbyſtæ, qui ſupra Cyrenen incolentes, pertingunt ad mare. Nam maritima Cyrenæi colunt. Iidem non poſtremi, ſed præcipui Pœnorum ſunt, qui quadrigis uehantur, ſtudioſi in Cyrenæorum moribus maxima ex parte imitandis. Horum ſunt occaſum uerſus confines Auſchiſæ, qui ſupra Barcam incolentes ad mare, pertingunt ad Euheſperidas. Circa mediam Auſchiſarum plagam habitant Cabales, exigua natio, ad mare pertingentes ad Tauchiram oppidum agri Barcæi, eiſdem quibus ij qui ſupra Cyrenen ſunt, moribus utentes. Auſchiſarum quod ad occaſum uergit, contingunt Naſamones, grandis natio, qui ſub æſtatem relictis ad mare pecoribus, conſcendunt ad locum Aegilen, decerpturi palmulas. Nam palmæ illic & permultæ ſunt & ſpacioſæ, & fructiferæ omnes. Ex quibus ubi palmulas præmaturas decerpſerunt, ad ſolem ſiccantes maturefaciunt, deinde lacte maceratas ſorbillant. Vxores plures ſinguli è conſuetudine habent, & cum his in propatulo coëunt, eodem penè quo Maſſagetæ modo, prius ſcipione prætento. Naſamonibus mos eſt, cum quis primum ducit uxorem, prima nocte ut ſponſa ſingulos conuiuas obeat Veneris gratia, & ut quiſque cum ea concubuit, donum det illi quod ſecum habet domo allatum. Iureiurando ac diuinatione tali utuntur per eos uiros, qui iuſtiſſimi atque

Aphrodiſiae inſula.

Gigamæ. Asbyſtæ. Euheſperides.

Cabales. Tauchira.

Naſamonum mores.

optimi apud illos fuisse dicuntur, iurant illorum sepulchra tangentes. Diuinant ad suorũ accedẽtes monimenta, & illis, ubi preces peregerunt, indormiũt. Vbi quodcunq; per quietem insomnium uiderũt, eo utuntur. Fidei dandæ cõsuetudo hæc est: De manu alterius uterq; sumpto in uicem poculo bibit. Quod si nihil humoris habuerint, sumptum è terra cinerẽ liquant. Nasamonib. conũnes sunt Psylli, qui hunc in modum interciderunt: Auster eis omnia receptacula aquarum arefecerat. Erat autem omnis eorum regio, quæ intra Syrtim est, aquarum inops. Ob id illi publico colloquio atq; consilio expeditionem fecere aduersus austrum. Quæ Pœni memorant refero. Hos, cum ad arenas uenissent, auster spirans illic obruit. Psyllis extinctis, eorum terram Nasamones obtinent. Super hos austrum uersus in loco feris frequenti, Garamantes habitãt, qui omnium hominum commercium aspectumq; refugiunt, nihil bellicæ armaturæ habentes, ac ne defendere quidem sese audentes. Ri supra Nasamones incolunt. Circa maritima uerò ea casum uersus, conũnes sunt Macæ, qui summum capitis uerticem radunt, in medio capillos crescere sinẽtes, hinc atq; hinc in orbem tondentes. In bellum pelles subterraneorum struthionum ferunt pro tegumẽto. Per eos flumen Cinyps è colle, qui uocatur Gratiarum, fluens in mare influit. Hic collis Gratiarum nemoribus frequens est, cum cætera (cuius memini) Africa sit arboribus nuda, ducentorum ab ea ad mare stadiorum intercapedine. Horum Macarum finitimi sunt Gindanes, quorum uxores ferunt fimbrias pelliceas singulæ multas, ob hoc (ut memoratur) quod ue à quoq; uiro Venerem passa est, fimbriam orat, & ue quaq; plurimas habet, ita præclarissima censetur, tanquam à pluribus uiris adamata. Horum Gindanorũ oram

Psylli,

Psyllorum aduersus austrum expeditio.

Garamantes.

Macæ.

Africa arboribus nuda.

Gindanes

Gindanarum mucronũ fimbriæ.

oram in mare porrectam incolunt Lotophagi, qui è solo loti fructu victitant, qui fructus est instar fructus lentisci, suauitate assimilis fructui palmarum. Ex hoc fructu Lotophagi uinum conficiunt. Lotophagis secundum mare, uicini sunt Machlyes, loto & ipsi uescentes, sed minus quàm superiores. Pertingunt autem usque ad ingentem amnem, nomine Tritonem, qui in grandem paludem Tritonidem influit, in qua est insula, quæ dicitur Phla. Hanc insulam aiunt dici à Lacedæmonijs habitari debere. Aiunt autem hunc in modum, Iasonem posteaquam sub Pelio Argo exædificauit, impositis in ea cùm alijs solennibus hostijs, tum uerò tripode æreo, circuisse Peloponnesum animo Delphos eundi, eumq; cum teneret cursum circa Maleam, abreptum à uento aquilone, & abductum in Africam, & priusquam tellurem cerneret, in aspretis paludis Tritonidis astitisse, eiq; hæsitãti de egressu apparuisse Tritonem, ac iussisse dari sibi tripodem, quòd diceret ostensurum se illis exitum, atq; incolumes remissurum. Assentiente Iasone, ita demum Tritonem ostendisse, qua ratione è breuibus enauigarent; & tripodem ab illis in templo positum esse, in eoq; tripode oraculum reddidisse, & ijs qui cum Iasone erant, omnem rationem indicasse. Fore enim, ut cum quis tripodem accepisset ex omnibus qui in Argo nauigarent, necessatio centum Græcæ ciuitates accolerent paludem Tritonidem. Hæc cum audissent Pœni qui montem Gratiarum colunt, tripodem occultasse. Iuxta hos Machlyes habitant Ausęs, circum paludem Tritonidem. Ita utrique habitãt, ut media Tritone dirimantur. Quorum Machlyes quidem occiput tritum gestant, Ausęs uerò anteriorem capitis partẽ. Horũ uirgines anniuersario Mineruæ festo in honorẽ ipsius deæ, indigenę inter se bifariã diuisæ

Phala insula.
Iason.
Argus ædificatio.
Ausęs.

præliantur lapidibus fustibusq; , dicentes se matrem patrium seruare ei, quam Mineruam nominauimus: & quæ uirgines è uulneribus decedunt, eas falsas uirgines appellant: sed priusquam à pugnando desistant hoc faciunt: Quæ uirgo in pugnam optimam operam nauauit, eam semper communi consensu cæteræ uirgines exornant cùm cætera armatura Græca, tum crista Corinthia, & curru impositam circa paludem circumferunt. Quibus autem rebus ornabãtur olim uirgines antequam accolerent Græci, non habeo dicere. Arbitror ornari suetas armis Aegyptijs, nam ab Aegypto affirmo & scutum & galeam ad Græcos esse tradita. Mineruam aiunt Neptuni esse filiam, ac paludis Tritonidis, eamque nescio quid à patre reprehensam, donasse se ipsam Ioui, & Iouem sibi illam asciuisse filiam. Hæc illi aiunt. Iidem promiscuè cum mulieribus non unà habitantes, sed pecudum more concumbunt. Vbi apud mulierem puer robustus est factus, apud quem uirum habitare sustinet (nam tertio quoque mense uiri conueniunt) eius filius censetur. et hi quidem maritimi Pienorum pastoralium, Nomades dicuntur. Supra hos in mediterraneis Africa feris est frequens. Supra hanc partem efferatam supercilium soli fabulosum est, porrectum à Thebis Aegyptijs ad columnas Herculis. In hoc supercilio fermè decem dierum itinere sunt grumi grandes salis, concreti in collibus, & singulorum collium uertices è medio sale eiaculantur aquam dulcem, pariter & gelidam. Circa quam homines habitant ultimi, solitudinem uersus, & supra plagam feris inaccessam, à Thebis itinere dierum decem, primi Ammonii, habentes templum ad Thebani Iouis effigiem. Etenim Thebis quemadmodum à me memoratum est, aspectu arietino, Iouis simulacrum est. Apud hos est alia quoque

Virginum anniuersarius conflictus.

Nomades

Ammonij

que

que aqua fontana, quæ ſub matutinum quidem tepet, ſub horam qua forum frequentiſſimum eſt, frigeſcit, ſub meridiem multo frigidior eſt. Eaque hora hortos irrigant. Declinato iam die remittitur frigus, donec ſol occidit: tunc tepeſcit, magis ac magis caleſcens ad mediam uſq; noctem, quo tempore feruens exæſtuat: præterita nocte media, ad auroram uſq; refrigeſcit. Cognominatur autem fons ipſe ſolis. Poſt Ammonios per ſupercilium ſabuli, decem rurſus dierum itinere eſt collis ſalis, & aqua illi Ammoniæ par, hominibus circùm habitantibus, cui loco nomen eſt Aegila, ad quem locum Naſamones commeant palmulas decerptum. Rurſus decem dierum ſpacio ab Aegilæis alius collis eſt ſalis, & aqua, & palmularum fructiferarum magna uis, quemadmodum apud alios, incolentibus illic hominibus, quibus nomen eſt Garamantibus, natione ſanè magna, qui inducta ſuper ſalē humo, ita ſerūt. ab his ad Lotophagos breuiſſimum iter. A quibus triginta dierum ſpacium eſt ad eos, apud quos gignuntur boues præpoſterè paſcentes. Ideo autem præpoſterè paſcuntur, quòd cornua inflexa anterius habent, & ob id retrorſum euntes paſcuntur. Nam offenſantibus in terram cornibus, progrediendo paſci nequeunt, alioqui nihil differentes à cæteris bobus, præter craſſitudinem pellis atque duritiam. Garamātes hi Troglodytas Aethiopes quadrigis uenantur. Nam Troglodytæ Aethiopes, omnium quos fando coguouimus, pernicisſimis pedibus ſunt, ſerpentibus, lacertisq; & alijs id genus reptilibus ueſcentes, lingua nulli alteri ſimili utentes, ſed ueſpertilionum more ſtridētes. A Garamantibus decem quoq; dierū itinere alius collis eſt ſalis, & aqua, accolentibus hominibus, quibus nomen eſt Atlantibus, ſolis omnium hominum, quos ipſi nouimus, in-

Salis collis.

Garamantes.

Troglodytæ.

Atlantes.

nominatis. Nam sális quidem apud eos uocantur atlantes, singulis autem eorum nullum nomen imponitur. Hi solem transcendentem execrantur, eíq; præterea omnia conuicia ingerũt, quòd torridus & ipsos & regionem perdat. Post totidem dierum iter, alius tumulus sális est, cum aqua, & hominibus accolenti bus. Cui confinis est mons nomine Atlas, exilis, & undiq; teres: & (ut fertur) adeò celsus, ut eius cacumen nequeat cerni, quòd à nubibus nunquam relinquatur, neq; hyeme neq; æstate. Columnam cœli illum esse indigenæ aiunt. Ab hoc monte cognominantur hi homines, nam Atlantes uocantur: dicunturq; nec ulla animante uesci, nec ulla somnia cernere. Ad hos usq; Atlantes possum recẽsere nomina eorum qui in supercilio Africæ habitãt, post hos nihil amplius: Porrigitur autem id supercilium ad columnas usq; Herculeas, atq; ulterius. Intra quod est metallum, id est, effossio sális, decem dierum itinere, & homines incolentes domicilia sua facientes ex micis sális. Isti enim iam tractus Africæ uacant imbribus. Nam si pluerct illic, non possent manere parietes sális. Est autem sal qui ibi effoditur, colore albus & purpureus. Supra hoc supercilium, austrum uersus ac mediterranea Africæ, deserta etiam plaga est, & sine aqua ferisq; sine pluuia ac lignis, omni prorsus humore uacans. Ita ab Aegypto ad Tritonidem lacum, pastoritij Afri sunt, carne uictitantes ac lacte, nihil uaccinum gustantes, quia nec Aegyptij gustant suem, ne alentes quidem uaccam. Nec Cyrenææ fœminæ ferire sibi fas putant, ob Isidem quæ est in Aegypto, cui etiam iciunia & dies festos agunt studiosè. At mulieres Barcææ non modò gustu uaccinæ carnis, sed etiam suillæ abstinent. Atq; hæc quidem ita habent. Ad occasum uerò Tritonidis lacus iam non sunt pascuales Pœni, neq; eisdem moribus

Solem execrantes.

Atlas mons.

Atlantes unde appellati.

Metallum sális.

Domus ex sale.

Imbribus uacantes.

Pastorales Afri.

moribus utētes, neq; idē circa infantes (q̄ pascuales solent) factitantes. Nam Pœnorū qui pastorales sunt, an omnes, non quco p̄ certo dicere, sed pleriq; hoc faciunt. Vbi filij ipsorū quadrimi effecti sunt, uenas uerticis illorū lana succida inurunt, nōnulli uenas tēporum, eā uidelicet ob causam, ne ullo unq̄ tēpore phlegma, id est, pituita defluēs è capite, officiat, eaq; de re se aiunt esse optima ualetudine. Et sunt re uera Pœni inter omnes quos nos nouimus homines saluberrimo corpore, incertū mihi an ob hanc causam, certè optima ualetudine sunt. Quod si pueris inurēdis spasmus existat, inuenta est ab eis medicina. Vrina enim hirci aspersa eos liberant. Ea refero quæ ipsi Afri narrant. Apud pastoritios Afros talia sunt sacrificia: Vbi p̄ primitijs auriē pecudis præciderūt, eā supra domū abijciunt: hoc acto, ceruicē eius auertunt. Solis omnium deorum immolant Soli & Lunæ, & his quidem uniuersi Pœni sacrificant. At qui circa Tritonidē paludem incolunt, etiam Mineruæ Tritoniq; ac Neptuno, sed Mineruæ præcipuè. A quibus Afris Græci uestem & ægidas simulacrorū Mineruæ mutuati sunt, præterq̄ quòd apud Afros pellicea uestis est, & pendentes ex eius ægidibus fimbriæ non sunt serpentes, sed è loris factæ. Cætera uerò omnia ad idem exemplar effecta sunt, nomine quoq; ipso testificāte, uenisse ex Africa Palladiorum stolam. Quippe Afræ mulieres super uestem amiciuntur nudis pellibus caprinis fimbriatis, ac rubrica delibutis, à quibus ægeis, id est, caprinis pellibus, ægidas denominauere Græci. Quin etiam hinc primum mihi uidetur ciulatus in templis extitisse, quòd eo Africanæ mulieres uehementer utūtur, ac bellè. Erat ab Afris quadrijugos equos iungere Græci didicere. Sepeliunt autem pastorales Afri defunctos ut Græci, præter Nasamones, qui illos

Cyrenæarum fœminarū ob istdem superstitio.

Vaccinū non gustantes.

Sue abstinentes.

Mineruæ ægis.

Aegis unde appellatur.

sedentes sepeliunt, obseruantes ut dum quis cœpit a-
gere animam, cum sedentem constituant, ne supinus
expiret. Domicilia eorum sunt uirgultis compacta,
suspensis circa lentiscos, & ea quoquò uersus uersati-
lia. Et illi quidem talibus utuntur moribus. Contiu
gunt autem hos ab orientali parte Tritonis fluminis
hi Auses, qui sunt aratores; qui uerò Pœni domos pos
sidere consueuerunt, ijs nomen impositum est Ma-
xyes, qui dextram capitis partem comatam gestant, si
nistram radunt, corpus minio tingunt, asserentes se à
Troianis esse oriundos. Regio hæc & reliqua ad occi-
dentem uergens, multo frequentior est feris syluisq;
quàm regio pastoralium. Nam quæ ad auroram re-
spicit, quam pastorales incolunt, Tritone flumine te
nus, & depressior est, & arenosa. Hinc deinceps quæ
aratorum est, uesperam spectans, montana ualde est,
ac nemorosa, ferisq; frequẽs. Siquidem apud hos & ser
pentes sunt supra modum grandes, ac leones: elephã
tes quoq; & ursi, & aspides, & asini cornibus præditi.
Et cynocephali, id est, capita canina habentes, & ace-
phali, id est, non habentes capita, sed in pectoribus
oculos, ut ab Afris memoratur, necnon uiri, fœmi-
que agrestes, & aliæ permultæ feræ haud ementitæ.
Quorum nihil apud pastorales est, sed alia, ueluti py-
gargi & capræ & bubali & asini: non illi quidem cor-
nua habentes, sed alij impoti, nunquam enim bibũt:
& oryes, quibus ulnales palmæ pro cornibus fiunt.
Huius feræ magnitudo est ad æquiparationem bo-
uis: & bassaria, & hyenæ, & hystrices, & arietes agre-
stes, & dictyes, & thoyes, id est, ex hyæna & lupo geni-
ti, & pantheræ, & boryes, & crocodili tricubitali ad
summum magnitudine, terrestres, lacertis assimiles:
& struthij subterranei, & serpentes pusilli cum sin-
gulis cornibus. Hæ sunt illic feræ, & item quæ alibi,

Auſes aratores.

Maxyes.

Cynocephali.

Acephali.

Oculos in pectoris geſtantes.

præter

præter ceruum & aprum. Ceruus enim & aper prorſus in Africa nullus eſt. Sunt ibidem quoq; tria murium genera, quorum alij bipedes uocantur, alij zegerics Punica lingua, quod in noſtra pollet idem quod colles, alij echines. Sunt præterea muſtelæ, quæ in Silphio naſcuntur, muræna ſimillimæ. Tot habet feras Pœnorum paſtoralium regio, quantum nos maximè ſcrutando longiſſima inueſtigare potuimus. Maxyum Pœnorum confines ſunt Zabeces, ubi fœminæ aurigantur currus in bellum. His finitimi ſunt Zygantes, ubi magnam uim mellis apes conficiunt, ſed multo plus opifices uiri facere dicuntur. Omnes minio inficiuntur, ac ſimijs ueſcuntur, quarum affatim giguitur ijs, qui in montibus degunt. Iuxta hos aiunt Carthaginenſes ſitam eſſe inſulam nomine Cyranem, ducentorum ſtadiorum longitudine, arctam in latum, in quam iri è continente poteſt, oleis refertam, ac uitibus. Et in ea eſſe portum, unde uirgines indigenarum pennis uolucrum pice illitis, ramenta auri referunt è limo. Hæc an uera ſint, haud equidem ſcio: ſed quæ narrantur, ſcribo. Fuerit autem totum, ut ipſe ego in Zacynthio uidi picem è lacu & aqua referri. Sunt eo loco complures lacus, quorum qui maximus, ſeptuaginta quoquò uerſus pedum eſt, altitudinis duûm paſſuum. in hunc uirgines contum, cuius in ſummitate myrtus alligata eſt, demittũt: deinde referunt myrto picem, odorem quidem aſphalti habentem, ſed cætera præſtantiorem picc Pieria, eam quc in ſcrobem quem iuxta lacum foderunt, effundunt: & ubi multum illius aggeſſerũt, ita è ſcrobe in amphoras tranſfundunt. Quicquid autem in lacum decidit, id ſub terram means redditur in mari, quod à lacu quatuor ſtadijs abeſt. Ita id quod de inſula adiacenti Africæ dicitur, conſentaneum eſt ueritati.

Tria murium genera.

Zygantes.

Cyranis inſula.

pix Pieria

Aiunt præterea Carthaginenſes, locum eſſe Africæ extra columnas Herculis habitatũ hominibus: eò quoties ipſi applicuere ſe, merces è nauibus exponere, eas ſcenſis nauibus fumum excitare: fumo autem conſpecto, indigenas ad mare contendere: dehinc auro pro mercibus depoſito, rurſus illinc abſcedere, ſed non extra conſpectum: tum ſe illinc è nauibus egreſſos precium conſiderare, & ſi dignum mercibus uideatur, eo ſumpto abire: ſin minus, conſcenſis iterum nauibus conſpicere. Illos uerò accedentes, plus auri ad id quod depoſuerunt addere, donec perſuadeant. Neutros autem alteris iniuriam inferre: neque enim aur ſe contingere aurum, priuſquam mercium precio ſit adæquatum: neque illos prius merces attingere, quàm ipſi aurum ſumpſerint. Atque hi ſunt Pœnorum, quos nominare poſſum: quorum plerique neq; tunc de rege Medorum curabant quicquam, neque nunc curant. De qua regione eatenus queo dicere, à quatuor eam nationibus (quantum nos ſcimus) nõ amplius incoli: quarum duæ ſunt indigenæ, totidem non indigenæ. Indigenæ quidem Pœni atque Aethiopes, quorum alteri ad aquilonem Africæ, alteri ad aurum incolunt. Aduenæ uerò, Phœnices & Græci. Neque uerò uidetur mihi bonitas Africanæ terræ cum bonitate Aſiæ atque Eũropæ comparanda, præter unam Cinypẽ, quæ tellus fluuio cognominis eſt. Hæc optimæ cuique telluri par eſt prouentu fructus cerealis, nec ulla re ſimilis eſt cæteræ Africæ. Eſt enim pulla & uda fontib. ac ſecura ſiccitatis aëris, ac ne imbre quidem, qui ſit uehementior, læditur. Nam in eo tractu Africæ pluit, & ex prouentib. fructuum terræ, totidem menſuræ illic quot è Babylonica tellure percipiuntur. Bonum ſolum & illud eſt, quod Euheſperitæ colunt. Nam quoties id eximiè ſeipſum huberta te ſu-

Pœni atq; Aethiopes indigenæ.

Phœnices & Græci aduenæ.

Cinypis fœcunditas.

Euheſperitæ.

te ſuperat, centuplum reddit. At ſolum Cynipum, circiter trecenta. Porrò Cyrenaica regio, quę huius Africę editiſſima eſt, quam paſtorales incolunt, treis in ſe plagas continet admiratione dignas. Primam, quę maritima eſt, quòd in ea iam fructus maturi metuntur, uindemianturq; His compoſitis, in plaga quę ſupra maritimam eſt, medios fructus legunt, quam plagam colles appellant: ac dum hi fructus adornantur, ij qui ſunt in editiſſima plaga, coquuntur atque matureſcunt. Itaque dum primi fructus bibuntur atque eduntur, ultimi aduentant. Atque hunc in modum ad octo menſes perceptio fructuum Cyrenęos occupat. Hęc hactenus de his dicta ſunt. Perſę ad ulciſcendam Pheretimam ab Aryande miſſi ex Aegypto, Barcam peruenerũt, oppidum obſederunt, miſſis ilico qui denunciarent dedi autores necis Arceſilai. Eos oppidani, ut qui cędis omnes participes eſſent, in colloquium non admiſerunt. Ita octo menſes Barcam cum obſediſſent Perſę, nono menſe cuniculos ſuffoderunt ad murum ferentes, & ualida tormenta admouerunt. ſeu cuniculos quidem faber quidam ęrarius deprehendit ęreo ſcuto hunc in modũ: Circunferens illud intra murum, admouebat pauimento urbis: quod ubicunq; admouebatur alibi, illinc è ſolo nihil ſoni reddebatur: ad locum autẽ qui ſuffodiebatur, ęs clypei reſonabat. Ibi è diuerſo fodientes Barcęi, Perſas ſuffoſſores interemerunt. Tormenta autem Barcęi ipſi repulſabant. Verùm cum multum temporis contriuiſſent, & multi utrinque caderent, nec pauciores ex Perſis, Amaſis dux peditatus talem rem commentus eſt: Animaduertens Barcęos ui non poſſe ſuperari, ſed dolo, latam foſſam per noctem depreſſit, eique fragilia ſuperſtrauit ligna: & ſuper ea humum induxit, reddens ſolum cętero

Cyrenaęæ regionis fœcunditas.

Perſæ Barcam obſident.

Cuniculi deprehenſio.

æquabile. Simulatq; illuxit, Barcæos in colloquium euocat. Illi libenter obtemperauere, quòd eis cordi erat ad pactionem deuenire. Pactionem autem in hãc formulam ineunt, ferientes fœdus super occultam fossã. Quoad humus ea ita haberet, tamdiu fœdus in ea regione ratum foret. Barcæis quod æquum foret se pensuros regi promittentibus, & Persis se nihil rerum nouarum aduersus Barcæos esse molituros. Barcæi dehinc fœderibus freti, & ipsi ex urbe prodibant, & ex hostibus cuicunque libebat intrandi urbem faciebant potestatem, patefactis omnibus portis. At Persæ rescisso ponte occulto, in urbem proruperunt. Ideo autem pontem, quem fecerant, rescinderunt, ut fœdus soluerent, quod cum Barcæis percusserant, tandiu ratum fore fœdus, quandiu maneret terra, ut tunc manebat. Refracto enim ponte, non manere fœdus in ea regione amplius. Pheretima traditos sibi à Persis Barcæos, qui faciendæ cædis principes fuerant, sudibus suffixit per ambitum murorum. Fœminarum quoq; decisas mamillas circa muros appendit. Cæteros Barcæos Persis ut diriperent imperauit, præter Battiadas, & qui cædis affines non extiterant. His urbem permisit, reliquis in seruitutem abreptis. Persæ redierunt: qui cum ad urbem Cyrenen rediissent, Cyrenæi eos, oraculi cuiusdam seruandi gratia, per urbẽ deduxerũt. Sed inter trãseundũ præfectus naualis exercitus Bares illis præcepit, ut urbem diriperẽt, recusante Amasi peditum duce, se enim aduersus unam Barcam Græcam urbem esse missos. Verùm postquam transierunt, & ad rupem Lycæi Iouis subsederunt, pœnitentia eos subijt, quòd Cyrenen non occupassent, eamq; iterum adoriri conati sunt, Cyrenæis eos contemptui habentibus. Et licet nemo contrà ferret arma, tamen incessit eis metus: illincq; cursu se pro-

Fœdus fraudulentum.

Barcæorũ fœdus.

Barcæ ex pugnatio. Pheretimæ in Barcæas crudelitas.

se proripientes, sexaginta circiter stadia consederũt. Vbi statiua habentibus, ab Aryande nuncius aduenit ad eos reuocandos. Cum à Cyrenæis commeatum sibi præberi precarentur, eo accepto, in Aegyptum reuertebantur. Quos deinde Pœni excipientes, uestitus atq; utensilium gratia, ut quisq; relinquebatur trahebaturq;, interficiebant: donec in Aegyptum peruentum est. Hic Persarum exercitus in Africam longissimè ad Euhesperidas processit. Quos autem Barcæorum cepere, quosq; ex Aegypto eiecere ad regem, ijs Darius rex ad incolendum dedit uicum Bactrianæ regionis, cui uico nomen imposuere Barcæ, ad meam usq; memoriam etiam incolis frequentem. Verum ne ipsa quidem Phereti ma probè uitra excessit. Nam simul ac ex Africa, ultra Barcæos in Aegyptum redijt, malè perijt. Ve enim existunt acres admodum & inuidioſq; ultiones deorum in homines, uiuens uermib. computruit. Talis ac tanta Phereti-

mæ Battiadis in Barcæos

uindicta extitit.

Barca ui-cus.

Deorum acres ultiones dictæ.

HERO-

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM Liber V.

Qui inscribitur

TERPSICHORE.

Megabyzus.

Perinthij Pæones.

IT Persæ, qui in Europa sub Megabyzo relicti à Dario erãt, primos ex Hellespontijs Perinthias, Dario subesse recusantes, subegerunt, antea quoq; à Pæonibus malè affectos. Siquidem Pæones qui sunt à Strymone, admoniti diuino responso, ut bellum Perinthijs inferrent: & si quidem à Perinthijs, ex aduerso considentibus prouocarentur, nominatim compellantibus, eos inuaderent: sin minus, ab inuadendo abstinerent, ita fecerunt. Considentibus Perinthijs è regione Pæonum in suburbanis, ibi singulare certamen ex prouocatione commissum est, uiri cum uiro, equi cum equo, canis cum cane. Et cum victores duobus certaminibus

Pæan carmen.

Perinthij præ gaudio carmen Pæana cantarent: tunc Pæones hoc ipsum esse responsum dei coniectantes, inter se dixere: Nunc oraculum dei perfectum est, nunc nostrum est opus. Atque ita in Perinthios canentes impetum fecere, egregieque uicerunt, & ex illis paucos reliquere. Ac quæ quondam à Pæonibus gesta fuerunt, hunc in modum gesta sunt. Tunc

Perinthij

Perinthij pro libertate strenuè pugnantes, tamen multitudine à Megabyzo superati sunt. Petintho capta, Megabyzus per Thraciam arma circumferens, omnes eius urbes atque omnes nationes placatas regi reddebat. Hoc enim illi à Dario fuerat imperatum, ut omnem Thraciam subigeret. *Perinthi expugnatio.*

Gens Thracum secundum Indos omnium maxima est, quæ si aut unius imperio regeretur, aut idē sentiret, ut mea fert opinio, inexpugnabilis foret, & omnium gentium multo validissima. Sed quia id arduum illis est, & nulla ratione contingere potest, ideo imbecilles sunt. Habent autem multa nomina singularum regionum singula. Moribus tamē ac opinionibus consimilibus imbuti sunt, præter Getas & Trausos, & qui supra Crestonæos incolūt. Ex quibus, q Getæ se pro immortalibus gerant, à me commemoratū est. Trauſi uerò in cæteris quidem omnibus idem quod Thraces: uerùm circa natalia suorum atque obitus hoc factitant: Edito puero, propinqui eum circunsidentes, cùm ploratione prosequuntur, recensentes quascunque necesse est illi, quòd uitam ingressus sit, perpeti humanas calamitates. Hominem fato functum, per lusum atq; lætitiam, terræ demandant, referentes quot malis liberatus in omni sit felicitate. At qui supra Crestonæos incolunt, hæc agunt: Singuli plures uxores habent, quorum ubi quis decessit, disceptatio magna fit inter uxores, acrì amicorum circa hanc rem studio, quænam dilecta fuerit à marito præcipuè. Quæ talis iudicata est, & hunc honorem adepta, ea à uiris ac mulieribus exornata, ad tumulum à suo propinquissimo mactatur, ut naq; cùm uiro humatur, cæteris uxoribus id sibi pro ingente calamitate ducentibus. Nam id eis summo dedecori datur. Reliquis Thracibus hic mos est: *De Thracibus.* *Vxorum mactatio ad mariti funus.*

Liberos

Liberos in mercatu uenundant. Virgines non asser-
uant, sed quibus libuit, cum uiris concumbere si-
nunt. Vxores asseruant uehementer, easq; magno are
à parentibus coëmunt. Punctas notis esse frontes, no
bile iudicatur: non esse notatas punctis, ignobile. O-
ciosum esse, pro honestissimo habetur. Agriculato-
rem uerò, pro contemptissimo. E bello atq; rapto ui-
uere, pulcherrimum. Atq; hi quidem sunt eorum in-
signissimi mores. Deus autem hos solos colunt: Mar-
tem, Liberum, Dianam: sed reges præter populares e-
tiam Mercurium: eumq; è dijs præcipuè, per quem so
lum iurant, à quo progenitos quoq; se aiunt. Optima
Thracum tibus eorum tales sunt sepulturæ: Prolato triduum
sepulturæ cadauere, mactatisq; omnifarijs hostijs, conuiuantur.
Illudq; defletum prius, deinde combustum sepeliũt,
aut alioquin humo conregunt. Aggestoq; desuper tu
mulo, cùm alia omnis generis certamina proponũt,
tum præcipuè certa cum ratione monomachiam, id
est, singulare certamen. Er sepulturæ quidem Thra-
cum huiusmodi sunt. Quod autem huius regionis
ad aquilonem uergit, nemo potest pro comperto re-
ferre quinam homines eam incolant, sed illam quæ
trans Istrum plaga est, constat uastam esse atq; igno-
Sigynæ tam, ubi solos audio habitare homines, nomine Sigy
populi nas, uestc Medica utentes, eorumq; equos toto corpo
re hirsutos esse, ad quinque digitos altitudine pilo-
rum, eosdemque pusillos ac simos, inualidosque ad
uiros gestandos, sed currui iunctos, esse perniciss-
mos: atque his curribus indigenas inuehi. Horum fi-
nes proximè accedere ad Henetos, qui sunt in Adria.
Eos quoq; se colonos Medorum dicere, qui quo pa-
Heneti, cto coloni Medorum fuerint, equidem non queo di-
Adria. cere: sed fieri quidlibet potest intra longum tempus.
Sigynas Pœni qui supra Massiliã incolũt, institores ap
pellant:

pellant: Cyprij iacula. Verùm ut Thraces aiunt, apes loca Transistrana obtinent, & ob illas ulterius pergi non potest: quæ cum dicũt, haud credibilia apud me dicunt, quoniam hoc animal constat frigoris intolerans esse. Mihi tamen loca quæ septentrionibus subsunt, uidentur ob gelu inhabitabilia esse. Hactenus de hac regione: cuius oram maritimam Megabyzus Persis obedientem reddidit. Darius transmisso rapidissimè Hellesponto, postquã Sardis uenit, recordatus est beneficij in se ab Histiæo collati, & consilij Cois Mitylenæi. Quibus accersitis Sardis, obtulit electionẽ. Histiæus ut qui esset Mileti tyrannus, nullam sibi tyrannidem poposcit, sed Myrcinum Hedonidem animo urbis in ea condendæ. Et is quidem hanc elegit. Coes autem ut qui non tyrannus, sed priuatus esset, optauit Mitylenes tyrãnidem. Impetrato utercp quod optauerat, eò se contulit. At Dario res huiusce modi oblata est, ut illãm uidẽti incesserit cupido iubendi Megabyso, ut Pæonas ex Europa in Asiam transportaret. Erant Pigres & Mastyes uiri Pæones, qui postquam Darius transmisit in Asiam, & ipsi Sardis uenere, cupidi tyrannidis apud Pæonas potiundæ, ducentes unã sororem procera statura, atq; speciosam. Hi obseruato tempore dum in suburbanis Lydorum Darius præsideret, talem rem sibi agendam putarunt: Sororẽ quam optimè poterant cum exornassent, ad aquam mittunt, uas capite continẽtem, equumq; è brachio trahentem, linumq; nentem. Eam prætereuntem Darius attentè considerabat quòd neq; Persica erant illa quæ ageret mulier, neq; Lydica, neq; ullarum ex Asia fœminarum. Hæc considerans, misit quosdam suorũ satellitũ, iussos obseruare in quam rem uteretur mulier equo. Illis obsequentib. fœmina ubi peruenit ad flumen, equo satisfecit, uas aqua impleuit. His actis;

Histiæus. Myrcinus. Coes.

Pigres. Mastyes.

eadem uia regreditur, aquã capite sustineas, equum è brachio trahens, ac sursum uersus. Admiratus Darius tum quæ ab exploratoribus audisset, tum quæ ipse uidisset, adduci coram fœminam iubet. Ea adducta, adolescentes fratres qui aderant, non procul rem ipsam speculãtes, interrogãti Dario cuias illa esset, aiunt se Pæones esse, & illam suam sororem. Ad quos Darius, quinam homines essent Pæones, & ubi locorũ habitarẽt, & cuius rei gratia illi uenissent Sardis, percõtari. Adolescentes se uerò uenisse dicere, ut sese ei donarẽt. Pęoniam aũt esse ad flumen Strymonem sitam, qui Strymon non procul abesset ab Hellesponto, Pæones esse coloniam Teuctorum qui è Troia fuerunt. Hęc singulatim illi referebant. Interrogantiq; Dario, nũ omnes illic fœminæ tam laboriosæ essent, affirmare promptè id ita habere. Huius enim rei gratia illud fiebat. Ibi Darius literas ad Megabyzum dat, quem in Thracia præfectũ reliquerat, iubẽs è sedibus suis Pæones ad ipsum transferri, cum liberis pariter & uxoribus. Eques cum hoc nuncio cõfestim ad Hellespontum cucurrit, Hellespontoq; transmisso, literas Megabyzo reddidit. Quibus ille lectis, sumpto è Thracia duce, aduersus Pæoniam exercitum ducit. Pæones cognito Persarum in se aduentu, contractis copijs processere ad mare, rati illac Persas ingressuros ad dimicandum. Et Pæones quidẽ ad arcendum exercitus Megabyzi ingressum parati erant: Persæ autem certiores facti, Pæonas conuenisse ad intercludendum ab ora maritima ingressum, sumptis ducibus iter ad superiora conuertunt, hostemq; latentes in eius oppida irrumpunt, & illa, utpote uacua, facile occupant. Quod ubi resciuere Pæones, protinus dispersi ad sua quisq; dilabuntur, sedq; Persæ dedunt. Ita è Pęonibus Syropæones & Pęoplę, & qui ad Prasiadem usque paludem incolunt è suis sedibus emoti,

Pæonia.

Strymon.

Megabyzus in Pæones exercitũ ducit.

Syropæones.

Prasias.

Pæoplæ.

ámoti, in Asiam sunt abducti. Qui verò circa Pangæum mõtem incolunt, Doberas & Agrianas & Odomantos, & ipsam Prasiadem paludem, à principio nõ cepit Megabyzus, tentauit tamen expugnare eos qui paludem incolunt. Incolunt autẽ hunc in modum: In media palude compactæ erant sublicæ, tenuem à continente ingressum uno ponte habentes. Has sublicas tabulata sustinentes, olim communiter omnes ciues statuebant. Mox è lege hunc in modum statuendum censuerunt, ut pro singulis uxorib. quas quisque duceret (ducunt autem singuli multas uxores) ternas defigeret sublicas è monte sumptas, cui nomen est Orbelus. Hoc habitantes modo, obtinent singuli super ea tabulata tugurium in quo degunt, & fores inter tabulata compactas, deorsum ad paludem ferentes. Paruulos liberos per pedem reste illigant, metuentes ne illi in aquam deuoluantur. Equis autem & subingalibus, pisces pro pabulo præbent. Porrò piscium est tanta copia, ut quoties quis ianuam cõpactam reclinauerit, demissam func sportam uacuam, aliquanto pòst retrahat piscium plenam. Quorum duo sunt genera, unum quod uocant Papraces, alterum Tilones. E Pæonibus ij qui capti fuere, in Asiam sunt abducti. Pęonibus captis, Megabyzus nuncios in Macedoniam septem Persas, qui post eum erant in exercitu spectatissimi, misit ad Amyntam petituros regi Dario terram & aquam. Est autem è palude Prasiade breuis admodum in Macedoniam uia. Nam in primis paludi confine est metallum, id est, fossa æris. Vnde post ea tempora Alexandro in singulos dies singula talenta proueniebant. Post metallum, superato monte quem uocant Dysorum, Macedonia intratur. Eò Persæ ubi peruenere, & in conspectum Amyntæ, ad quẽ mittebantur, regi Dario ter

Pangæi mons. Doberæ. Agrianæ. Odomanti. Palus Prasiadis.

Piscũ copia mira. Papraces pisces. Tilones pisces.

Amyntas. ram & aquam petiere, Amyntas & ea dedit, & homines in hospitium uocauit instructaq; splendidè cœna, percomiter accepit. Persæ postquã à cœna ad potum peruenere: Hospes, inquiunt, Macedo, nobis Persis cõ-

Persarum conuiuia. suetudo est, quoties magnam exhibuimus cœnã, tunc etiam concubinas & adolescentulas uxores ad assidẽdum introducere. Proinde tu nunc, quoniã libenter excepisti nos, & liberali hospitio prosecutus es, regiq; Dario & terram das & aquã, sectare cõsuetudinem nostrã Ad hæc Amyntas: Nobis, inquit, Persæ ista consuetudo non est, sed uiros à fœminis semouendi. Verùm quandoquidem uos exigitis, qui domini estis, hoc quoque uobis præstabitur: Hactenus locutus Amyntas, fœminas accersit. Illę ut iussæ præsto fuerunt, & è regione Persarum deinde consederunt. Quas Persæ conspicati formosas, Amyntam alloquuntur, negantes omnino id factum esse sapienter. Satius enim futurum fuisse, ab initio non uenire fœminas, quàm postquam uenerant, non assidere, sed ex aduerso sedere in oculorum dolorem. Ita coactus Amyntas, illas assidere iussit. Quæ cum obtemperassent, illico Persæ mamillas illarum tractare, utpote pluscullo uino temulenti: nonnulli etiam tentare suauiari. Hæc Amyntas intuens, etsi iniquo ferebat animo, tamen præ metu Persici nominis quiescere. Verùm eius filius Alexander cum adesset, atq; hæc cerneret, ut pote adolescens, & malorum inexpertus, nequaquam amplius tolerare posse. Itaque grauiter ferens, ad Amyntam inquit: Tu uerò pater cede ætati, abiq; hinc ad requiescendum, neque indulgeas nimium potationi. Ego hic remanens, omnia hospitibus quæ oportet exhibebo. Amyntas eum rei nouæ aliquid facturum animaduertens, ad hæc respondit: Fili, inquiens, uerba tua hinc me summouentis penè intelligo,

ligo. Ideo enim dimittis, quòd aliquid noui agere in animo habes. Quare nolo te quicquam noui in hos uiros perpetrare, futurum in perniciem nostram, sed tolera spectans quæ geruntur. Nam quod ad discessũ meum pertinet, parebo. His responsis, Amyntas abijt. Et Alexander ad Persas: Vobis, inquit, hospites, cum his fœminis uel omnib. si libet, facilimè licet concũbere: sed cũ qua earum concũbere libeat, indicate. Nũc enim ferè tempus cubandi aduentat, & uos bene potos esse, temulentosque uideo. Proinde has fœminas, si uobis cordi est, sinite ire ad se lauandum, quas cum lotæ fuerint, accipiatis. Hæc locutus Alexãder, approbantibus Persis, egressas fœminas in muliebre remittit conclaue: ac totidem uiros leues malas habentes, muliebribus uestibus exornat: traditisq; pugionibus introducit, admonetq; Persas, inquiens: Vos uerò Perse, à nobis in conuiuium estis omni munificentia accepti: quippe quibus & quæ habeamus, & quæ inuenire potuimus, ea omnia repræsentauerimus: & quod omnium maximum est, etiam nostras ipsorum matres & sorores liberaliter exhibuerimus: ut omni honore affecti à nobis, intelligatis quibus rebus digni estis: utique regi qui uos misit, renuncietis, à Græco quodam Macedonum principe uos & mensa & lecto bene acceptos esse. Hæc locutus Alexander, singulos Macedonas quos fœminas esse aiebat, assidere iussit singulis Persis. Qui posteaquam à Persis attrectari cœpere, illos obtruncauere. Et hac quidem morte affecti sunt Persæ ipsi, pariter & eorum comitatus. Comitabantur enim eos & uehicula & familia, & omnis generis apparatus, quæ cuncta cum illis omnibus pariter intercepta sunt. Non multo deinde interiecto tempore, cum magna horum uirorum inter Persas inquisitio fieret, Alexander illos prudenter occupauit, tum multa alijs

Viri pro mulieribus exornati.

Persarum cædes in conuiuio.

Gygæa. Bubaris. Perdica.

pecunia, tum sorore sua nomine Gygæa Bubari data, uiro Persæ, uni ex inquisitoribus interfectorum. Ita horum Persarum cædes deprehensa, sed silentio suppressa est. Esse autẽ Græcos, qui hæc fecere, à Perdica & ijs, quæ postea dicam. Id ita esse probatur: & ij qui in Olympia certaminibus Græcorum præsunt, consentiunt. Nam cũ Alexãder certandi gratia ad hoc ipsum descendisset, à concursoribus prohibebatur, quòd negarent barbarorum id esse certamen, sed Græcorum. Arabi palã fecit sese Argiuum, Græcus esse iudicatus est: & stadiũ currens, primus primo extitit. Et hæc quidem ita gesta sunt. Megabyzus aũt Pœonas ducens, abiit in Hellespõtum: & illo trãsmisso, peruenit Sardis. Cum interim Histiæus Milesius iam muris cingeret locum, quo à se perito donatus à Dario fuerat in preciũ seruatæ ratis, qui locus est ad flumen Strymonem nomine Myrcinus. Megabyzus cognito quod fiebat ab Histiæo, cũ primũ uenit Sardis, primũ ducens Pœonas ita est Dariũ allocutus: Rex, quidnam tu rei fecisti, dato loco ad urbem condendam in Thracia uiro Græco, eidemq; solerti atq; industrio: ubi affatim materia est ad naues ædificandas, multumq; remigũ atq; pecuniæ multis etiam cùm barbaris, tum Græcis incolentibus: qui nacti ducem, facient quicquid ille uel die uel nocte præceperit? Nunc tu uirum hunc ita fauentem inhibe, ne domestico bello afflicteris: inhibe autem miti modo accersitum, quem cum acceperis, da operam ne quando in Græciam reuertatur. Hæc locutus † Megabyzus, perfacile Dario persuasit, tanq; probè prospicies quid esset euenturũ. Darius misso in Myrcinũ nuncio, ad Histiæum hæc inquit: Histiæe, rex Darius hæc dicit: Mihi rebusq; meis melius consulentem quàm te, inuenio neminem, quod non uerbis, sed fa-

Megabyzus Histiæus. Myrcinus.

In Aldi hoc loco & deinceps Megabasus legitur.

ſtis compertum habeo: proinde cum res magnas agere deſtinem, præſto mihi ſis, ut eas tibi aperiã. His uerbis fide habita Hiſtiæus, & ſimul magnificiens conſiliarium regis fieri, Sardis profectus eſt. Cui Darius: Hiſtiæe, ego (poſtquam aduenit, dixit) ea de cauſa te accerſiui, & poſteaq; à Scythis redire maturaui, & tu ab oculis meis abfuiſti, nullius rei deſiderium tã me tenuit breui, q̃ ut tu in aſpectũ & colloquium meũ uenires: cum ſcias omniũ poſſeſſionũ precioſiſſimã eſſe uirum amicum, ſolertẽ, bene ſentiẽtem: quæ tibi ambo adeſſe, ego teſtimonio eſſe poſſum è rebus meis. Quare tibi ego, qui feciſti probè & ueniſti, hoc gratificandum putaui, ut omiſſa Mileto, & recens condita in Thracia urbe, me ſequaris Suſa, eadem quæ ego habitaturus, meuſq; conuictor ac conſiliarius futurus. Hæc locutus Darius, una ſecũ Hiſtiæũ ducens, Suſa uerſus iter intendit, præfecto Sardibus Artapherne, fratre ſuo ex eodẽ patre: item præfecto Otane ortu maritimæ: cuius patrẽ Siſamnẽ, unũ è regijs iudicibus, & iniuſtè ob pecuniam iudicaſſet, rex Cambyſes interemerat, interemptoq; detractum coriũ in lora cõcidit, quibus tribunal in quo ille ſedens iudicarat intẽdit: ibidẽq; eius filiũ Otanem ſedere iudicẽ præcepit, atq; in memoria habere in quo tribunali iudicaret. Hic igitur Otanes ip eo tribunali ſedens, tunc Megabyzi ſucceſſor exercitus, Byzantios ac Chalcedonios cepit. Cepit item Antandrum, qui eſt in terra Troade, cepit quoq; Lamponium. Sumpta etiam à Lesbijs claſſe, cepit Lemnum & Imbrum, à Pelaſgis tunc quoque utranque habitatam. Sed Lemnij quoniam prælio cõtenderant, & aliquandiu repugnauerant, mala perpeſſi ſunt: quorum qui ſuperfuere, ijs præfectum Perſæ impoſuere Lycaretum, Mæandri eius, qui Sami regnauit, germanum. Hic Lycaretus cum Lemno præ-

Amicus ſolers precioſiſsimũ omnium poſſeſſionum.

Ateuernes.

Otanes. Siſamnes

Iudicis corrupti uindictæ exemplũ.

esset, hac de causa mortem oppetijt, quòd omnes in captiuitatem redigebat, atque euertebat, alios insimulans desertores Scythicæ expeditionis, alios uexatores copiarum Darij à Scythis reuertentium. Hæc ille in sua præfectura perpetrabat. Sed non diu in malis facinoribus delituit: & cœperunt iterum è Naxo atq; Mileto calamitates Ionibus fieri. E Naxo quidem, quòd inter insulas felicitate præstabat: è Mileto autem, quòd ea tempestate prope seipsam superans maximè florebat: eratq; Ioniæ propugnaculo, cum laborasset duabus superioribus ætatibus morbo seditionis, donec eam seditionem Parij sedauerunt, ex omnibus Græcis correctores à Milesijs delecti. Hunc autem in modum eos Parij correxere: Cum Miletum uenissent uiri inter Parios præstantissimi, cernerentq; domos uehementer labefactatas, dixerunt uelle se regionem ipsorum peragrare. Id facientes, & omnem agrum Milesium lustrantes, ut quemque fundum animaduertebant bene cultum, fructumq; e mittentem, conscribebant domini nomen. Peragrata omni regione, cum paucos huiusmodi fundos comperissent, quàm maturimè ad urbem descenderunt, coactoq; cœtu, decreuerunt urbem ab ijs esse incolendam, quorum fundos bene cultos inuenissent. Videri enim illos ita curaturos publica, ut sua ipsorum curauissent. Cæteros Milesios, qui prius seditiosi fuissent, iusserunt his dicto audientes esse. Ita Milesios Parij correxerunt. Ex his tũc urbibus hoc modo cœperunt Ioniæ mala contingere: Ex Naxo quidam locupletes è plebe in exilium missi, Miletum se contulerunt. Miletum autem procurabat Aristagoras Molpagoræ filius, idemq; gener ac consobrinus Histiæi Lysagoræ filij, quem Darius Susis distinebat. Nam Histiæus Mileti erat tyrannus, & per id tempus Susis degebat, dum Naxij Miletum uenere.

Parij Milesios correxerunt.

Ioniæ rebellionis occasio.

Iam

Iam pridem Hiſtiæi hoſpites, cum Miletum Naxij aduenere, obſecrarunt Ariſtagoram, ut aliquantulum copiarum ipſis præſtaret ad redeundum in patriam. Ille futurum ſuſpicans, ſi per eum iſti in patriam redirent, fore ut Naxo imperaret, tamen prætendens Hiſtiæi hoſpitium, ita eos eſt allocutus: Mex quidem uires ad tantum copiarum præbendum non ſuppetunt, ut inuitis his qui Naxum tenent, uos poſſim reducere: cum audiam octo millia ſcutatorum Naxijs, ac multũ longarum nauium eſſe, tamẽ omne ſtudium ad iſtud efficiendum adhibebo, hoc ſcilicet in animo uerſans: Eſt mihi amicus Artaphernes Hyſtaſpis filius, Darij regis frater, qui præſes eſt omnium in Aſia maritimorũ, multo exercitu præditus, ac multa claſſe. Hunc ergo uirum opinor facturum omnia ex animi noſtri ſententia. His auditis, Naxij inſtare Ariſtagoræ, ut rem quam optimè poſſet conficeret: utq; munera homini polliceretur, dicere, & ſe exercitui ſumptum ſuppeditaturos, ut ipſi paciſcerentur, magnam uidelicet ſpem habentes, cum ipſi in Naxo apparuiſſent, Naxios omnia quæ iuberentur eſſe facturos, atq; adeò cæteros inſulanos. Nulla dum enim Cycladum inſularum ſub Dario erat. Profectus Sardis Ariſtagoras, demonſtrat Artapherni, eſſe inſulam Naxum, non ſpacioſam illam quidem, ſed pulchram alioqui & bonam, Ioniçq; uicinam, multis præterea & pecunijs & ſeruitijs præditam. Proinde tu aduerſus hanc regionem ducito exercitum, per cauſam illuc exules reducendi. Quod facienti tibi magnæ ſunt penes me in expedito pecuniæ, præter illas quæ in exercitum erogabuntur. Has enim æquum eſt nos præbere, qui aduentus ueſtri autores ſumus, & te inſulas regi acquirere ipſam Naxum, & quæ ex hac pendent, Parum & Andrum, cæterasq; quæ Cyclades nominantur. Vnde profectus, haud difficile inua-

Artaphernes

Naxos

des Euboeam, insulam magnam ac beatam, nec inferiorem Cypro, ac facilem sanè ad capiendum, centum omnino nauibus ad has occupandas sufficturis. Huic respondens Artaphernes: Tu uerò, inquit, quæ sunt ex utilitate regiæ domus exponis, & probè ista suades omnia, præterquam de numero nauium. Nam pro centum nauibus, ducentæ tibi ineunte statim uere in promptu erunt. Oportet tamen de his rebus auctoritatem quoque regis accedere. His auditis, Aristagoras lætus Miletum rediit. Artaphernes autem misso Susa ad Darium nuncio, per quem de rebus ab Aristagora dictis, cum certiorem faceret, ubi ille rem approbauit, ducentas naues instruxit, tum Persum, tum alios eis duce Megabate, uiro Persa, ex familia Achæmenidarum, suo ac Darij consanguineo: cui (si uera sunt quæ narrantur) post hoc tempus filiam despon-
Pausanias derat Pausanias Lacedæmonius, Cleombroti filius, Græciæ tyrannidem affectans. Delecto itaque duce Megabate, exercitum Artaphernes ad Aristagoram misit è Mileto. Megabates Aristagora assumpto, atque Iadum exercitu cum Naxijs profectus est, per simulationem eundi in Hellespontum. Atque ubi Chium peruenit, classem continuit apud Caucasa, ut illinc uento aquilone traijceret in Naxum. Sed quoniam non erat fatale Naxios ea classe deleri, hoc negocij contigit: Megabates in circumeundis nauium excubijs offendit nauem Myndiam à nemine custoditi. Quam rem indignè ferens, iussit satellites inuentum eius nauis principem, nomine Scylacē, uincire traiectū per
Scylacis supplicij. scalmum, ita ut caput extaret, corpus intus esset. Aristagoras à quodam factus certior, hospitē suum Myndium à Megabate uinctum affligi, Persam adit, hominem excusat, reposcit: cum nihil exoraret, ipse adit Scylacem,

Scylacem, atque soluit. Id ubi resciuit Megabates, gra uiter admodum ferens, Aristagoram inuasit: cui Aristagoras, Quid tibi, inquit, est cum istis negocij. Non ne te misit Artaphernes ut me sequereris, atque eò na uigares, quocunque ego iuberem? quid multa agis? His uerbis indignatus Megabates, ubi nox adfuit, misit Naxum quosdam cum naui, ad rem Naxijs quæ im penderet exponendam. Naxij, ut qui nihil minus quàm hanc aduersus se classem uenturam expectabant, ubi id audierunt, omnia confestim ex agris in urbem comportare: & se tanquam obsidendi essent, instruere cibarijs, potu, murorum refectione. Et hi quidem tanquam instante sibi bello, sese apparabant: illi uerò, posteaquam è Chio in Naxum traiecerunt, ita præmunitos aggressi sunt. Consumptisq; quatuor in obsidione mensibus, absumptaq; quam secum attulerant pecunia ab Aristagora maxima, cum plura desideraret obsidio, ubi mœnia Naxijs exulibus ædificauerunt, in concionem reuerterunt malè affecti. Aristagoras (quando quod Artapherni receperat, præstare non poterat, nec exercitui stipendium exigenti dare, præsertim Megabate insimulante, apud milites malè affectos, præterea ne regno Mileti fraudaretur) his de causis trepidus de defectione consultabat. Contigit enim è Susis ab Histiæo uenire quendam compuncto notis capite, quibus Histiæus Aristagoram commonefaciebat, ut ab rege deficeret. Id nanque uolens Histiæus Aristagorę indicare, quia alia ratione facere non poterat, utpote itineribus custoditis, fidelissimo è seruis caput erasit, literasq; impressit, & homine recento, quoad capilli refrenticarent: ubi illi renati sunt, raptissimè dimisit Miletum, nihil aliud mandans, nisi ut cum Miletum peruenisset, iuberet Aristagoram eraso suo capite inspicere. Ea autem stigmata significabãt

Literæ ea pitu impressæ.

(ut à

(ut à me superius dictum est) defectionem. Hoc ideo Histiæus faciebat, quòd magnam sibi iacturam dicebat se Susis distineri: etiam atque etiam sperans fore, ut si ab Aristagora rebellaretur, ad mare proficisceretur. Sin Miletus nil noui moliretur, nullam sibi uiam amplius esse ad eam reuertendi intelligebat. Eum Histiæus quidem hæc considerans, nuncium misit. Aristagoras autem, cum ei hæc omnia consentanea per idem tempus contigissent, retulit ad seditiosos, tam de sua sententia, quàm de Histiæi mandatis. Cui cum ceteri omnes assensi essent, iubentes ut rebellaret, Hæcatæus tamen scriptor initio dissuadere belli sumi aduersus regem Persarũ, enumerãs cunctas nationes quibus Darius imperaret, omnemq; illius potentiã. Sed cum hoc persuadere non posset, secundo loco suadere ut classe mare occuparent, negans se uidere qua alia ratione id esset euenturum. Scire enim se Milesiorum uires esse imbecilles: si tamen pecuniæ è templo, quod est in Branchidis, tollerentur, quas Crœsus Lydus reposuisset, multum spei recipere maris potiundi, atq; ita pecuniam & ipsos habituros ad utendum, nec hostes eam direpturos. Erant autem hæ ingentes pecuniæ, quemadmodum à me in primo libro demonstratum est. Verùm ne hæc quidem sententia obtinuit, sed illa, ut omnino rebellaretur: utq; unus eorum Myuntem nauigaret ad exercitum, qui è Naxo reuersus illic agebat, ut conaretur duces classiariorum comprehẽdere. Missus ad hoc ipsum Iatragoras, dolo cepit Oliatum Ibanolis Mylassęusem, & Hystiæum Tymnis Termenensem, & Coem Erxandri, quem Darius Mitylenæ donauerat, & Aristagoram Heraclidis Cumanũ, complurestq; alios. Ita ex professo Aristagoras defecit, omnia in Darium commentus. Et primum quidem, uerbo tyrannidem immutans, statim rempublicam

Hecatæus.

Crœsi pecuniæ.

Iatragoras.

Oliatus.

Coes.

Mileti

Mileti constituit, ut secum libenter Milesii rebellarẽt. Idem dehinc in reliqua Ionia facit, tyrannorum alios eijciens, alios utique quos ceperat è nauibus ijs, quæ aduersus Naxum unà ierant, ut ciuitatibus gratularetur, alium in alia urbe diuendens, ex qua quisque illorum erat. Quorum Coẽ Mitylenæi ut acceperunt, sine mora productum lapidibus interemerunt: Cumani suum dimiserunt. Posteaquam & alij complures tyranni fuga solum uertêre, passim per ciuitates tyrannorum abdicatio facta est. Tyrannis summotis, Aristagoras Milesius secundo loco iussit in singulis ciuitatibus constitui singulos magistratus: moxq; ipse Lacedæmonem triremi pro legato missus est. Opus enim erat magnam aliquam comparare societatem. Spartæ regnum iam non tenebat Anaxandrides, Leontiæ filius, quia non superstes erat, sed eius obitu filius Cleomenes regnabat: non ille quidem propter uirtutis specimen, sed propter genus. Etenim Anaxandrides ducta in matrimonium sororis filia, cum illa ei cordi esset, ex ea liberos non suscipiebat. Id cum ita esset, Ephori his eum uerbis incusauerunt: Si tu tibi non prospicis, certè nobis hoc non est despiciendum, Euristhæi genus labefieri. Tu quandoquidem uxorem habes quæ non concipit, aliam ducito, gratissimam rem ex hoc Spartiatis facturus. His ille respondens, negat se earum rerum alterutram esse facturum: sed hos nõ rectè consulere, qui ipsum hortentur repudiata (quam haberet) uxore innoxia, alteram ducere: eoque se non esse obsequuturum. Cui Ephori atque opimates, consilio inter se habito retulerunt: Quoniam te cernimus amore coniugis, quam habes implicitum, facito quod dicimus, ac noli repugnare, ne quid de re Spartiarę grauius consulant. Coniugem quam habes, ut repudies, non postulamus: quæcunque ei prærogas nunc,

Anaxandrides.

Euristhæi genus.

Ephori.

nunc, ea omnia præstato: alteram tamen ducito præter istam uxorem, quæ sit fœcunda. Hæc dicentibus assensus est Anaxandrides, duas dehinc uxores habens. Anaxandridæ uxores. binis ædibus habitabat, haudquaquam Spartiaticè faciens. Non longo interiecto tempore, uxor quæ posterius ducta est, parit hunc Cleomenem, quem maCleomenes natus ter successorem regni Spartiatarum nuncupat. At uxor prior, quæ hactenus sterilis fuerat, & ipsa concepit, hoc fato usa: quæ cum re uera prægnans esset, domestici tamen posterioris uxoris id audientes, ac molestè ferentes, dicere, iactari hoc ab illa, animo subijciendi sibi partum. Itaque his indignè ferentibus, exacto tempore pariendi, Ephori increduli fœminæ parturienti custodes assederunt: quæ Dorieum peperit, Dorieus. Leonides. Cleombrotus. moxque Leonidem, & post hunc gradatim Cleombrotum. Sunt qui dicant Cleombrotum atque Leonidē fuisse geminos. Quæ Cleomenem peperit secunPerinetades. do loco in matrimoniū ducta, Perinetade Demarmeni filia, alium filium amplius non genuit. Et Cleomenes quidem non compos, ut fertur, sed inops mētis: Dorieus autem inter æquales omnes primus erat, ac satis intelligebat se ob uirilitatem regno potiturum. Hic ita affectus, defuncto Anaxandrida, cum Lacedæmonij Cleomenem ex lege, quòd maximus natu esset, creassent, indignè tulit id, sibique à Cleomene imperari indignans, petita à Spartiatis plebe, coloniam duxit, neque Delphico usus oraculo, in quam terram ad urbem condendam tenderet, neque quippiam consuetorum executus, adeò rem indignè ferebat. Iam Africam navigans ducibus Thecinyps. raris ad Cynipem delatus, locum communijt totius Africæ pulcherrimum, iuxta flumen. Sed illinc tertio electus anno à Macis & Afris & Carthaginensi-Antichares. bus, in Peloponnesum abijt. Vbi Antichares Cleo-

nius ei consilium dedit ex Laij oraculis, ut Heracleam in Sicilia conderet, affirmans Erycis regionem esse Heraclydarum, ipso Heracle, id est, Hercule conditore. Hoc ille audito, Delphos se contulit ad oraculum consulendum, nunquid regione ad quam mittebatur potiturus esset. Pythia eum potiturum respondit. Sumptaque Dorieus classe, quam & in Africam duxerat, Italiam praeternauigabatur. Ea tempestate, ut ferunt, Sybaritę cum Tely rege suo bellum Crotoniatis eraut illaturi. Id metuentes Crotoniatæ, Dorieum ut sibi opem ferret orauere. Hic precibus inductus, unà cum illis aduersus Sybarin contendit, eamq; cepit. Hæc Sybaritę Dorieum, & qui cum illo erant, fecisse aiunt. Crotoniatæ negant quempiam se peregrinum in bello aduersus Sybaritas asciuisse, præter unum Calliam Heleum Iamidarum uaticinum: & hunc à Tely Sybaritarum tyranno ad ipsos transfugisse, hoc modo, quòd sacrificans de eundo aduersus Crotonē non litaret. Hæc illi aiunt, quarum rerum utrique testimonia hæc adferunt: Sybaritæ quidem fanum ac templum prope Crastin, lapidum maceriam, quod Dorieum capta urbe aiunt extruxisse Minervæ, cognomine Crastiæ. Et hoc ipsius Dorici necis uolunt esse maximum testimonium, quòd præter uaticinia aegens interemptus est. Si enim nihil nisi id ad quod mittebatur fecisset, nec transgressus esset, Erycinam regionem obtinuisset, & obtentam possedisset, non ipse cum exercitu absumptus esset. At Crotoniatę multa mõstrant peculiariter donata Callię Heleo in agro Crotoniensi, quæ etiam ad meam usq; memoriã prognati Calliæ colebant: Dorico autem & eius posteris nihil omnino fuisse donatum. Cui, si in bello Sybaritano fuisset Crotoniatis auxilio, multo plura q̃ Calliæ fuisse donanda. Hæc pro se utrique eorum testimonia referunt:

Sybaritæ.
Tely rex.
Callias.
Heleus.
Crastia Minerua.

referunt: quorum utris accedere ut quisq; mauult, his accedat licet. Nauigarunt autem cum Dorieo & alijs duces coloniæ Spartiatarum deducendæ, Thessalus, & Paræbates & Celeas, & Euryleon, qui cum omni classe Siciliam tenuerunt, superati à Phœnicibus atque Aegestanis, in prælio occubuerunt, uno tantum ex hac aduersa pugna superstite Eurylconte. Qui collectis eorum reliquijs occupauit Minoam Selinusiorum coloniam, Selinusiosq; liberauit monarchia Pythagoræ. Hunc cum sustulissent, ipse tyrannidem Selinuntis inuasit, & princeps ad breue tempus extitit. Nam Selinusij impetu in eum facto, cum ad Iouis forensis aram confugisset, obtruncarunt. Dorieum sequutus, & unà mortuus est Philippus Butacides, Crotoniata: qui desponsa sibi filia Telyes Sybaritæ, Crotone profugerat, abnegatoq; matrimonio nauigauit Cyrenen. Ex hac profectus, sectatus est familiarem triremem, ac familiarium uirorum sumptum, quòd esset olympionices, id est, uictor certaminis ad Olympia, & omnium illinc Græcorum speciosissimus. Ob quam corporis speciem ab Aegestanis ea quæ nemo alius reportauit. Nam sepulturæ eius heroico monumento extructo, Aegestani hostias immolant. Hunc in modum Dorieus uita functus est. Qui si in animũ induxisset sibi ferendũ esse Cleomenis regnũ, & in Sparta permansisset, regno fuisset Lacedæmoniorũ potitus. Neque enim diu Cleomenes imperauit, ac sine liberis decessit, una duntaxat relicta filia, nomine Gorgo. Cleomene igitur imperium tenente, Spartam uenit Aristagoras Mileti tyrannus, Cleomenemq; allocuturus conuenit, habens (ut Lacedæmonij aiunt) æream tabellam, in qua totius terræ ambitus erat incisus, cunctumq; mare, atq; omnia flumina. Huius in colloquiũ ubi uenit, ita ad eum inquit: Studiũ meum

Thessalus. Paræbates Celeas. Euryleon. Selinusij. Minoa. Pythagoras princeps. Iouis forẽsis ara. Aegestani Cleomenis regnũ. Tabella totius orbis.

Cleomenes

Cleomenes qui huc aduenerim, ne miteris. Non enim ab re hoc fit. Prolem Ioniam pro libera seruam esse, cùm nobis ipsis dedecus dolorq; maximus est, tũ uerò uobis, & eo maior, quo magis cæteros in Græcia antecellitis. Proinde nunc per deos Græcos eripitis Iones à seruitute consanguineos uestros, quod facile est ad præstandum. Nam neque barbari sunt uiri strenui, & uos in summum rei bellicæ per uirtutem euasistis, & genus pugnandi eorum huiusce modi est: Breues arcus, ac breuia spicula, longasq; in capitibus cristas, unde faciles captu sunt, gerentes in pugnam eunt. Ad hæc tantum bonorum est his, qui eã incolunt continentem, quantum non est cæteris universis, tum auri (ut ab hoc incipiamus) tum argenti, tum æris, tum uariæ uestis, tum iumentorum, tum mancipiorum: quibus uos si potiri libuerit, potiemini. Sunt quoque inter se confines, ut ego differam. His Ionibus confines sunt Lydi, qui terram incolunt tum aliarum rerum, tum uerò argenti feracissimam. Hæc autem dicebat, ostendens ex ambitu terræ in tabella quam attulerat descripto. Lydis uerò (dicebat Aristagoras) confines sunt hi Phryges auroram uersus pecorum copia & terræ hubertate, omnium, quos ego noui, longè beatissimi. Phrygibus confines sunt Cappadoces, quos nos Syros appellamus. His confines sunt Cilices, huius maris accolæ, ubi hæc Cyprus insula est sita, qui tributum annuũ regi pendunt quingenta talenta. His Cilicibus confines sunt ij Armenij, & ipsi re pecuaria abundantes. Armeniorum hanc regionem contingunt Matieni, quorum terræ Cissia hæc confinis est. In qua iuxta fluuium hunc Choaspem sita sunt hæc Susa, ubi rex magnus domicilium habet, atq; hic pecuniarum thesauri sunt. Hãc uos urbem si animose ceperitis, iam cum Ioue de di-

nitijs licet certetis. Neq; uerò operæprecium est, uos
suscipere prælia pro terra neque multa neque ita fera-
ci, & pro exiguis finibus aduersus Messenios uestros
consortes, & Arcades & Argiuos, quibus nihil est ne-
que auri neque argenti, quarum rerum cupiditate
quis inducitur ad mortem subeundam. Ergo cum
offeratur occasio totius Asiæ facilè potiundæ, aliud
quicquam præoptabitis? Hæc Aristagoras dicebat.
Cui respondens Cleomenes: Milesie, inquit, hos-
pes, in triduum tibi differo respondere. Tunc qui-
dem hactenus processum est. Vbi verò dies respon-
sioni præstituta affuit, & ad locum de quo conuene-
rant, uentum est, interrogauit Aristagoram Cleome-
nes, quot dierum ab Ionio mari ad regem sit iter. Ari-
stagoras alioqui solers, & valde illum antecellens pru-
dentia, in hoc tamen lapsus est: qui cum non debe-
ret rem, ut se habebat, illi aperire, uoluens Spartiatas in
Asiam educere, dixit trium mensium necesse iter.
Cleomenes interpellata reliqua Aristagoræ oratione,
quam ordiri instituerat de itineris spacio, inquit:
Hospes Milesie, abscede à Sparta ante solem occiden-
tem. Nihil enim rationis dicis, cum istud facile non
sit Lacedæmonijs, qui uiscos trimestri itinere abduce-
re à mari. Hæc locutus Cleomenes, domum abijt. Ari-
stagoras sumpto oleæ ramo, ad domum Cleomenis se
contulit, eamq; ingressus iubebat præcabundus, ad se
audiendum mitti illius filiam. Assistebat enim Cleo-
meni filia, cui nomen erat Gorgo, unica proles, eaque
octo aut nouem annos nata. Cleomene iubente eum
dicere quæ uellet, filiolæ enim gratia nolle prohibere,
Aristagoras incepit polliceri illi undecim talenta, si
precibus suis annueret. Abnuente Cleomene, subinde
adijciendo eò peruenit, ut quinquaginta talenta polli-
ceretur. Ad quod puella: Pater, inquit, hospes te cor-

Aristagoras sapiès lapsus est. Cleomenis ad Aristagoræ responsio.

rumpet,

rumpet, nisi hinc abis. Consilio puellę delectatus Cleo menes, in aliud conclaue abijt: & Aristagoras è Sparta prorsus abscessit, non facta ei amplius potestate indicandi itineris, quod erat usque ad regem: ea nanque itineris ratio ita habet: Vbique sunt regiæ mansiones, ac diuersoria pulcherrima. Iter omne per loca culta atque tutum, idque per Lydiam & Phrygiam uiginti mansionum, hoc est uicenorum castrorum est, parasangæ nonaginta quatuor & dimidius. E Phrygia excipit fluuius Halys, cui imminent portæ, quas transire omnino necesse est, atque ita fluuium transmittere, & præsidium quod supra illum est. Transgresso in Cappadociam, & eam permetienti usque ad fines Cilices, duodetriginta mansiones sunt, parasangæ centum quatuor. In horum montibus positas duplices portas ac totidem præsidia pertransis. Hæc tibi transgresso, & per Ciliciam iter facienti, tres mansiones sunt, parasangæ quindecim ac dimidius. Ciliciam autem ab Armenia disterminat flumen, quod nauibus transitur, nomine Euphrates. In Armenia mansiones sunt diuersoriorum quindecim, parasangæ quinquaginta sex & dimidius, in quibus & præsidium est. Eam fluuij, qui nauibus transeuntur, quatuor influunt, quos transmittere prorsus necessarium est. Primus Tigris, secundus dehinc ac tertius eiusdem nominis, etsi non idem fluuius, nec ex eodem fluens loco. Nam horum quos enumerauí, primus Tigris ex Armenijs fluit, alter ex Mantienis. Quartus fluuius nomituatur Gyndes, quem Cyrus aliquãdo in trecentos sexaginta diduxit alueos. Ex hac Armenia in terram Mantienam tendenti mansiones sunt quatuor, unde in regionem Cissiam trãseunti sunt undecim mansiones, parasangæ uerò quadraginta duo & dimidius, ad fluuium Choaspem, &

Puellæ animi rũ dictum.

Euphratẽ

eum non nisi nauibus transmittendum. Supra quem urbs Susa est sita. Omnes autem hę mansiones, suat centum undecim. Tot diuersoria mansionum sunt ascendenti Sardibus Susa. Quod si iter regium recte metiamur parasangis, & parasanga ualet quantum triginta stadia, ut ualet, sunt à Sardibus ad regiam, quæ dicitur Memnonia, tredecim millia stadiorum & quingenta: cum sint parasangæ quadringenti quinquaginta. Itaque peragrando singulis diebus centena & quinquagena stadia, consumuntur omnino nonaginta dies. Hunc in modum ab Aristagora Milesio apud Cleomenem Lacedęmonium dicente trium mensium iter esse, recte dicebatur. Quod si quis exploratius ista inquirat, hoc quoq; ego indicabo. Nam iter ab Epheso ad Sardis, hac ratione decet computari. A Græco mari ad Susa (hæc enim urbs Memnonis uocatur) dico esse tredecim millia stadiorum & quadraginta. Ab Epheso ad Sardis, quingenta & quadraginta stadia, atque ita tribus omnino diebus producitur iter trimestre. Digressus Sparta Aristagoras, Athenas contendit, tyrannis liberatas hoc modo: Postquam Hipparchum Pisistrati filium, Hippiæq; tyranni fratrem, qui in somnis uisionem cladis suæ euidentissimam uidisset, interfecere Aristogiton & Harmodius, prisco genere Gephyræi: post hęc nihilominus Athenienses, imò magis quàm prius, tyrannidem quadriennio pertulerunt. Visio autem insomnij Hipparchi hęc erat: Pridie panathenæorum uidebatur Hipparchus cernere uirum assistentem sibi, procerũ atq; speciosum, hos uersus per ænigma dicentem:

Hipparchi insomniũ

Intoleranda leo patienter ferre memento.
Nullus namq; nocens pœna non afficietur.

Vbi dies illuxit, confestim præ se ferebat referre hæc nel le ad somniorum coniectores: sed mox spreta uisione

missi

misit pompam, ubi mortem oppetijt. Gephyræi, è quibus erant percussores Hipparchi, ut ipsi aiunt, fuere à principio ex Erethria oriundi. Verùm ut ego interrogando comperio, fuere Phœnices ex his, qui cum Cadmo in terram quæ nunc uocatur Bœotia uenere, atq; eam incoluere, sortiri Tanagricum tractum. Vnde Cadmeis primum per Argiuos exactis, iterum per Bœotios hi Gephyræi expulsi, Athenas diuerterunt. Ab Athenienſibus recepti sub conditionibus sunt, ut ciues inter eos essent, multis nec memoratu dignis, quas agerent rebus impositis. Phœnices illi qui cum Cadmo aduenerunt, quorum Gephyræi fuere, dum hanc regionem incoluunt, cùm alias multas doctrinas in Græciam introduxere, tum verò literas, quæ apud Græcos, ut mihi uidetur, antea non fuerant. Et primum quidem ijs omnes Phœnices utũtur. Progressu deinde temporis, unà cum sono mutauerunt modum literarum. Et cum ea tempestate in plerisque circà locis eorum accolæ Ionες essent, qui literas à Phœnicibus discendo acceperant, eas illi cum suis pauculis collocantes, in usu habuerunt. & in utendo confessi sunt, ut ratio ferebat, uocari Phœnices, quia essent à Phœnicibus in Græciam illatæ. Priscaq; consuetudine biblos appellant pelles, quòd aliquando penuria librorum, hoc est, sirporum, pellibus caprinis ouillisq; utebantur. Adhuc quoque ad meam usque memoriã multi barbarorũ talibus in pellibus scribunt. Quin ipse uidi apud Thebas Bœotias in Ismenij Apollinis tẽplo, literas Cadmeas in tripodibus quibusdam incisas magna ex parte consimiles Ionicis. Quorum tripodum unus habet hoc epigramma:

Theleboo natus genere Amphitryon posuit me.

Hæc fuere circa ætatem Laij, qui fuit filius Labdaci, nepos Polydori, pronepos Cadmi. Alter tripus hexame-

Gephyræi id est põtani, qui & Thanagræi dicuntur, inquit Strabo in nono.

Cadmus.

Literæ apud Græcos ex Phœnicib.

Phœnices literæ.

Bibli quid Ionibus.

Cadmææ literæ.

tro carmine ait:

Scæus in assueto pugilum certamine victor,
Me tibi sacrauit speciosum munus Apollo.

Scæus. Scæus hic Hippocoontis filius fuit, qui tripodem dedicauit, nisi alius fuit, idem quod hic nomen habēs, circa ætatem Oedipodis Laio geniti. Tertius, & is hexametro carmine ait:

Laodamas ipsum tripodem sua in urbe monarchus:

Hoc insigne decus tibi magne dicauit Apollo.

Sub hoc Laodamante Eteoclis filio, qui princeps fuit eiecti sunt Cadmæi ab Argijs, & se ad Encheleas contulerunt. Gephyræi autem postea in suspicionē Bacchiorum cum uenissent, Athenas commigrarunt: ubi sunt ab eis templa extructa seorsum à cęteris cùm alia quædam, tum Cereris Acheæ, & templum, & orgia. Quod fuerit ausum Hipparchi somnis, & unde fuerint oriundi Gephyræi, ex quibus fuere percussores Hipparchi, à me commemoratum est. Cæterùm oportet ad eum redire sermonem, quem à principio instituera m, qua ratione sint Athenienses liberati tyrannis. Hippia tyrannidem obtinente, & infenso eis propter eadem Hipparchi, Alcmęonidæ, qui genere sunt Athenienses, profugi patria propter Pisistratidas, quoniam ipsis una cum cæteris exulibus res de redeundo tentata, omni ope frustrata fuit: conatiq; Athenas reuertendo liberare, grauiter offenderant, Lipsydrium super Paoniam communierunt. Dehinc omnia aduersus Pisistratidas commiscendo, mercede conduxerunt ab Amphictyonibus templum Delphis ædificandum, id quod est, tunc autem non erat. Enimuero cum bene nummati essent, ac uiri spectati iam indè à suis maioribus, extruxerunt templum exemplari pulchrius quàm cætera omnia. Nam cum ex lapide Porino conuentum

Cereς Achea.
Orgia.
Alcmæonidæ.
Athenarū tyranni.
Hippias.
Lipsydriū.
Amphictyones.

uentum esset ut illud facerent, tamen anteriora eius Pario lapide effecerunt. Vt igitur Atheniensis aiunt, hi homines Delphis sedentes Pythiæ pecunia persuasere runt, ut & quoties Spartiatæ uenirent, siue priuato siue publico agmini petentes oraculum, proponeret ipsis liberare Athenas. Lacedæmonij autem postquàm sibi idem semper diceretur, mittunt Anchimolium Asteris filium, inter populares eximium, cum exercitu ad expellendos Athenis Pisistratidas, tametsi hospites suos, & in primis amicos. Antiquiora enim duxerunt quæ ad deum, quàm quæ ad homines pertinent. Hos itaque mari nauibus miserunt, cum quibus Anchimolius ad Phalerum appulsus, copias eduxit. Id præsciscentes Pisistratidæ, auxilia Thessalia euocauerunt. Societatem enim cum Thessalis fecerant. Quibus rogantibus, communi decreto Thessali miserunt mille equites cum suo rege Cinea, homine Coniæo. Hos socios ubi habuere Pisistratidæ, hoc excogitauere: Paniciem Phalerorum detergunt, cumq; locum equitabilem reddunt, atq; illac equitatum in castra hostium immittunt. Equitatus in Lacedæmonios irruens, cũ alios multos, tum uerò Anchimolium interemit. Cæteros qui superfuere, ad naues repulit. Hunc in modũ primus Lacedæmoniorum exercitus abscessit. Extat in Alopecis Atticæ bustum Anchimolij, iuxta Herculis templum, quod est in Cynosargi. Post hæc Lacedæmonij maiores copias contra Athenas miserunt, nõ mari, sed terra, præfecto illis duce Cleomene, Anaxãdridæ filio: cũ quib. oram Atticã inuadentib. cõgressus primum Thessalorum equitatus, non diu post in fugã uersus est, tutis supra quadraginta è suis. Qui superfuere, qua quisq; potuit, recta in Thessaliã rediere. Cleomenes ad urbẽ pergens, unà cum ijs Atheniensib. qui liberi esse cupiebant, obsedit tyrannos intra murum

Anchimolius. Scitè dictum.

Cineas rex.

Alopecæ. Anchimolij cædes.

Pelasgicum redactos. Neq; tamen omnino Pisistratidas eiecere Lacedæmonij, quippe qui de facienda obsidione non cogitauerant, & Pisistratidæ cibo potuq; bene instructi erant. Itaque cum aliquot dies Lacedæmonij tyrannos obsedissent, Sparram abiere. Hic tamen casus qui alijs infaustus, idem alijs faustus extitit. Nam filij Pisistratidarum, qui clam extra regionem seponebantur, intercepti sunt. Quo ex facto omnes eorum res perturbatæ sunt, & pro redimendis filijs ad uoluntatem Atheniensium transegerunt, ut intra quinque dies ex Attica excederent. Moxq; in Sigeum, quod est supra Scamandrum, concesserunt, cum sexaginta annos regnassent, oriundi à Pylo atq; à Nelo, ex eisdem prognati, ex quibus ij qui fuere cum Codro ac Melantho, qui prius aduentitij, tamen Atheniensium reges euasere. Eaq; de re Hippocrates Pisistrati pater, repetita memoria, Pisistrati, filij Nestoris, idem nomen filio suo imposuit: Hoc Athenienses modo tyrannis liberati sunt. Qui recepta libertate, quæcunque aut fecere, aut passi sunt memoratu digna, antequam Ionia defecerit à Dario, & Aristagoras Milesius Athenas oratum auxilia uenerit, hæc prius edisseram: Athenæ cum magnæ fuissent antea, tunc tamen tyrannis liberatæ, extitere maiores. In quibus duo uiri præpollebant, Clisthenes Alcmæonides, qui (ut fama fert) Pythię persuaserat, & Isagoras Tisandri filius, illustri quidem familia, sed quàm uetusta nō queo affirmare: eius tamen cognati Ioui Cario immolant. Hi homines per factiones de potentatu contendebant. Clisthenes cum uinceretur, populum amplectendo ex quatuor tribubus mox decem effecit, coguominibus Iouis filiorum: Peleontis & Aegicoris & Argadei & Hopletis, in alia commutatis, quæ ipse inuenit, aliorum heroum indigenarum, præterquam Aiacis: quem etsi

Pisistratidæ Athenis pulsi.

Hippocrates.

Peleon. Aegicores Argadeus Hoples.

etsi hospitem, tamen adiecit, utpote finitimum ac socium. Qua in re uidetur mihi Clisthenes hic auum suum maternum Clisthenem Sicyonis tyrannum fuisse imitatus. Ille enim, quia cum Argijs bellum gessisset, summouit è Sicyone certamina canentium poëmata, ob Homeri carmina, in quibus Argos atque Argij tantopere celebrantur. Neque hoc modo summouit, sed etiam optauit monumentum Adrasti calamitosi, quod erat in ipso Sicyoniorum foro, quia fecerat Argius, exterminare. Ideoq; Delphos adijt ad oraculum consulendum, num Adrastum eijceret. Cui Pythia respondens, inquit: Adrastum quidem Sicyonum regem esse, ipsum uerò lapidatorem. Id non concedente sibi deo, Clisthenes reuersus excogitabat quo pacto Adrastus ipse demigraret. Quod ubi excogitasse sibi uisus est, misit ad Bœotias Thebas nunciatum, uelle afferre Sicyonem † Menalippum Astaci filium. Eumq; tribuentibus Thebanis, in urbem intulit: atque ei fanum in ipsa curia designatũ exædificauit munitissimo iam loco, in quem intulit Menalippum. Quod factum deberet existimari inimicissimum Adrasto, quòd & Mecestem fratrem eius, & Tydeum generum Menalippus interfecisset. Clisthenes ubi fanum extruxit, hostias & dies festos Menalippo dedit ab Adrasto ereptos, quibus illum Sicyonij magno cum honore prosequi consueuerant. Etenim regio Polybi fuerat, qui cum sine liberis decederet, imperium Adrasto legauit nepoti suo ex filia. Eum Sicyonij cùm alijs honoribus prosequebantur, tum uerò tragicis choris, ita ut non Bacchum, sed Adrastum uenerarentur. Clisthenes choros quidem Libero, cæteras uerò ceremonias Menalippo dicauit. Hæc ille in Adrastum egit. Tribus autem Dorienſium, ne forent eædem Sicyonijs quæ Argijs, in alia nomina cõ

† Menalippus (Videnũ legendũ sit Melalippus) Astaci filius.
Mecestes.
Tydeus.
Polybus.

mutauit: ex quibus Sicyonios plurimum ridiculos reddidit. Quippe suis & asini ultima cognomina pro pristinis imposuit, præterquam tribui suæ, cui à suo ipsius imperio nomen indidit, id est, ab Arche. Itaque hi tribules Archelai uocabantur. Cæterorum alij Hyatæ, id est, suales, alij Oneatæ, id est, asinales, alij Choereatæ, id est, porcales. His tribuum nominibus Sicyonij & Clistene imperante, & eo defuncto, ad sexaginta annos usi sunt, quę postea inter se reputantes in alia transtulerunt, Hylleas, Pamphylos, Dyamanates: quartæ tribui quam adiecerunt, impositio cognomine Aegiales ab Aegialo Adrasti filio. Hęc Sicyonius Clisthenes fecit. Atheniensis uerò Clisthenes, huius Sicyonij ex filia nepos, & ipse (ut mihi uidetur) præcontempto Ionum, ne forent eædem ipsis & Ionibus tribus, Clisthenem sibi cognominem imitatus est. Cum enim populus Atheniensis fuisset antea exagitatus, posteaquàm omnium autoritatem ad suam unius redegit: tum tribuum nomina censuit immutanda, & plures ex paucioribus faciendas, decem pro quatuor, & totidem Phylarchos, id est, tribunos à tribuum præfectura. Ita populo in tribus distributo atque composito, erat multo superior his qui erant contrariæ factionis. Superatus in partibus Isagoras, hoc inuicem excogitauit, ut Cleomenem Lacedæmonium adhocaret, iam inde obsidione Pisistratidarum sibi hospitem factum, qui tamen culpabatur, quòd ad uxorem Isagoræ uentitaret. is misso primum Athenas caduceatore Clisthenem eiecit, & cum eo alios complures Atheniensis, quos piaculi insimulabat, uidelicet admonitu Isagoræ hæc dicens. Nam Isagoras atque amicicius nō erant affines cædis, cuius insimulabantur Alcmæonidæ & qui erant enagees: ita nominabantur qui Atheniensium piaculo obstricti erant. Cylon quidam

Atheniensis

Atheniensis uir Olympionices, affectatę tyrannidis compertus est. Simulato nanque æqualium sodalitio arcem occupare conatus est. Id cum efficere non potuisset, assedit simulachro dei supplex ipse ac socij. Hos illinc sustulerunt quidem magistratus Naucrariorum, qui tunc Athenas incolebant, data fide, puniendi eos citra mortem: sed culpa horum mox interfectorum fuit penes Alcmæonidas. Hæc ante Pisistrati ætatem gesta sunt. Vbi Cleomenes per nuncium eiecit Clisthenem atque piaculares, quamuis Clisthenes ipse profugisset, nihilo secius Athenas uenit, non magna cum manu, atque illinc septingentas familias militares Atheniensium, tanquam piaculo contaminatas, relegauit, quas ei suggerebat Isagoras. Hoc acto conabatur secundo loco senatum dissoluere, & magistratus trecentis Isagoræ militibus mandare. Verùm reluctante senatu atque obtemperare nolente, Cleomenes Isagorasque cum suæ factionis hominibus arcem occuparunt. Quos cæteri Athenienses cum senatu sentientes, biduo obsederunt. Tertio die quicunque Lacedæmonij ibi erant, accepta fide, regione discesserunt, rato effecto quod Cleomeni dictum est. Nam ei ad occupandam arcem ascendenti, & ad dei penetrale consulendi gratia euunti, exurgens è sella sacerdos, antequam ille ualuas referaret: Lacedęmonie, inquit, hospes, retrocede, neue templum introeas. Non enim Doribus hic introire fas est. Cui Cleomenes: Ego, inquit, mulier, Dores non sum, sed Achæus. Itaque admonitu uti nolens, atque in conatu pergęs, tunc quoque iterum à proposito cum Lacedæmonijs decidit. Cæteros ad necem uinxere Athenienses, & in ijs Timesitheum fratrem eius, cuius manualia opera atque strenuitatem in primis referre habeo. Atque hi quidem in uincula conjecti, mortem oppeticre. Athenienses

Clisthenes atq; piaculares Athenis ejecti.

Areis Atheniensis occupatio

Timesitheus.

Athenienſes legati ad Darium.

Artapher nes Sardi um prætor

ſes autem poſt hęc reuocatis cum Cliſthene ſeptingen tis militũ familijs, quos Cleomenes exagitauerat, Sardis mittunt ad contrahendam cum Perſis ſocietatem. Intelligebant enim ſibi cum Cleomene atque Lacedæmonijs eſſe bellandum. Vt Sardis uenere nuncij, mandataq; expoſuere, percontatus eſt eos Artapher nes Hyſtaſpis filius, Sardium prætor, quinam homines eſſent Athenienſes, & ubi terrarum incolentes, qui ſocij Perſarum fieri orarent? Vbi id ex nuncijs audiuit, ita eis ingenuè reſpondit: Si regi Dario terram darent & aquam, ſe cõtracturum cum eis ſocietatem: ſin minus, illos abſcedere præcepit. Nuncij inter ſe collocuti, quòd ſocietatem facere cuperent, daturos ſe eſſe dixerunt. Quo nomine ubi reuerſi ſunt domum, uehementer accuſati ſunt. Cleomenes intelligens ab Athenienſibus ſe & uerbis & factis lædi, ex omni Peloponneſo copias coegit, diſſimulans quem ad finem, cum haberet in animo tum populum Athenienſem ulciſci, tum Iſagoram cõſtituere tyrannum, qui unà cum eo ex arce deceſſerat. Comparato exercitu ingenti, ipſe Eleuſina inuaſit, & ex compoſito Bœotij Oenoem occuparunt: & Hyſiæs ultimos Atticæ populos, & ab altera parte Chalcidenſes oræ Atticæ loca populabantur. Athenienſes etſi ancipiti bello diſtricti, Bœotiorum & Chalcidenſium ultione dilata, arma contra Peloponnenſes in Eleuſine agentes, ferunt. Dumque ambo exercitus conſerturi prælium eſſent, Corinthij primi omnium ſecum reputantes iniuſtè à ſe agi, auerterunt ſe, atque abſceſſerũt. Secundum hos idem fecit Demaratus Ariſtonis filius, qui & ipſe erat rex Spartiatarum, & è Lacedæmone copias contraxerat, nec à Cleomene ſuperiori tempore diſſenſerat. Ob quam regum diſſenſionem lex apud Spartam lata eſt, non licere utrique regi cum exercitu

Oenoe Bœotiũ occupãt Hyſiæs

Demaratus rex Spartiatarum rex.

exercitu prodire (nam prius prodibant) sed his seiunctis, alterum é Tyndaridis reliquí, qui & ipsi antehac ab eis euocati, exercitum ambo comitabantur. Tunc cæteri socij qui erant in Eleusine, cernentes non conuenire inter reges, & Corinthios aciem deseruisse, & ipsi dilapsi abierunt. Quarto tunc Dores in Atticam profecti sunt, bis ad bellandum ingressi, bis ob Athenienſium multitudinis commodum. Primo, quia Megaram coloniam deduxerunt, quæ expeditio recte uocetur sub Codro Athenienſium rege. Iterum ac tertio, dum ad expellendos Pisistratidas ex Sparta uentum est. Quarto dum Cleomenes Peloponnenſes ducens, Eleusium inuasit. Ita quarto Dores aduersus Athenas expeditionem sumpserunt. Dilapso igitur indecorè hoc exercitu, ibi Athenienſes uolentes ultum ire iniurias, primam expeditionem fecerunt aduersus Chalcidenſes, quibus Bœotij ad Euripum iere suppetias. His conspectis, Athenienſes putarunt sibi cum eis prius quàm cum Chalcidensibus pugnam conserendam. Itaque congressi cum illis, egregiè superant, permultisque eorum cæsis, septingentos capiunt. Eodem die transgressi Euboiam, cum Chalcidenſibus conflixere: quibus etiam victis, quatuor millia colonorum in prædijs equitũ reliquerunt. Equites autem apud Chalcidenſes nocabantur locupletes. Horum quoscunque ceperunt, unà cum Bœotiorum captiuis uinctos in carcerem coniecerunt, quos aliquanto pòst, binis mulctatos minis soluerunt, eorumque quibus alligati fuerant, uincula in arce suspenderunt, quæ ad meam usque memoriam extabant, pendentia è muris, à Medo ambustis, è regione cœnaculi ad occasum spectantis. Decimam quoque redemptionis consecrarunt, facta ærea quadriga, quæ ad sinistram manum intrantium statim

statim in propylæa arcis stabat, cum hac inscriptione:

Attica perdomitis acri sub Marte iuuentus
Bœotûm populis Chalcidicaq; manu,
Damna rependerunt uinclis & carcere cæco,
Quorũ hę de decima stant tibi Pallas equę.

Et Atheniensis quidem aucti sunt. iuris autem æquabilitatem esse rem bonam, non ex uno tantum, sed undique perspicitur. Siquidem Atheniensis quandiu tyrannis subiecti fuerunt, nullis finitimorum in bello præstantiores erant. Liberati uerò tyrannis, multò omnium primi extitere. Vnde liquet, eos dum tyrannis parebant, de industria peccasse tanquam domino laborantes: at libertate parta, sibi ipsi quisque rem gerere properabat. Et Atheniensis quidem ita agebant. Thebani autem post hæc ulciscendi illos cupidi, sciscitatum ad deum miserunt. Quibus respondens Pythia, negabat per sese eos posse illos ulcisci, iubebatque ut ad famæ celebritatem referentes rogarent proximos. Reuersis qui missi ad oraculum erant, ac responso exposito Thebani illud nihili facientes, quod referebatur ut rogarent proximos, dicebant: Ergo proxime nos incolunt, Tanagræi Coroneæique & Thespienses, qui nostri assiduè commilitones, alacri atque concordi in partes animo bella nobiscum tolerant. Quid hos rogari oportet? fortassis hoc non est oracullum. Hæc illis ratiocinantibus, quidam re audita, inquit: Ego quid sibi uelit oraculum, uidcor mihi intelligere. Asopi duæ filiæ fuisse traduntur, Thebe & Aegina: quæ quoniam sorores sunt, opinor deum respondere nobis, ut Aeginetas rogemus, qui uicem nostram ulciscantur. Thebani, quoniam nulla quàm hæc uisa est dicti potior sententia, protinus misere ad Aeginetas orandos auxilia, tanquam

Atheniensium præstantia.

Thebanis oraculum redditum.

Asopus.

quam proximos ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia, dixere se mittere cum eis Aeacidas. Societate Aeacidarum freti Thebani, cum lacessissent Atheniences, accepta offensione aduersæ pugnæ, iterum auxilia uirorum remissis Aeacidis orauerunt. Quorum prece moti Aeginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum pristinarum inimicitiarum, quæ eis cum Atheniensibus erant, memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam cum Atheniences Bœotijs immineret, ipsi longis nauibus in Atticam traiecti, cùm alios multos populos in cætera ora maritima, tum Phalerum diripuerunt, magnam ex hac re calamitatẽ Atheniensibus afferentes. Inimicitiæ autem, quas Aeginetæ aduersus Atheniences habebant, ex hoc initio extiterunt: Epidaurij, cum sua ipsis terra nihil redderet, de hac calamitate Delphicum consuluere oraculum. Quibus Pythia iussit, ut Damiæ & Auxesiæ simulacra erigerent: & postquam erexissent, melius secum actum iri. Scisciantibusque Epidaurijs, utrum ex ære facerent illa, an ex lapide: respondit se è neutro fieri sinere, sed è ligno oleagino, cleæ tamen, non oleastri. Rogabant igitur Epidaurij Atheniences, sibi permitterent oleam incidere, qui scilicet oleas illas sacerrimas esse existimarent. Fertur etiam nusquam gentium nisi Athenis, illa tempestate oleas fuisse. Atheniences se verò dixerunt cõcessuros, hac duntaxat lege, si quotannis illi sacra Mineruæ urbanæ & Erechtheo afferrent. Accepta conditione Epidaurij quæ rogabant impetrauerunt, & simulacra ex his oleis fabricata statuerunt: terrahy sua fructum eis ferenre; quod conuenerant, Atheniensibus persoluebant. Eo tẽpore atq; superiori, Aeginetæ Epidaurijs parebãt in alijs, tum verò in licibus; quas Aeginetæ inter se uel actores, uel rei illuc se conferentes agebant. Versũ ex eo tẽpore

Aeginetarũ odia in Atheniences.

Damiæ & Auxesiæ simulacra Oleæ tantum Athenis esse dicebantur.

Simulacra ex oleis.

pore fabricatis nauibus, nullo consilio usi, ab Epidau
rijs defciuerunt. Factiq; hostes, ac mari potiti, cùm ali
as clades inferebant, tum simulacra Damiæ & Auxe-
siæ surripuerunt: eaq; asportata, in regionis suæ medi-
terraneo loco statuerunt, cui nomen est Oea, viginti
fermè procul ab urbe stadijs. Hoc in loco illis ere-
ctis, supplicabant sacrificijs atque iocabundis choris
mulierum, denis uiris utriq; deorum assignatis, qui
choris præessent. Nam chori neminem uirum nuncu
pabant, sed indigenas fœminas: quæ ceremoniæ apud
ipsos quoque Epidaurios fuerant. Surreptis statuis, E-
pidaurij quod fuerant pacti Atheniensibus, non sol-
uebant: cuius rei cum à nuncijs Athenienfium admo
nerentur, reddidere rationem cur iniurij non essent,
Se enim quandiu apud se statuas habuissent, quod cõ-
uentum erat exoluisse, eisdem iam uiduatas non debe
re exoluere, sed Aeginetas, qui illas haberent, à quibus
id exigi iubebant. Ad eas reperendas Aeginam Athe-
nienses misere. Aeginetæ negare quicquam negocij
esse cum Athenienfibus. Post repetita simulacra, A-
thenienses aiunt triremem missam publicè cum ci-
uibus quibusdam: qui Aeginam cum uenissent, simu
lacra, tanquam è suis liguis facta, conati fuerint suis fe
dibus emoliri ut asportarent. Cumq; eo pacto eis po-
tiri nequirent, circundatis funibus trahere tentasse.
Sed dum trahunt, tonitruum, & cum tonitruo terræ
motum extitisse: eaq; de re illos remiges, qui trahebãt
simulacra, ab his in amentiam esse conuersos: & hoc
morbo sese tanquam hostes mutuo trucidasse, donec
unus ex omnibus relictus est, qui ad Phalerum se rece-
pit. Athenienses ita rem gestam esse memorant. Aegi-
netæ negant illos unà cum naui uenisse. Facile enim
se unam nauim, atq; adeò cõpluscula, etiãsi sibi nulle
fuissent naues, fuisse propulsaturos: sed cũ complu-
ribus

Chori mulierum Aeginetarũ.

Athenienses Aeginam ad repetenda simulacra missi.

ribus in ipſorum terrā inuaſiſſe, ſe uerò ceſſiſſe, nec pugna nauali contendere uoluiſſe: qui tamen planū facere nequeunt, an quia impares ſe eſſe ad pugnandum agnoſcerent, ceſſerint: an uolentes permiſerint illos facere quod fecerunt, Athenienſes quoq; quoniam nulli propugnatores obſtarent, egreſſos è nauib. ad ſimulacra ſe conuertiſſe? & cum ea è ſuis ueſtigijs amoliri nequirent, ita circūdatis reſtibus trahere conatos, donec trācta ſimulacra hoc quod iā dicam fecerint, id quod mihi ueriſimile non fit. Aiunt enim illa procubuiſſe ſibi in genua, atq; ex eo tempore ſemper genu nixa permanſiſſe. Et hæc quidem Athenienſes feciſſe. Se uerò, q̄ audirent ſibi bellū ad Athenienſibus illatū iri, præparaſſe Argiuos, ut ſibi aduerſus Athenienſes in Aeginā degreſſi adeſſent auxilio: eosq; cū latuiſſent hoſtē in traijciendo ex Epidauro in inſulā, in Athenienſes, q̄ nihil præſciſſet, cū naulb. diſcluſos irruiſſe: & interea tonitruū ipſis terræmotūq; extitiſſe. Hæc ab Argiuis Aeginetisq; cōmemorantur. Athenienſes quoq; cōfitentur, unū omnino è ſuis incolumē in Atticā reuerſiſſe. Cæterū Argiui dicunt, pſligato ab ipſis Attico exercitu, unū ex eis ſuperſtitē fuiſſe. At Athenienſes diuinitus pſligatū fuiſſe exercitū perhibēt, ſed ita ut ne ille quidē unus ſuperfuerit, quin perierit in hunc modum: Cum Athenas ſe recepiſſet, cladēq; renunciaſſet, uxores eorū qui aduerſus Aeginā pfecti fuerant, indignè ferentes unum ex omnibus eſſe reducem, circunfuſas hominem prehendiſſe, ac fibulis ueſtimentorum pupugiſſe, percontantes ſingulas, ubi ſuus uir eſſet, atq; hoc modo hunc fuiſſe confectum. Idq; factum mulierum, uiſum eſſe Athenienſibus ipſa clade triſtius. In quas cum alia ratione animaduertere non poſſent, ueſtem illarum in Iadē mutauerunt, nam antea Doridem ueſtem gerebant Atticæ formi

Vxores maritos repetentes

Doricum ueſtimentum.

Corinthia ueſtis.

cæ fœminæ, similimam Corinthiæ. Itaq; mutauerunt in lineam, ne fibulis uterentur, quãquam reuera si ratione utamur, non las olim uestis fuit, sed Caira, quoniam omnis prisca uestis fœminarum Græcarum eadem erat quæ nunc, quam Doridem appellamus. Præterea Argiui & Aeginetæ idem adhuc factitant, apud quorum utrosq; mos est fibulas faciẽdi sesquiplas quã tunc mensura cõsueuerat: quas præcipuæ fœminæ eorum templis deorũ consecrare solent, neq; aliud quicquam Atticum illuc afferre, neq; fictilia, sed ex ollis eius loci in posterum ibi potare. Eoq; contentionis processere Argiuæ atq; Aeginetæ mulieres cum Atticis, ut ad meam usq; ætatem fibulas gestauerint, quàm antea grandiores. Odiorum principium Aeginetarum ut Athenienses hoc, quemadmodũ commemoratum est, extitit. Cuius rei circa statuas gestæ, memoriam retinentes Aeginetæ, libenter Thebanorum rogatu auxilium tulere Bœotijs: Qui cum maritima Atticæ uastarent, Athenienses q; aduersus Aeginam expeditionem inirent; aduenit è Delphis oraculum, ut ab Aeginetis lædendis triginta annos abstinerent, tricesimo anno cum fanum Aeaco dicassent, bellũ cũ Aeginetis inchoarẽt, ad uotum eis re succesſura. Sin bellum cõtinuo inferrent, fore ut interea multa detrimenta acciperent & inferrẽt, sed ad extremum illos subigerẽt. Hoc oraculum ad se Athenienses allatum ubi audire, eatenus ei obtemperandum censuerũt, ut Aeaco fanum dicarent, quod nunc in foro extructum uisitur: sed triginta annos nõ tulerint, cum audissent bello supersedendum esse aduersus Aegineras, à quibus tamen indigna passi fuissent. Sed eis ad ulciscendum se parantibus, Lacedæmonium factum extitit impedimento. Siquidem Lacedæmonij, audito commento Alcmæonidarum erga Pythiam, & quæ egisset Pythia in

Carſa uestis.

Aegineta rum in Athẽienſes odiorum principiũ.

Aeacifanum.

in ipsos atq; Pisistratidas, duplicem se iacturam fecisse animaducrtebant: quòd & suos hospites in patriã eiecissent, & nulla sibi ex hoc facto gratia ab Atheniẽsibus haberetur. Præterea oraculis urgebantur, denunciantibus multa ipsis & indigna ex Athenicnsibus futura, quorum antehac securi fuissent, præsertim ex eo quod à Cleomene Spartam reuerso didicerãt. Etenim Cleomenes potitus est ex arce Athenicnsium oraculis, quę à Pisistratidis prius possessa, cum expellerẽtur, relicta fuerant in templo. Ea Lacedæmonij ubi per Cleomenẽ accepere, & animaduerterunt Atheniensesaugescentes, nec ad ipsis obtemperãdum ullo modo esse animatos: præterea genus Atticum quod sub tyrannis fuisset infirmum, & ad parendum promptũ, nunc parta libertate ipsis par existeret: hæc omnia cõsiderantes, accersierũt Hippiam Pisistrati à Sigeo Hellesponti, quò Pisistratidæ confugerãt. Postquam Hippias accersitus adfuit, accitis etiam aliorum sociorũ nuncijs, ita Spartiatæ apud eos uerba fecere: Agnoscimus, uiri socij, nos haud rectè egisse, qui ementitis oraculis inducti, uiros qui erant nostri in primis hospites, quiq; in animum inducebant præbere nobis Athenas obnoxias, è patria eiecimus. Et cum hæc fecerimus, tamen ingrato populo urbem tradidimus: qui posteaquam per nos liberatus est, nos pariter ac regẽ nostrum per dedecus detrimentumq; eiecit: & gloriã adeptus crescit. Itaq; didicerunt hoc ab eis maximè eorum finitimi Bœotij atq; Chalcidenses: fortassis etiam alius quis idem discet, si peccauerit. Quare, quoniam in illis agendis peccauimus, nunc demus operam, ut illuc unà uobiscum euntes, supplicium de illis sumamus. Hæc enim de causa Hippiam & uos è suã quosq; urbe accersimus, & publico consensu & communi exercitu reducẽtes hunc Athenas, reddamus ei

Hippias accersitus à Lacedæmonijs.

quæ abstulimus. Hæc Spartiatæ. Quæ cũ alij socij nõ probarent, cumq; silentium agerent, Corinthius Sosicles ita locutus est: Iã cœlũ sub terra ac terra superior cœlo erit, hominesq; domiciliũ in mari habebunt, & pisces ibi habitabunt, ubi antea habitarunt homines, postq̃ uos Lacedæmonij rebus publicis euersis, tyrannides in urbes introducere conamini: quo nihil est in rebus humanis neq; iniustius, neq; magis mortiferũ. Quod si bonum uobis uidetur ciuitates subesse tyrannidi, ipsi uobis principes tyrannũ constituite: atq; ita ut alijs constituatis operam date. Nunc ipsi tyrannorum expertes, & ne id in Sparta contingat uehemẽtissimè cauentes, hõc in socios studeritis efficere, qui ũ effetis ut nos sumus experti, meliorem (quã nunc facitis) de hac re diceretis sententiam. Nam Corinthiorũ reipublicæ status hic fuit: Erat apud eos paucorũ regimen, & hi qui Bacchiadæ uocantur, urbem incolebant, ultro citroq; inter sese matrimonia contrahentes. Horum uni nomine Amphioni nata est filia clauda, cui nomen erat Labda: quam quoniam nemo Bacchiadarum ducere uolebat, duxit Ection Echecratis filius, natu Petreus, sed oriundus à Lapithe ac Cæneide. Qui cum neq; ex hac muliere, neq; ex alia tolleret liberos, missus est Delphos, ad consulendum de prole. Eum introeuntem statim Pythia his uerbis compellauit:

Sosiclis oratio.

Tyrannis in commendu.

Amphion Labda.

Oraculũ Corinthijs

Ection te nemo (licet sis tantus) honorat.
Conceptũ pariet saxũ graue Labda, monarchos
Qui cadet in ciues, emendabitq; Corinthum.

Hoc oraculum quod Ectioni redditum est, eôdem tendebat, quò alterum antea Bacchiadis redditum, haud prius intellectum, quàm hoc renunciatum est, in hæc uerba:

Concipit in Petris aquila enixura leonem
Robustum,

Robuſtum, ſæuum, genua & qui multa reſoluet.
Hæc bene nunc animis uerſate Corinthia proles,
Qui colitis pulchrã Pallenẽ, altamq; Corinthũ.

Id oraculum cum ad eã diem fuiſſet indeprehẽſum, ſimul atq; ex hoc Eetionis patuit eõdem utrunq; pertinere, ſilentio ſuppreſſere, animo futurum Eetionis filium extinguendi. Et ut primum mulier enixa eſt, miſerunt è ſuo numero decem uiros ad tribũ, in qua habitabat Ection, qui puerum extinguerent. Illi poſtquam Petram peruenere, & ad Eetionis atrium acceſſere, puerum petunt. Labda cur ueniſſent ignara, paternæq; beneuolentiæ cauſa ueniſſe eos rata, affert filium, & in unius eorum manum porrigit. Erat aũt in ter uiam conſtitutum, ut qui primus eorum puerũ cepiſſet, is humi illum allideret. Verùm diuina quadam fortuna, puer ei uiro cui à Labda traditus erat, arriſit. Quam rem illi conſideranti miſeratio ſubijt pueri occidẽdi. Sic miſertus alteri tradidit, & ille tertio, atq; ita deinceps per manus traditus infans, per omnes decem tranſijt: ac nemine interimere uolente, rurſus matri eſt redditus. Illi egreſſi, atq; ante ianuã ſtantes, alius alium incuſabant, caſtigabantq;, ſed primum præcipuè, qui ex conuento non feciſſet, donec interiecto temporis ſpacio placitum eſt, ut rurſus introgreſſi, omnes fierent participes cædis, ſed neceſſe erat ex Eetionis ſtirpe germinari Corintho pernicie. Nam Labda ſtans pro foribus, hæc omnia exaudiebat. Eoq; metuens, ne illi immutata uoluntate acceptum rurſus puerum interimerent, aſportauit, & in menſura frumentaria occuluit, qui locus uiſus eſt minimè inueſtigabilis, cum ſciret illos, ſi redirent ad inueſtigandum puerum, omnia ſcrutaturos, ut & contigit. Nam introgreſſis & ſcrutantibus, ubi non apparuit, uiſum eſt eis abeundum, atq; ijs à quibus miſſi eſſent

Labdæ filius.

essent dicendum, se cuncta quæ illi mandassent perpetrasse, atq; ita reuersi dixerunt. Post hæc Eetionis filio crescenti impositum est nomen Cypselo, ob periculum hoc quod deuitauerat in cypsela, id est, mensura frumentaria. Vbi in uirilem adoleuit ætatem, cõsulenti oraculum Delphis, anceps est redditum, quo fretus, Corinthũ aggressus occupauit. Oraculum autem hoc erat:

Cypselus unde appellatus.

Vir locuples nostras hic qui descendit ad ædes
Cypselus Eetides, claræ rex esto Corinthi.
Ipse, & eo gnati, sed nulli deinde nepotes.

Et oraculum quidem hoc erat. Cypselus uerò tyrãnide potitus, talis extitit, ut Corinthiorum multos exegerit: multos pecunia, lõgè plurimos anima priuauerit. Cui cũ triginta regnasset annos, bene uita defuncto successit in tyrannide filius Periander, qui inter initia mitius agebat q̃ pater: sed ubi per nuncios consuetudinẽ habuit cũ Thrasybulo, Mileti tyrãno, multo magis quàm pater cruẽtus effectus est. Misso enim præcone, Thrasybulũ interrogauit, qua ratione ipse rebus tutius cõstituris, ciuitatẽ pulcherrimè gubernaret. Thrasybulus, eo qui à Periãdro missus erat, extra oppidũ educto, ingressus est rus quoddã satũ: & unà cũ nuncio segetẽ interãbulans, sciscitabatur hominẽ de suo aduentu è Corintho, detruncãs atq; abijciens ut quanq; uidebat spicã inter alias extantẽ, donec segetẽ formosissimã atq; densissimã hunc in modũ corrupit, prædiũq; illud peruagatus, nullo uerbo reddito præconẽ remisit. Reuersus Corinthũ præco, auidọ præceptionis audiendæ Periandro, negauit sibi quippiã respondisse Thrasybulũ, mirari qd̃ se ad uirũ uesanũ Periander misisset, & sua ipsius destruentẽ, exponiq; quæ ex Thrasybulo uidisset. Periander id Thrasybuli factum intelligens, atq; interpretans sibi ab illo præceptum,

Spicarum detrũcatio. Simile est apud Liuiũ de papauerũ decussione.

ptum, ut eminentissimos quosq; popularium interimeret, tunc uerò omnem in ciues sæuitiam exercuit, interficiendo ac persequendo, cõsummans id q; à Cypselo fuerat omissũ: adeo quidem, ut uno die uniuersas mulieres Corinthias exuerit, ꝓpter Melissam uxorẽ suam. Nã cũ ad Thesprotos, q; sunt ad flumẽ Acheronte, misissent nuncios, scisitatum mortuorum oraculum de hospitis deposito, Melissa apparens negauit se indicaturam aut dicturam ubinam depositũ esset collocatum, quoniam ipsa algeret, quia nuda esset. Nihil enim sibi ꝓdesse uestes, cum quibus sepulta fuisset, utpote non concrematas. Cuius rei, quod uera loquerętur, testimonio foret q; Periander in frigidũ furnum panes ingessisset. Hæc Periandro renũciata, ob illud argumentũ fidem fecere, q; ipse cũ Melissa quãuis defuncta coierat. Itaq; statim post cũ nunciũ per præconem edixit, ut omnes Corinthiæ mulieres ad Iunonis templum ꝓdirent. Eò tanq; ad diem festum, q; ornatissimè poterant cum essent mulieres, ille dispositis clam satellitibus, eas omnes sine discrimine exuit ingenuas pariter & ancillas, atq; eas uestes ad foueam cõportatas Melissam precando cremauit. Hæc ubi fecit, & nuncios iterum eosdẽ misit, tunc ei Melissæ idolũ, hoc est, inanis imago, exposuit, ubinã depositũ hospitis collocasset. Talis est tyrannis, Lacedæmonij, & tale opus. Eoq; nos Corinthios cũ magna admiratio cepit, simul atq; uidimus uos accersisse Hippiá, tum uerò maior nũc dũ ista diciris. Propterea deos Græcorũ inuocat⁹ testamur apd uos, ne uelitis tyrãnides in ciuitatib. cõstituere, quas nõ extinguitis, sed excitatis ꝓter æquitatẽ, dũ Hippiá reducitis, in quo scitote Corinthios uobis nõ assẽsuros: Hęc Soclis Corinthiorũ legatus. Quin excipiẽs Hippias, cosdẽ quos ille deos inuocãdo dixit, cũ cæteros, tũ ꝓcipuè Corinthios desideraturos Pisistratidas, dũ ueniret dies quib. expiare

Epistola Thrasibuli ad Periandrũ extat apud D. Laertiũ in primo.

Melissa in frigidũ furnũ panes ingerere.

Periander cum defuncta concubuit.

Corinthiæ mulieres denudatæ

Hippiæ responsũ & reditus.

se ab Athenienſibus nequirent. Hactenus reſpondit Hippias, quoniam oracula illa ipſe præ cæteris nota haberet. Cæteri ſocij qui antea ſilentium tenuerant, audito Soſicle liberius ꝑ ſe quiſque in uocem erumpentes, accedere ſententiæ Corinthiorum, obtestariq; Lacedæmonios, ne quid agerẽt noui aduerſus Græcam ciuitatem. Ita ab ea re ceſſatum eſt. Hippias illinc ꝑfectus, offerente ei Amynta Macedone Anthemũtem, & Theſſalis lolcõ, neutrum accipere uoluit, ſed rurſus ad Sigeũ conceſſit, q armis Piſiſtratus à Mitylenæis eripuerat. Eoq; capto, tyrannũ ibi conſtituit Hegeſiſtratũ filiũ, nothũ ex muliere Argia, qui tamen quæ à Piſiſtrato acceperat, non tenuit ſine prælio. Nã dum inter Mitylenæos ac Athenienſes pugnatum eſt, hos ex oppido Achilleo, illos è Sigeo prodeuntes, hos repetentes regionem, illos refellentes hac ratione, q dicerẽt nihilo plus iuris eſſe Aeolibus in agrũ Ilienſem, q̃ ſibi ac cæteris Græcis, q Menelao in raptu Helenes operam nauaſſent. His aſſiduè bellantib. cũ alia in prælijs geſta ſunt, tum illud, q Alcæus poëta in prælio, quid collatis ſignis gerebatur, uincentibus Athenienſibus, ipſe quidem fugæ ſe mandãs euaſit: ſed armis eius potiti ſunt Athenienſes, quæ apud templũ Mineruæ in Sigeo ſuſpenderunt. Hanc rem Alcæus carmini mandans, in Mitylenẽ repoſuit, indicans Menalippo ſodali ſuam calamitatem. Mitylenæos tamẽ atq; Athenienſes reduxit in gratiam Periander Cypſeli, qui delectus arbiter, ita eos reconciliauit, ut utriq; ea colerent quæ haberent. At hoc modo Sigeum factum eſt Athenienſium. Hippias, poſteaquam Lacedæmone in Aſiam abijt, cuncta agitabat inſimulando Athenienſes apud Artaphernem: atq; omnem operam dando, ut Athenæ in illius ac Darij uenirẽt potestatem. Quæ agitantem Hippiam cum accepiſſent Athenien-

Sigeum Amyntis. Hegeſiſtratus.

Ilienſis ager.

Alcæus poeta. Menalippus.

Athenienſes nunciũ ad Artaphernem.

Athenienſes, mittunt Sardis nuncios, ad diſſuadendum Perſis fidem habere exulibus Atheniēſibus. Sed Artapheraes iubere, Athenienſes (ſi ſalui eſſe uellent) rurſus Hippiam reciperent. Athenienſes eam conditionem recuſare, & malle profeſſi eſſe Perſarum hoſtes. Dum ita apud Perſas inſimulantur, atq; ita animati ſunt Athenienſes eam conditionem recuſare, hoc interim tempore Mileſius Ariſtagoras à Cleomene Lacedæmonio reiectus à Sparta, Athenas uenit. Nam ea urbs inter cæteras præpollebat. Ad quam urbem ubi uenit Ariſtagoras, eadem quæ in Sparta commemorauit de commodis quæ eſſent in Aſia, deq; Perſico bello, quòd neq; ſcutum neq; lanceam in uſu haberent, facilesq; eſſent ad capiendum. Hæc ille referens, illa quoque addebat, Mileſios eſſe Athenienſium colonos, quos æquum eſſet ab eis liberari, qui multum pollerent. Denicq; nihil non pollicebatur, omnibus precibus obſecrans, quod tantopere cupiebat, donec eos induxit. Multos enim permouere facilius uidetur eſſe, quàm unum: quando ille unum Cleomenem Lacedæmonium permouere non potuit: Athenienſium triginta millia potuit. Itaq; Athenienſes perſuaſi, decreuere uiginti naues Ionibus auxilio mittendas, Melanthio illis præfecto, ulro inter populares omni in re ſpectato. Hæc claſſis initium malorum extitit Græcis pariter & Barbaris. Ante eius egreſſum Ariſtagoras reuectus Miletum, excogitauit conſilium, quod in nullam Ionum utilitatem erat redundaturum: quanquam ne ille quidem hac ratione faciebat, ſed ut regi Dario moleſtiam afferret. Etenim miſit quendam in Phrygiam ad Pæones, qui à flumine Strymone erant in captiuitatem abducti à Megabyzo, locum atq; uicum per ſeſe incolentes: ad quos ut peruenit nuncius, ita uerba fecit: Viri Pæones, miſit me

Artapheranis ad Athenienſes reſponſio.

Perſarum bellica arma.

Melāthius

Pæones.

sic me Aristagoras Mileti tyrannus, ad ostendendā uobis (si obtemperare uelitis) salutem. Nunc enim cuncta Ionia ab rege defecit, eademq; uobis præstat facultatē salutis parandæ ad patriam nostram: per uos quidem usq; ad mare, deinceps nobis iam curæ erit. His auditis, Pæones magnam sanè uoluptatem acceperunt: sumptisq; liberis atq; uxoribus, ad mare fuga se proripuerunt: nonnulli eorum præ metu illic remanserūt. Vbi ad mare peruenere, illinc in Chium transmisere. Quò postquam applicuere, eorum uestigia insecutus adfuit ingens equitatus Persarum: & quia eos assequi non potuit, misit in Chium ad illos, ut eodem redirent. Cuius oratione repudiata, à Chijs sunt in Lesbū transportati, mox à Lesbijs in Doriscum, unde terrestri itinere se in Proniam receperunt. Post hæc ad Aristagoram Atheniēses uiginti cum nauibus uenere, ducentes una quinq; triremes Erethriorum: qui nō Atheniensium gratia commilitium præstabant, sed debitā ipsis Milesijs gratiam reddebant. Nam Milesij aliquando pro Erethrijs in bello Chalcidensi operam suā præstiterant, cum Samij contra Erethrios atq; Milesios Chalcidensibus opem ferrēt. Aristagoras, ubi illi atq; alij socij adfuere, expeditionem fecit aduersus Sardis, non tamen ipse proficiscens, sed Mileti remanens, præfectis alijs ducibus Milesiorū fratre suo Charopino, cæterorum ciuium Hermophanto. Hac classe Ionea ubi peruenere Ephesum, relictis nauibus apud Coresum, quod est agri Ephesij, ipsi cū ingenti manu sumptis uiæ ducibus Ephesijs, ad superiora tendebant, secundum flumen Caystrum tenentes iter. Illinc superato Tmolo Sardis adueniunt, easq; occurrente nemine capiunt, omniaq; eius urbis loca, præter arcem, quam Artaphernes ipse tutabatur, habens nō exiguas uirorum copias: quæ res fuit impedimento, quo minus

Athenienſium naues ad Ariſtagoram

Charopinus.

Hermophantus.

Sardis expugnatæ.

nus qui ingressi erant urbem, diriperent. Erant Sardibus domus pleræq; arundinaceæ, quæ uerò lateritiæ, tamen ex arundinibus lacunaria habebant. Harum unam quidam è militibus cum incendisset, repente ignis è domo in domum elapsus, totam urbem absumpsit. Ardente urbe, & uastante iam extrema incendio, nec habente regressum, Lydi & Persarum qui cunq; in urbe erant, undiq; circumuenti, ex urbe in forum confluunt, & ad amnem Pactolum, qui medium forum interfluens, æramenta auri è Tmolo illis defert, deinde flumini Hermo immiscetur, & ille mari. Ad hunc amnem, & ad hoc forum conglobati Lydi pariter & Persæ, sese defendere cogebantur. Iones uidentes hostium alios sese tutãtes, alios magna multitudine so obuiam ferentes, metu perculsi, ad montem, qui dicitur Tmolus, sese recipiunt, atq; illinc noctu ad naues. Crematis Sardibus, deflagrauit unà templum Cybeles indigenæ deæ: Cuius prætextu postea Persæ, templa quæ in Græcia erant, cremauerunt. Hoc ubi Persæ, qui intra Halym domicilia habebant, rescierunt, tunc uerò ad ferendam Lydis opem conuenerunt: nec adepti Sardibus Iones iam illinc profectos, eadem uia insecuti, comperiunt Ephesi: cõgressique cum illis ex aduerso instructis, in fugam eos uertũt, multosq; occidunt, & in his cum alios illustres uiros, tum Eualcidem Erethiorum ducem, qui donatus laurea in certaminibu fuerat, & à Simonide Ceio maiorem in modum celebratus. Ex ea pugna qui euasere, per urbes fuere dissipati. Et tunc quidem ita dimicatum est. Athenienses autem post hæc desertis prorsus Ionibus, etsi per nuncios Aristagoræ magnopere rogabantur, negauerunt se auxilio futuros. Quorum societate fraudati Iones, tamen quoniam illa aduersus, Darium egerant, nihilo segnius

Sardis ere mæ sunt

Pactolus

Hermus.

Tmolus.

Ionum fuga.

Eualcides

Simonides poeta.

segnius bellum aduersus regem parabant: Helle-
spontumque inuecti, Byzantium ac cæteras circà
urbes in suam potestatem redegerunt. Inde uecti
magnam Cariæ partem, in belli societatem asci-
uerunt.

Nã Caunus quæ prius societatẽ facere recusauerat,
ubi Sardisçõflagrarũt,& ipsa Ionib. accessit. Præterea
Cyprij. Cyprij omnes ultro exceptis Amathusijs. Defecerũt
Onesilus. aũt Cyprij à Medis in hũc modũ. Erat Onesilus quidã
Gorgus. Gorgi Salaminiorũ regis frater, natu minor, Chersis
filius, Siromi nepos, Euelthontis ꝓnepos. hic uir, cũ
sæpenumero antea Gorgum solicitasset ad rebellãdũ
Onesili. ab rege, tũc audiens Ionas rebellasse, uehementius ur
dolus. gere hominem instituit. In quo quia nihil ꝓficiebat,
obseruato tempore, dũ Gorgus oppidũ egrederetur,
unà cũ suis militibus eũ portis excluſit. Gorgus oppi-
do exutus, ad Medos trãsfugit. Eo potitus Onesilus,
omnib. Cyprijs ut rebellarẽt suadebat: persuasis cæte-
ris, Amathusios rebellare abnuentes obsidione circũ
dedit. Dum hic Amathuntem obsidet, Darius, ut ei
nunciatũ est Sardis captas incensasq; ab Athenien-
sibus atq; Ionibus, & huius comparandæ classis atq;
rei contexendæ fuisse autorem Aristagoram Milesiũ,
fertur cum primum hæc audiuit, dixisse Iones nihil
feciſſe: probè sciens, non fuisse illos præ contẽptu sui
rebellaturos: deinde interrogasse quinã essent Athe-
nienses. Id cũ audisset, tum arcum poposciſſe, eo sum
pto sagittam impositã in cœlum excussisse: & ea in ae
rẽ excussa dixisse, ô Iupiter, cõtingat mihi ut Athenie
Sagitta ses ulciscar. Atq; hæc locutum, cuidam famulorum
ad Iouem præcepisse, ut sibi semper apposita cœna, ter diceret:
excussa. Here, memento Athenienſium. Et cum hoc præcepiſ
set, accito ad suum conspectum Histiæo Milesio, quẽ
ipse diu distinuerat, ita eum fuisse allocutum: Audio

Histiæe,

Histiæ, procuratorem tuum, cui tu Miletum dedi-
dasti, nouas aduersum me res esse molitum. Viris e- Darius Hi
nim ex altera continente persuasit, ut Iones sequeren stiæo.
tur, qui mihi commissorum pœnas dabunt, eosq; in-
duxit ad me Sardibus priuandum. Num igitur uiden
tur hæc tibi bene habere? Quorum quidnam sine tu
is consilijs actum est? Proinde uide ne rursus teipsum
in culpam inducas. Ad hæc Histiæus: Quodnã inquit Histiæus
rex protulisti uerbum? Mene consulere rem, quæ ti- ad Darũ.
bi sit tantum tumultumue molestiæ allatura? Quid
mihi quærens ista facerem? aut cuius rei indigens,
cui omnia adsunt quæ tibi, quem tu omnium consi-
liorum tuorum communione dignaris? Quod si i-
stud quod ais, egit procurator meus, sic habeto, id
eum fecisse suo consilio. Principiò rationem istam
non admitto, Milesios ac meum procuratorem quip
piam rerum nouarum fecisse aduersus statum tuum.
Si quid tamen huiusmodi faciunt, & tu uera audisti,
rex, intellige quid rei egeris, quod me à mari ablegan
dum putasti. Nam Iones id agere aggressi sunt, post- Callida
quam ego ex ipsorum conspectu sum amotus, cuius ad fallen-
aggrediendi iampridem libidine tenebantur. Quod dum rege
si ego in Ionia fuissem, nulla profectò se ciuitas com- oratio.
mouisset. Proinde nunc propere dimitte me, ut in Io
niam contendam, illic omnia negocia tibi in inte-
grum restiturus: & hunc Mileti procuratorem, harũ
rerum machinatorem, in tuam potestatẽ redacturus.
Hæc cùm ex animi tui sententia confecero, iuro per de
os regios me non prius exuturũ hanc uestẽ, qua indu
tus in Ioniã descendã, q̃ Sardiniam insulam maximã
tibi tributariam reddidero. Hæc Histiæus fallendi gra
tia dicebat. Quibus persuasus Darius, hominem di- Histiæi de-
misit, præcipiens, ut posteaquam ea quæ spopondé- cebitio.
rat præstitisset, ad se Susa reuerteretur. Dum nuncius

de

de Sardibus ad regem uenit, Dariusq; illam rem arcā fecit, & Histiæum est allocutus, Histiæusq; ab eo dimissus, ad mare se contulit, hoc interea omni tempore hæc gesta sunt. Onesilo Salaminio Amathusios obsidenti nuncius affertur, Artybium uirum inter Persas eximium cum magna ui Persarum cursum tenere in Cyprum. Quo accepto, Onesilus legatos passim in Ioniam dimittit ad Iones euocandos: qui non diu in deliberando cunctati, cum magna classe ad eum se contulerunt. Et cum Cyprum tenuissēt, Persæ eōdem è Cilicia traiecerūt, terrestriq; itinere Salaminem cō tenderunt, Phœnicibus classe circumeuntibus promontorium, quæ claues Cypri uocantur. His ea facientibus, Cyprij tyranni conuocatis Ionum ducib. dixere: Viri Iones, uobis nos Cyprij optionem damus cum utris dimicare uelitis, cum Persis, an cum Phœnicibus. Si terra mauultis cum Persis acie confligere, iam tempus est è nauibus egrediendi, & in acie stare: ut nos uestras ingressi naues, cum Phœnicibus dimicemus. Sin cum Phœnicib. fortunam tentare mauultis, facite: quoniam alterutrum opus est eligatis; ut quantum in nobis situm est, Ionia atq; Cyprus in libertatem uindicentur. Ad hæc Iones: Commune, inquiunt, Ioniæ concilium nos misit ad mare tutandū, non ad naues tradendas, quo ipsi cum Persis in terra confligeremus. Itaq; ubi collocati sumus, ut operam nauemus enitemur. Vos uerò debetis, qualia ab imperantibus Medis passi estis reminiscentes, uiros egregios uos ostendere. Hæc Iones respondērunt. Post hæc Persis in campum Salaminium tendentibus, Cyprij reges aduersus alios hostes constituerūt alios Cyprios: aduersus Persas, optimū quēq; Salaminiorū ac Soliensium, aduersus Artybium Persarum ducē Onesilus ultro constitit. Insidebat Artybius equo, in armatum eri-

Artybius.

Claues Cypri.

Cypriorū oratio.

tum erigere se docto. Quod audiens Onesilus, ad satel litem suum (erat enim ei satelles sanè quã peritus rei bellicæ, & alioqui solertiæ plenus:) Audito, inquit, Artybij equũ edoctũ se erigere, & pedibus simul atq; ore cum in quem agitur rem gerere: pinde tu ppere ò inita ratione dicito, utrum malis obseruare, equũ ne tibi feriẽdum, an ipsum Artybium? Ad quem seruus: Ego uerò, inquit, rex paratus sum & utrũq; & alterutrũ, & omnino quicquid imperaueris, facere. Promã tamen q; rebus tuis esse conducibilius sentiã, regẽ ac ducem oportere cum rege ac duce certare. Siue enim talẽ occidas, decori tibi fore: siue à tali, quod absit, occidaris, quod secundum est, dimidium mali esse: hos uerò famulos cũ famulis hostiũ debere cõtligere. Nã quod ad equũ attinet, non est causa cur eius artificiũ extimescas. Reciplo enim tibi eũ posthac aduersus nemitem se erecturum. Hæc illo locuto, mox exercitus conflixere, terrestres navalesq;. Et classe quidẽ Iones eos die strenue pugnantes superauere Phœnices. Samiorum tamen præcipua uirtus extitit. In terra ubi concursum est, dum acies dimicant, circa imperatorẽs hoc actum est. Vbi Artybius equo cui insidebat, in Onesilum inuectus est, Onesilus, ut conuenerat cum satellite, ipse inuadentem Artybium ferit: cuius satelles equi sublatos pedes in Onesili scutum iactantis, falce percussos abscidit. Quo ictu Artybius Persarum imperator illinc unà cum equo corruit. Cæteris pugnando occupatis, Stesenor Cyrij tyrannus, nõ parum circa se copiarũ habens, prodidit socios Curienses. Hi Argiuorum coloni dicuntur esse. Post horum proditionem, statim Salaminij, qui curribus uchebãtur, idẽ fecere. Quo ex facto Persæ Cyprijs superiores extitere. Horũ acie in fugã uersa, cũ alij multi occubuere, tũ uerò Onesilus, Cherſis, q; Cyprios ad defectionem

Artybij equus.

Artybij cædes.

Curiẽses.

Onesili mors.

Artiocyprus.

Philocyprus.

nē induxerat & Soliorū rex Aristocyprus Philocypri filius, eius inq̄ Philocypri, quē Solō Atheniēsis Cyprū profectus inter tyrānos maxime uerēbus celebrauit. Onesili caput Amathusij, quoniam ipsos obsederat, excisum in oppidum retulerunt, ac supra portas suspenderunt. Quod suspensum cum iam exinanitum esset, ingressum apum examē suo referſit. Ea de re oraculum Amathusijs (nam oraculū consuluere) redditum est, ut depositum caput humarēt, Onesilosq; quotannis tanq̄ heroi sacrificarent. Hoc facientibus, melius cum eis actum iri. Qd' Amathusij ad meā usq; memoriam faciebant. Iones & alij, qui ad Cyprū pugna nauali dimicauerant, ubi didicere res Onesili perditas, & cæteras Cypri urbes obsessas, præter Salaminē, eā aūt Gorgo pristino regi Salaminios restituisse, in Ioniā redire maturauerunt. urbium Cypriarum diutissime obsidionem Soli pertulit, sed eam Persæ quinto mense quam obsidere cœperunt, circum suffosso muro expugnauerunt. Ita Cyprij cum annum liberi fuissent, denuò in seruitutem sunt redacti. Ac Dauri-ses, qui filiam Darij in matrimoniū habebat, Hymeesque & Otanes, atque alij Persarum duces, & ipsi filias Darij in matrimonio habentes, persecuti eos Iones, qui aduersus Sardis expeditionem fecerant, postquā in naues repulerunt prælio victos, dehinc inter se partiti sunt urbes quas expugnarent. Dauriſes quidem conuersus ad urbes in Hellespontо sitas, cepit Dardanum, cepit Abydum & Percotem. Lampsacum & Paſon, singulas diebus singulis. Cui à Paſo ad urbem Parion contendenti nuncias adfertur, Cares cum Ionibus sentientes, à Persis defeciſſe. Igitur conuerſo itinere ex Hellespontо, aduersus Cariam copias duxit. Sed antequam perueniret, de eius aduentu certiores facti Cares, ad columnas (quæ albæ dicuntur) eō

Onesili caput.

Soli urbs. Cyprij in seruitutē redacti.

Dardanus urbs capta.

Abydus. Percotes. Paſus. Parion.

Columnæ albæ.

ueniũt, atq; ad amnem Marſyam, qui ex Hydriadæ regione defluit in Mæandrum. Ibi coactis Caribus, multæ ſunt à multis dictæ ſententiæ: ſed optima omnium meo iudicio à Pixodora Mauſoli filio, Cindyenſi, qui Syennesis Cilicum regis filiam in matrimonio habebat. Ab hoc ſententia dicta eſt, ut tranſmiſſo Mæandro Cares flumen à tergo habentes, ita demum cũ hoſte congrederentur, ut ſublata ſpe retro fugiendi, atque ibidem manere coacti, redderentur meliores quàm natura eſſent. Verùm hæc ſententia non peruicit, ſed illa, ut Perſis potius à tergo Mæander eſſet, ut ſi Perſæ fugam facientes cuaderent, in flumen incidentes abire non poſſent. Poſt hæc cum adeſſent Perſæ, ac Mæandrum tranſiſſent, ibi ſuper amnem Marſyam Cares prælium conſeruere cum Perſis acre atq; diuturnum. Ad poſtremum multitudine hoſtium terga uertunt. Quo in prælio Perſarum ceciderc duo millia, Carum decem millia. Ex quibus qui effugerũt ad Labrandem, in Iouis militaris templum ſe recepe runt, in magnum atque ſacrum lucum platanorum. Sunt autem ex his (quos nouimus) Cares ſoli, qui Ioui militari hoſtias offerant. Huc Cares cum ſe recepiſſent, de ſalute conſultabãt, utrum ſeſe Perſis dedere, an A fiam penitus relinquere ſatius eſſet. De hac re conſultantibus, ſubſidio uenere Mileſij cum ſocijs. Ibi Cares immutata priori uoluntate, rurſus ad bellum inſtaurandum animantur, & cum inuadentibus Perſis concurrunt: & cum diutius quàm prius dimicandum eſſet, fugantur multis cæſis, Mileſiorum præcipuè. Poſt acceptam calamitatem hanc Cares copijs reparatis repugnaueruut. Audientes enim urbes ſuas inuaſum iri à Perſis, inſidias illis in uia quæ in Mylaſſa fert collocauerunt, autore Heraclide Ibanoleo, Mylaſſenſi. In eas inſidias Perſæ noctu illapſi, obtruncati

Hydrias.

Pixodorus.

Carum cũ Perſis prælium.

Lucus platanorum Iouis militaris templum.

Mileſij & Cares fugantur.

Heraclides. Dauriſes. Amorges Myrſes. Siſamaces.

ſunt cum ducibus ſuis Dauriſe & Amorge & Siſamace, necnon Myrſe Gygis filio. Hunc in modum interiere hi Perſæ. Hymees autem qui & ipſe erat ex inſequentibus Ionas, qui aduerſus Sardis militauerant, ad Propontidem conuerſus cepit Cion ac Myſiam. Hac expugnata, audiens Dauiſen relicto Helleſponto tendere aduerſus Cariam, omiſſa Propontide, in Helleſpontum duxit exercitum, cepitq; Aeolos omnes qui oram Iliadem incolunt. Cepit item Gergithas, qui à priſcis Teucris relicti fuerant. Has gẽtes cum ceperet Hymees, morbo deceſſit Troade, & hic quidem ita mortem obijt. Artaphernes autem Sardium præfectus, & Otanes tertius dux, aduerſus Ioniam confinẽque Aeolidem delecti imperatores, cepere ex Ionia quidem Clazomenas, ex Aeolia uerò Cumam. Quib. oppidis captis, Ariſtagoras Miletius ubi hoc accepit, non erat compos mẽtis, ut qui perturbaſſet Ioniam, & magna negocia confudiſſet. Itaque cernens hæc, ubi conſtitit ei rem effici non poſſe, nec Darium regem ſuperari, defugiendo deliberabat: conuocatisque ſuæ factionis hominibus, conſulebat ſatius fore eis, ſi Mileto expellerentur, in ſeptentrionalia loca aliqua profugere, ducentes coloniam uel in Sardiniam uel in Myrcinum Hedonum, quam Hiſtiæus à Dario donatus mœnibus ſtruxerat. Hæc Ariſtagoras percontabatur. Verùm Hecatæus Hegeſandri ſcriptor, negabat coloniam alterutro deducendam, ſed ſi Mileto ejicerentur, mœnia in Lero inſula ædificanda, atque illic quieſcendum. Deinde illinc Milerum eſſe remeandum. Hoc conſulebat Hecatæus. Sed Ariſtagoras, cuius ſententia præcipuè erat abeundi in Myrcinum, demandata Mileto Pythagoræ uiro inter populares probato, procuratore Mileti, ipſe ſumptis ſecum omnibus uoluntarijs in Thraciam nauigauit, regionem

Gergithæ Hymeæ obitus.

Hecatæus Leros.

Pythagoras Mileti procuratot.

quo

que obtinuit ad quam concesserat. Ex ea profectus dum urbem obsidet, tam ipse quàm eius exercitus à Thracibus, tametsi illic accepta fide excedere uolentibus, interemptus est. Et Aristagoras quidem qui Ioniam ad defectionem induxerat, ita oppetijt.

Aristagoras mortuus.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM Liber VI.

Qui inscribitur

ERATO.

ARISTAGORAS quidem Ionicæ rebellionis autor, ita oppetijt. Histiæus autem Mileti tyrannus, à Dario commeatum adeptus, Sardis uenit. Eò cum uenisset è Susis, interrogatus ab Artapherne Sardium præfecto quidnam ei uideretur Ionas ad rebellãdum induxisse: cum negaret se id scire, quinimò mirari quod actum esset, tãquam eius rei prorsus ignarus, Artapher nes uidens eum esse artificem, & rebellionis ueritatem sciens, inquit: Histiæe, sic res hæc se habet. Hunc calceum tu quidem confecisti, Aristagoras autem sibi induit. Hoc Artaphernes ad rebellionem pertinens dixit: Quem Histiæus tanquam rei gnarum ueritus, prima statim nocte fuga se ad mare proripuit, regem Darium frustratus, cui Sardiniam insulam maximam in illius potestatem redacturum se pollicitus, subijt primas partes Ionici belli aduersus Darium gerendi. Is cum in Chium transmisisset, à Chijs in uincula cõiectus est, exploratũ habentibus eum à Dario illic ille ad res nouas molĩedas. Sed ubi omnẽ cognouere rationem, q̃ regi hostis esset, hominẽ soluerunt. Ibi interrogatus Histiæus ab Iouibus, cur ita prompte uc

Prouerbiũ

Histiæus à Chijs in uincula coniectus.

ut à rege deficeret Aristagoræ delegasset, & tanta clade Ionas affecisset. Veram causam non admodum aperuit, sed dixit, se regem Darium constituisse, Phœnices è sedibus suis amotos in Ioniam trãsferre, & Ionas in Phœnicen, & hac causa literas se misisse. Cum & hęcnõ omnino rex constituisset, ipse Ionas terrefaciebat. Post hæc ad Persas qui Sardibus erant, literas dat, tanquam secum antea de rebellione coliocutos, quas literas fecit per nuncium quendam Hermippum Artaniteum. Eas Hermippus non ijs ad quos dabantur reddidit, sed Arthapherni. Ille omnibus quæ agebantur cognitis, iubet Hermippum & eas reddere quibus Histiæus mittebat, & quæ vicissim à Persis ad Histiæum responderentur, sibi dare. Ita rebus palam factis, Artaphernes de multis Persarum supplicium sumpsit, & Sardibus quidem tumultus extitit. Histiæus autem hac spe lapsus, exoratis Chijs Miletum reductus est: sed Milesij libenter etiam Aristagora liberati, nullo pacto animum inducebant ad alium tyrannum illuc recipiendum, utpote gustata libertate. Histiæus sub noctem conatus introire Miletum, à quodam Milesio in femore uulneratus est. Ita reiectus à patria sua, rursus se recepit in Chium, atq; illinc quoniam Chios ad tradendas sibi naues inducere non poterat, traiecit Mitylenen: Lesbiisq; ut sibi traderent naues persuasis, octo illorum triremibus armatis Byzantium remigauit. Ibiq; subsidens, nauigia quæ è Ponto prodibãt intercipiebat, pręter eorũ qui se paratos Histiæo obsequi dicebant. Histiæo & Mitylenæis hæc agentibus, aduersus ipsam Miletum ingens exercitus hostium, classiarius pariter & terrestris in expedito erat. Duces enim Persarum coactis in unum copijs cuncti in eam contendebant, minoris cætera oppida faciẽtes. Inter classiarios prõptissimi erant Phœ

Hermippus.

Literæ Histiæi prodantur.

Histiæi uulnus.

nices, cum quibus militabant & Cyperij recens subacti, & Cilices, & Aegyptij. Hos aduersus Miletum & ceteram Iouiam uenturos cum accepissent Iones, miserunt suos quique primores ad commune Græciæ concilium. Quibus in eum locum coactis, atque deliberantibus, uisum est nullas debere terrestres copias aduersus Persas contrahi, sed Milesios mœnia per seipsos propugnatores tutari, cæteros classem instruere nulla naui prætermissa. Instructaque classe, primo quoque tempore contractos apud Ladam ante Miletum pugna nauali decernere. Lada autem parua quædam est insula, urbi Milesiorum obiacens. Post hæc impletis ijdem nauibus ad locum præsto fuerunt, comitantibus Acolibus, qui incolunt Lesbum. Atque ita aciem instruxerunt. Cornu quod erat auroram uersus, ipsi Milesij cũ octoginta nauibus tenebant. His contigui Prienenses erant duodecim cum nauibus. Miusij cum tribus nauibus. His contigui Thecij decem & septem nauibus, Chij cum centum. Vltra hos locati erant Erythræi & Phocenses. Erythræi quidem cum octo nauibus, Phocenses uerò cum tribus. Phocensibus adhærebant Lesbij cum nauibus septuaginta. Vltimo in loco erant Samij cum sexaginta nauibus, tenentes cornu occasum uersus. In summa omnium numerus, trecentæ sexaginta tres triremes. Tot fuere Ionicæ naues. Barbaræ uerò numero sexcentæ. Quæ ubi & ipsæ ad Milesiam uenere, omnisque eis peditatus affuit, tum uerò duces Persarum audita multitudine nauium, tamdum extimuerunt ne illos superarent, néue Miletum nisi mari potiti essent, capere non possent, & ob id apud Darium adirent periculum pœnæ subeundæ. Hæc reputantes, contractis Ioniæ tyrannis, qui ab Aristagora Milesio deiecti principatu, ad Medos perfugerant, & tunc aduersus Miletum militabant, horum quicunque

Ionicarũ nauium catalogus

quicunq; aderant conuocatis, ita uerba fecerunt: Viri Ioues, qui uestrûm de domo regia bene meritus est, nunc appareat. Suos enim populares quisq; uestrûm conetur abducere ab reliquis socijs, eliciẽdo illos hac promissione, nihil eos quòd rebellarint molestiæ sen suros, nullas eorum uel sacras uel priuatas ædes incensum iri, nihil uiolentius quàm antea passuros. Sin minus hæc facere, sed omnino decernere prælio uoluerint, hæc eis damna dicite euentura, quæ certè euenient. Ipsos prælio victos in seruitutem rapiendos, liberos eorum à nobis castrandos, uirgines in Bactra asportandas, terram alijs tradendam. Hæc locutis Persarum ducibus, Ionum tyranni sub noctem ad suos quisq; populares denunciatum miserunt. Ioues ad quos ij nuncij peruenerunt, contemnere hæc, nec animum ad proditionem faciendam inducere, sibi quisque soli illa à Persis denunciari existimantes. Hoc simulatq; Miletum Persæ applicuere, gestum est. Mox cum ad Ladam Ioues coacti essent, conciliaq; haberentur, & aliæ ab alijs sententiæ dicerentur, Dionysius Phocensis dux ita locutus est: Quoniam in summo ancipiti res nostræ sunt, uiri Ioues, ut aut liberi simus, aut serui, & quidem tanquam fugitiui: si uultis deuitare calamitates, subeundus est nobis in præsentia labor: ita superatis hostibus liberi esse poteritis: sin autem ignaui fueritis, & ab ordine recesseritis, nullam uestri spem habeo, quo minus pœnas regi rebellionis detis. Sed assentiamini mihi, & uosipsos mihi permittite, & ego dijs & equo iuuantibus, recipio uobis aut non concursuros hostes, aut si concurrent, multo inferiores futuros. His auditis, Ioues sese Dionysio permisere. Ille classem assiduè in cornua producens, ut remiges exerceret, subinde loca inter nauigandum uariare cogitabat,

Persæ ad Ionum tyrannos.

Persarum minæ Ionibus intentatæ.

Dionysij Phocensis oratio.

quinetiam propugnatores armatos esse, & reliquum dici naues in ancoris stare, quotidie laborem Ionibus exhibens ad septimum usque diem obtemperantibus, atque imperata facientibus. Post eum diem Iones, utpote talium laborum insueti, tum defatigatione, tum sole afflictati, inter se dixere: Quo nos deorum offenso hæc patimur, qui deficientes ac mente capti, uiro Phocensi superbo treis naues habenti, omnino nos permisimus, eumque toleramus? Quos ille sumptos perdit intolerabilibus crumnis, quorũ multi in morbum inciderunt, multi idem passuri uidentur, quibus satius est quiduis aliud quàm hæc mala pati, atque adeò seruiturem, si qua futura est, expectare, quàm præsenti afflictari. Agite deinceps huic ne obtemperemus. Hæc inter se locutis, mox deinde nemo illi parêre uelle, sed tentorijs more militari in insula defixis, frui umbraculis, ac nolle naues ingredi, neque ad munia sua redire. Id animaduertentes Samiorum duces, & magnam Ionum confusionem, putauerunt sibi admittendam orationem Persarum, quam per nuncium aperuerat Aeaces Syloſontis filius, rogãs ut à socijs deficerent, cum præsertim non fieri posse uideretur, ut regis potentiam superarent, ac probè scirent, si præsentem Darij classem superassent, aliam quincuplo maiorem affuturam. Nacti igitur occasionem, ubi primum uiderunt Ionas negantes se in officio futuros, lucrifaciendam putauerunt suorum sacrorum, atque priuatorum conseruationem. Aeaces autem, cuius orationem admisere Samij, filius Syloſontis Aeacis, fuit Sami tyrannus, ab Aristagora Milesio exutus principatu, quemadmodum alij Ioniæ tyranni. Itaque postquam Phœnices nauigare aduersus Ionas cœperunt, Ionesque & ipsi naues in cornua digestas producere, ac propius

Iones laborum insueti.

Aeaces Samius.

uentum

uentum est, præliuḿque consertum, tunc quinam Ionες ignaui, quiúe egregij fuerint, haud queo pro comperto scribere, quia alius in alium reijcit culpam. Dicuntur tamen Samij, quemadmodum cum Acace composuerant, sublatis uelis ex acie excessisse, Samuḿque abisse, præter decem naues, quarum trierarchi permanserunt, dimicaruntque, nolentes dicto audientes esse suis ducibus. Quo ex facto commune Samiorum concilium eis donauit, ut ipsorum nomina à maioribus repetita, tanquam egregiorum uirorum, in lapide scriberentur, extatqúe is lapis adhuc in foro. Lesbij uidentes Samios, qui iuxtà erant, fugam capessere, idem fecere quod Samij. Cum id plerique Ionum facerent, eorum qui pugnando perstitere, Chij præcipuè circumuenti sunt: & quia nolebant perfidè agere, edita egregia opera oppressi. Qui (ut superius dictum est) centum naues cum adduxissent, singulas cum quadragenis propugnatoribus delectorum ciuium, etsi cernerent permultos sociorum esse proditores, tamen iniquè se facturos censuerunt, si illorum similes essent. Sed relicti cum paucis discurrendo dimicauerunt, donec compluribus captis hostium nauibus, pluribus suarum amissis, cum cæteris in terram suam perfugerunt. Quorum uerò Chiorum naues inualidæ, quia lacerate erant, ij insequente hoste ad Mycalem fugerunt, & impactis terræ nauibus ac relictis, per continentem pedestre iter fecerunt. Et cum in agrum Ephesium ingressi essent, sub noctem ad urbem contendebant, cum illic à mulieribus sacra legiferæ Cereris ficrent: quos armatos Ephesij ingressos agrum suum uidentes, cum de eis nihil audissent, suspicati fures esse, & ad mulieres tendere, uniuersi ad uim arcendam procurrerunt, Chiosque interemerunt. Et hi quidem hoc casu occide-

Trierarchorum nomina lapidibus inscripta.

Chiorum cædes.

runt. Dionysius autem Phocensis posteaquam res Ionum perditas intellexit, captis tribus hostium nauibus, abiit non iam in agrum Phocensem, probè sciens cum in cætera Ionia direptum iri, sed ut erat, recta contendit in Phœnicen. Vbi nauibus onerarijs spoliatis, raptaq; ingenti pecunia, in Siciliam nauigauit, atque illinc prodeundo, latrocinia agitauit, in nullum quidem Græcorum, sed in Carthaginenses ac Tyrrhenos. At Persæ victis pugna nauali Ionibus, Miletum à terra atque mari obsederunt, suffossisque muris, & omni genere tormentorum admoto, eam ab arce acceperunt sexto quàm rebellauerat Aristagoras anno, atque diripuerunt, ut defuncta sit ea calamitate, quam oraculum prædixerat. Siquidem Argiuis apud Delphos de ciuitatis suæ salute consulentibus, oraculum promiscuum redditum est, quod in ipsos quidem Argiuos tendebat, sed ex adiectione ad Milesios. Quod quatenus ad Argiuos pertinet, cum ad eum locum uenerimus, referemus: quatenus autem ad Milesios, ita habet:

Miletus capta.

Oraculũ promiscuum.

Tunc quoq; commentrix operum Milete malorum,
Permultis cœna & præstantia munera fies,
Crinitisq; pedes tua pluribus abluet uxor,
Nostri erit ast alijs delubri cura gemellis.

Persæ crudeliter Hæc tunc Milesijs contigerunt, cum ex ijs plerique viri à Persis, qui criniti erant, sunt cæsi, uxores ac liberi in prædam cesserunt, templumq; quod erat in geminis, & delubrum atque oraculùm deflagrarunt. Nam pecuniarum quæ in hoc templo erant, sæpe alibi mentionem fecimus. Milesij conseruati è cæde, dehinc Susa perducti sunt. Quos rex Darius nulla alia pœna afficiens, collocauit in urbe Ampa ad mare (quod sabrum uocatur) sita, ubi fluuius Tigris eam præter fluens

fluens exit in mare. Agrum Milesium urbi circun- Pedasen-
iectum, atque planiciem ipsi Persæ obtinuere, mon- ses.
tana Caribus Pedasensibus, possidenda cesserunt. Hęc Cares.
Milesijs à gente Persarum passis, non reddiderunt ui- Laos.
cem Sybaritæ, qui urbe exuti, Laon & Scidron in- Scidros.
colebant. Nam Sybari à Croroniatis directa, uni- Sybaris.
uersi Milesij (qui puberes erant) capita deraserunt,
& ingentem luctum indixerunt. Ex omnibus enim
ciuitatibus (quas nouimus) hæ præcipuè mutuo
hospitio iungebantur. At non item Athenienses,
sed Mileti expugnationem se permolestè tulisse cùm
alijs multis rebus declararunt, tum uerò hac, quòd Phrynichi
Phrynicho docente actum, quem de Mileto directa comœdia.
fecerat, theatrum illachrymauit, & Athenienses eum,
quòd domestica mala refricuisset, mille drachmis
mulctauerunt, adiecto interdicto, ne quis postea eo
actu uteretur. Et Miletus quidem Milesiis desola-
ta est. Samijs autem ijs qui aliquid habebant, adeò
non probatum est id quod eorum duces erga Me-
dos fecerant, ut initio secundum pugnam nauale
consilio, uisum fuerit prius quàm eò tyrannus Aca-
ces ueniret, in coloniam proficisci, ne manentes &
Medis seruirent & Acaci. Etenim per hoc idem tem- Zanclæi.
pus Zanclæi (qui sunt Siculi) missis in Ioniam
nunciis, solicitabant Iones ad pulchrum littus, cu-
pientes illic urbem Ionum condere. Hoc autem lit-
tus quod pulchrum dicitur, Siculorum quidem est,
sed ad Tyrrhenum Siciliæ uergit. His ergo solici- Littus pul
tantibus, soli ex Ionibus Samii cum iis (qui effuge- chrum.
re) Milesiis eò concesserunt. Quibus in Sicili- Loeri epi-
am tendentibus, iamque appulsis Locros, qui sunt in zephyri.
zephyris, hoc rei contigit, ut interea Zanclæi unà Saythes
cum suo rege (cui nomen erat Scythes, obsiderent ur- rex.
bem Siculorum ut eam expugnarent. Idq; cũ audisset

Anaxile-

Anaxileus tyrannus Rheginus, quòd erat Zanclæorum hostis, aggressus Samios, suasit satius esse ut pulchrum littus, ad quod nauigarent, ualere sinerent, & Zanclam occuparent uiris desertam. Samij persuasi, Zanclam occuparunt. Id Zanclæi cum audissent, urbi suæ supperias ferũt, aduocato Hippocrate Gelæ tyranno. Erat enim is eorum socius. Qui posteaquam ad illos iuuandos cum exercitu uenit, Scythæ Zancleorum principi, tanquam urbis desertori, & fratri eius Pythogeni, uincula indidit, eosq; in oppidũ Inycum relegauit, ac cæteros Zanclæos Samijs (cum quibus publicè locutus fuerat) dato & accepto iureiurando, prodidit, pacta mercede ut dimidium omnis prædæ urbicæ atq; captiuorum ipse haberet: item omnia quæ in agris essent, quanquam plerosq; Zancleorum titulo captiuorũ in uinculis habebat, quorum summos quosque trecentos Samijs occidendos tradidit, quod tamen illi facere noluerunt. Cæterùm Scythis Zanclæorum princeps, ex Inyco profugit in Himeram, atq; illinc transmisit in Asiam, ascenditq; ad Darium regem: quem Darius iustissimum uirorum omnium censuit, qui è Græcia ad se ascendisset. Nam cum exorato rege in Siciliam abijsset, rursus è Sicilia ad regem redijt, donec natu grandior ac beatus apud Persas excessit è uita. Samij itaque Medis liberati, Zanclam urbem pulcherrimam nullo negocio adepti sunt. Post nauale prælium pro Mileto gestum, Phœnices iubentibus Persis Aeacem Syloſontis tanquam de ipsis bene meritum, & qui egregiam operam nauasset, Samum reduxerunt. Quæ ciuitas sola ex omnibus quæ à Dario rebellauerunt, ea fuit, cuius neque urbs, neque templa incenderentur, quòd in pugna nauali à socijs defeciſſet. Statim expugnata Mileto, Persæ Cariam cepere, ciuitatibus partim se ultro

Hippocrates.

Pythogenes.

Inycum oppid.

Caria capta.

ultro dedentibus, partim ui adactis. Et hæc quidem ita gesta sunt. Histiæo autem Milesio, dum circa Byzantium agit, & Ionum onerarias naues, quę è Ponto cursum tenebant, intercipit, affertur nuncius de rebus ad Miletum gestis. Itaque negocijs ad Hellespontum pertinentibus, Bisaltæ Apollophanis Abydeno delegatis, ipse habens Lesbios Chium nauigat, & apud locum quendam agri Chij, ubi uocant concaua regionis, quòd ab eius præsidio non reciperetur congressus, permultos interficit, tam eorum quàm cæterorum Chiorum: & ex oppidulo quodam progrediens cum Lesbijs, Chios ex pugna nauali malè affectos, subegit. Sed uidelicet quoties ingentes sunt cuenturæ calamitates uel ciuitati uel nationi, solent signis prænunciari. Etenim Chijs ante hanc cladem ingentia signa contigerant. Vnum, quòd ex choro centum iuuenum, quos miserant Delphos, duo omnino rediere, nonagintaocto pestilentia absumptis. Alterum, quòd sub idem tempus, paulo ante naualem pugnam, tectum supra pueros literas discentes corruit, ita ut ex centum uiginti pueris unus omnino euaserit. Hæc eis signa Deus præmonstrauit. Post hæc excepit pugna naualis, quæ ciuitatem in genua deiecit. Accessit ad cladem pugnæ Histiæus cum Lesbijs, qui Chios iá exhaustos facile ad excidium deduxit. Histiæus illinc cum multa Ionum & Aeolum copia aduersus Thasum contendit. Cui Thasum obsidenti, cum esset nunciatum Phœnices à Mileto in reliquam Ioniam profectos esse; Thasum inexpugnatam reliquit, atque in Lesbum traiecit cum omnibus copiis: & illinc quòd copias suas formidabat, traijcit in prouinciam Atarnis, tanquam frumentandi gratia, tam illinc quàm ex agro Caico, qui erat Mysorum. Erat in ijs lo-

Conatus regionis. Signa uenturæ calamitatis. Chorus iuuenum pestilentia absumptus.

Scholæ tectum in pueros collapsum.

Thasos.

ijs locis fortè Harpagus, uir Persa, non parui exercitus dux: qui cum Histiæo egresso in terram, certamine commisso, & ipsum Histiæum uiuum cepit, & maiorem exercitus eius partem occidit. Hunc autem in modum captus est Histiæus: Dum Græci cum Persis pugnarent apud Malenam regionis Atarneitidis, ac diu præstarent, mox equitatus emissus, in Græcos impetum dedit. Quo ex facto uersis in fugã Græcis, Histiæus haud credens ob præsentem noxam se interfectum iri ab rege, ob quandam uitæ cupiditatem captus est: qui ut fugiens capiebatur à quodam Persa: utque ab eodem erat transfodiendus, sese Milesium Histiæum esse, lingua Persica utens indicauit. Quem, opinor, si seruatus ad regem Darium perductus fuisset, nihil tale fuisse passurum, remissa ei à Dario culpa. Nunc ne id contingeret, neue fuga elapsus rursus apud regẽ magnus existeret, Artaphernes Sardium prætor, & Harpagus qui ceperat eũ, Sardis perductum in crucem sustulerunt: sed trũcum. Nam caput sale conditum, Susa ad regem Darium detulerũt. Ea re audita, Darius obiurgatis qui id fecerant, q̃ hominem uiuum in conspectum suum non adduxissẽt, iussit Histiæi caput eos elorum atq; obuolutum sepelire, tanq̃ de ipso homines, ac de Persis benemeriti. Ita res Histiæi habent. Persarum nauticæ copiæ circa Miletum cum hybernassent, altero à profectione anno haud difficulter insulas continenti adiacentes ceperunt, Chiũ, Lesbũ, Tenedum: quarum insularum ut quamq; capiebant, euerriculabant. Euerriculant autẽ hunc in modum: Viri manũ mutuo tangẽtes, à mari aquilonari ad australe pertrãseunt. Post hæc omnem insulam peragrant, uenãdo homines. Ceperũt quoq; in continente urbes Iades eadem ratione, præterq̃ q̃ non euerricularunt homines: neq; enim poterant nõ

Histiæus capitur.

Histiæus in crucem sublatus.

Euerriculatio.

falsõ

falsò cesserunt ea quæ duces Persarum minati sunt Ionibus, cum ex aduerso castra haberent. Nam postea quam poriti sunt urbibus, formosissimos quosq; puerorum seligentes castrauerunt, exectis testibus facientes eunuchos. Virginesq; speciosas ad regem transportarunt: & super hæc, urbes cum ipsis templis cremauerunt. Ita tertio Iones sunt in seruitutem redacti, primùm à Lydis, bis deinceps à Persis. Profectus ab Ionia nauali exercitus, omnia quæ ad leuã sunt in Hellespontum nauigantibus, subegit. Nam quæ sunt ad dexteram, iam subacta erant à Persis per continentẽ. Hellesponti autem hæc in Europa sunt, Chersonesus, in qua frequentes sunt urbes, & Perinthus, & super Thraciam muri, & Selymbria, & Byzantium. Quorum Byzantij, & qui ulteriori in littore sunt Chalcedonij, ne expectauerunt quidem aduentum Phœniciæ classis: sed relictis suis urbibus, in interiora Euxini ponti receſserunt, ibique urbem Mesambriam cõdiderunt. His urbibus, quas commemoraui incensis, Phœnices ad Præconnesum & Arracem conuertuntur. Quibus & ipsis igni traditis, rursus in Chersonesum reuchuntur, euersuri cæteras urbes, quas superiore accessu non euerterãt. Nam Cyzicum ab initio ne accesserant quidem, quòd ipsi Cyziceni iam ante aduentum hunc classis Phœnicum sub rege erant: cum se Oebari filio Megabyzi, qui Dascylij præses erat, dedissent. Cæteras Chersonesi urbes, præter Cardiam, Phœnices subegerunt: quartum ad id tempus tyrannus fuerat Miltiades, filius Cimonis, nepos Stesagoræ: cuius imperij autor fuerat Miltiades Cypseli filius; ad hunc modum: Dolonci Thraces, qui Chersonesum hanc tenebat, cum ab Absinthijs bello uexarẽtur reges suos ut de bello consulerent, Delphos miserunt. Quibus Pythia respondit, ut coloniæ in suam terram

Castratio iuuenum, Iones tertiò in seruitutem adi.

Miltiades Cimonis filius.
Absinthij.
Dolonco-rum ora-culum.
Pisistratus Thetrippo trophus.
Miltiades Cypseli.
Philæus.

terram deducendæ cum autorem asciscerent, qui primus eo templo abeuntes hospitio inuitasset. Doloncí sacram uiam ingressi, per Phocenses atque Bæotios iter fecerunt. A quorum nemine inuitati, Athenas diuertunt. Ea tempestate Athenis omne quidem imperium tenebat Pisistratus: dominabatur tamen & Miltiades Cypseli, è familia Tetrippotrophi, ab Aco & Aegina oriundus, nuper familia facta Atheniensi, cuius autor extitit Philæus Aeaci filius. Miltiades hic, ut sedebat in domus suæ uestibulo, cernens Doloncos prætereuntes, non illius loci uestem gerentes neque tela, homines inclamauit: accedentibusque obtulit domicilium & hospitum congiarium. Illi in domum excepti, & hospitaliter accepti, aperuerunt ei oraculum, precesque addiderunt ut deo obsequeretur. Miltiades ea oratione audita, confestim persuasus est, ut qui pertæsus imperium Pisistrati, cuperet illinc emigrare: protinusq; Delphos se contulit oraculum consulturus, nunquid facere deberet quod à Doloncis rogaretur. Iubente Pythia, ita Miltiades Cypseli, qui quadrigario curriculo prius Olympiacam palmam reportauerat, unà cum Doloncis nauigauit, sumptis Atheniensium uoluntarijs quibusque ad expeditionem incundam: & ubi locum tenuit, ab ijs qui se deduxerant, tyrannus creatus est. Is autè omnia Chersonesi Isthmum, id est, breuem inter duo maria intercapedinem, ab urbe Cardia ad Pactyam muro præsepsit, ne ab Absinthijs regionem incursantibus infestari posset. Est autem Isthmus hic sex ac triginta stadiorũ. Ab Isthmo introrsus, omnis Chersonesus quadringentorum uiginti stadiorum est longitudinis. Interseptis igitur faucibus Chersonesi Miltiades, atq; hoc modo Absinthijs cohibitis, primis cæterorũ Lãpsacenis intulit bellũ. Illi dispositis insidijs cum

Isthmus.

Miltiades capitur.

eum uiuum excepere. Ea re Crœsus Lydus audita (erat autem Crœso Miltiades charus) per nuncios Lampsacenis præcepit, ut hominem missum facerent: alioqui se illos in morem pini extirpaturum comminatus est. Hac oratione nutantibus Lampsacenis quid sibi uellet, quod Crœsus minabatur se illos in morem pini extirpaturum, uix tandem quidam è maioribus natu intelligens, quid illud esset, exposuit, inquiens, pinum ex omnibus arboribus solam esse quæ excisa nullam sobolem remittat, sed prorsus emoriatur. Ea propter ueriti Crœsum Lapsaceni, solutum Miltiadem remisserunt. Ita Miltiades ob Crœsum euasit: qui postea sine liberis moriens, imperium atq; opes tradidit Stesagoræ, Cimonis sui è matre germani filio. Bi defuncto, Chersonitæ (ut mos est conditori urbis) sacrificant, certamenq; equestre ac gymnicum statuto tempore celebrant, in quo nulli Lapsacenorum certare permittitur. Durante cum Lapsacenis bello, contigit ut Stesagoras quoque liberis orbus decederet, apud curiam percussus securi in capite à quodam, qui se transfugam uerbis simulabat, sed re ipsa hostis erat, & quidem atrox. Stesagora hunc in modum defuncto, Pisistratidæ Miltiadem Cimonis filium fratrem defuncti, cum trireme ad suscipiendas in Chersoneso res dimiserunt: in quem etiam Athenis beneficia contulerant, tanquam non sanè conscij mortis Cimonis patris eius: de qua morte alio in libro qualis fuerit commemorabo. Miltiades ut uenit in Chersonesum, domi sese continebat, in honorem uidelicet Stesagoræ fratris. Quod audientes Chersonitæ, undique ex omnibus ciuitatibus principes contraxerunt ad lugendam cum Miltiade fratris necem. Hi postquam uenerunt illuc, in uincula coniecti sunt: & Miltiades Chersonesum obtinuit cõductis auxiliarijs: filiamq;

Reprehendit hoc loco Herodotũ Aulus Gel. cap. 5. libro 8. Pini natura.

Stesagoræ cædes.

Olorus rex. filiáq; Olori regis Thraciæ Hegesipylain duxit uxorem. Quæ etsi nuper illuc profectũ, tamẽ nõ mediocria, sed
Hegesipyla. grauia sanè negocia exceperunt. Nam tertio quàm hæc gesta sunt anno, è Chersoneso profugit, non ausus expectare uenientes Scythas Nomades: qui ab rege Dario irritati, coactis copijs ad hanc usq; Chersonesum processerunt. Illis digressis, cum rursus Dolonci reduxere, tribus annis antequam alijs curis implicaretur. Tunc Phœnices apud Tenedum esse cum audisset, quinque cum triremibus (quas præsentibus facultatibus impleuerat) Athenas nauigauit, profectus
Niger fluuus. ab urbe Cardia. Qui dum per sinum nigrum transmissa Chersoneso cursum tenet, à Phœnicum classe circumuentus, ipse quidem cum quatuor triremibus ad Imbrum euasit: quintam Phœnices insecuti ceperunt: cui præerat Miltiadis filius, natu maximus Metiochus, non ex filia Olori Thracum regis, sed ex alia muliere. Eum Phœnices cum Miltiadis filium esse cognouissent, ad regem perduxerunt, rati se magnam apud eum gratiam inituros: quoniam Miltiades in dicenda apud Iones sententia suasisset, ut Scythis rogantibus Iones soluta rate, domum abire, obtemperarent.
Metiochus. Oblato sibi Metiocho, Darius tantum abest, ut quicquam mali fecerit, ut permultis eum bonis affecerit. Donauit enim domo, facultatibus, uxore etiam Persida: ex qua liberi geniti sunt qui inter Persas cẽsentur. Miltiades autem ex Imbro Athenas peruenit: neque hoc anno quicquam est à Persis amplius in Ionas factum, sed benignè sanè cum eis actum. Hoc anno Artaphernes Sardium Præses, accitis hostium nuncijs, adegit Iones ad pactiones inter se faciendas, de tradendis mutuo ijs, qui iniurias intulissent: neue alij in alios grassarentur. Ad hoc ad actis Ionibus, per parasangas
Parasanga (ita enim Persæ tricena stadia appellant) regiones diuisit:

uisit: regionatimq; uectigal instituit, qd regi pēderent: quod uectigal ab Artapherne institutum, ad meā usq; ætatem qui illic fuere pependerunt, eadem penè qua prius conditione institutum. Et hæc quidem illis pacata erant. Cæterùm ineunte statim uere, alijs ducib. ab rege abdicatis, Mardonius Gobrys filius, adhuc adolescens, & recens in matrimonium accepta Darij filia Artozostra, ad mare descendit, permagnas ducēs peditū Classiariorumq; copias. Quo cū exercitu postq; in Siciliam peruenit, ipse conscensa naui cum classe abijt, alijs ducibus pedestres copias in Hellespontum ducentibus: ubi prætrectus Asiam, in Ioniam peruenit Mardonius. Miram hic rem ego referam ijs Græcis, qui non assentiuntur, Otanem inter septem Persas suasisse potiorem esse Persis statum popularem, abdicatis tyrannis. Mardonius statum popularem in ciuitatibus constituit. His actis, in Hellespontum ire cōtendit: ubi coacta ingenti ui nauium ac peditatu, eas copias traiecit Hellespontum, perq; Europam iter Erethriam uersus atq; Athenas faciebat. Hæ igitur ciuitates prætextu Dario erāt belli inferendi: sed in animo habebat quā plurimas posset Græcarum ciuitatū subigere. Nam & classe Thasios, qui in eum arma nō sumpserant, subegit: & peditatu Macedonas, ultra eos qui iam seruiebāt, in seruitutē redegit. Etenim quæ intra Macedones sunt nationes, iā subactæ erāt. Hæc classis à Thaso profecta, ac terrā legens ad Acanthū usq; processit: & ex Acantho profecta, dum Athon circumuehitur, uentus aquilo uehemens, atque admodum atrox & intolerandus dicitur in eam ingruisse, nauiumq; pleraſq; in Athon propulsas, ad trecentas afflixisse, ut supra uiginti millia hominū interierint: partim à feris rapti, partim qd natare nescirēt, partim petris allisi (nam seruissimum circa Athon est mare)

Artapheranes Ionib. uectigal imposuit

Mardonius.

Otanis sententia.

Thasij subacti. Macedonū subacti à Dario.

partim gelu absumpti. Et cum nautico quidem exercitu ita actum est. Mardonium autem cum pedestribus copijs in Macedonia statiua habentem, Thraces Brygi sub noctem inuasere: & cùm alios multos ex eis occiderunt, tum ipsum Mardonium uulnerauerunt. Sed non iccirco seruitutem Persarum deuitare potuerũt. Nam Mardonius non prius ex ijs locis decessit, q̃ illos in suam redegit potestatem. His subactis rursus reduxit exercitum, tum ob acceptam apud Brygos calamitatem in exercitu terrestri, tum ob maiorẽ in classe ad Athon. Ita hic exercitus pugna turpiter gesta redijt in Asiam. In sequenti anno Darius ante omnia Thasios à uicinis insimulatos tanquam defectionem molientes, misso nuncio iussit diruere muros, & naues in Abdera recipere. Nã Thasij, ut qui ab Histiæo Milesio fuerant obsessi, & prouentus magnos habebant, pecunia multa utebantur cum in compingendis nauibus longis, tum ualidioribus muris urbi circundandis. Erat autem eis proventus ex continenti atq; ex metallis. Ex fossitia quidem metallorum aureorum materia, septuaginta talentorum: ex Thasijs aũt metallis minus: sed tamen frequenter ita, ut si Thasij fuissent immunes tributorum fuerint eis in summã prouentura quotannis ex cõtinenti atq; ex metallis ducẽta talenta, & quãdo plurimum trecẽta. Quę metalla ipse quoq; inspexi, & tamen longè admirabiliora fuere, quæ Phœnices ij, qui cũ Thaso eam insulam cõdiderunt, inuenere: quę insula ab hoc Thaso Phœnice nomen obtinuit: Hæc aũtẽ Thasi Phœnicea metalla sunt inter locũ qui uocatur Aenyrorum & Cœnyrorum sita: atq; è regione Samothraciæ ingens mons indagando euersus est. Et hoc quidẽ huiusce modi est. Thasij aũt iubente Dario, & muros suos diruerunt, & naues omnes in Abdera receperunt. Post hæc Darius, quid in animo Græci haberent,

Brygi Mardonius uulneratus.

Thasiorũ proucẽtus.

perent, puguarene secum, an sese dedere, tentandum ratus, legatos per Græciam dimittit, alios alibi iussos petere terram & aquam: Hos in Græciam, alios item ad tributarias sibi maritimas ciuitates mittit, imperans longas naues fieri, & hippophoras, id est, naues, quibus equi feruntur. Dum hæc isti comparant, legatis per Græciam contibus, & quæ Perses præceperat petentibus, terram multi in continente populi dederūt. Insulani quoque, cum alij omnes, ad quos eadem petituri legati accessere, tum uerò Aginetæ. Quæ dere continuò Athenienses irritati sunt, quòd putarent hostili in ipsos animo dedisse terram & aquam Aginetas, ut unà cum Persa aduersus Athenas militarent. Itaque libenter occasionem contra Aginetas amplexi, Spartam profecti illos insimulauerunt, quòd facto eo, Græciam prodidissent. Ad hanc delationem Cleomenes Anaxandridæ filius, Spartiatarum rex, Aeginam transmisit, animo præcipuos eius rei autores comprehendendi. Conanti illos comprehendere, cum alij Aginetæ restitere, tum præcipuè Crius Polycriti filius, negans eum gauisurum non quem abduceret Aginetarum. Nam id cum facere sine communi consilio Spartiatarum, sed ab Atheniensibus pecunia corruptum. Alioqui cum altero rege uentum fuisse ad se comprehendendos. Hoc autem dicebat ex epistola Demarati. Eum Cleomenes ab Aegina discedens interrogauit, quod ei nomen esset? Ille respondit quod erat, Crios, id est, aries. Cui Cleomenes: Crio, inquit, iam nunc præferato cornua tanquam occursurus magno malo Sparteæ. per id tempus Demaratus Cleomenem insimulabat, & ipse rex Spartiatarum nulla re alia nisi familia inferior Cleomene: (ab eodem enim oriundi) sed familia Eurysthenis, qui primigenius fuerat, nonnihil honoratior erat. Etenim

Cleomenes rex.

Demaratus.

Lacedæmonij nulli poëtarum assentientes, negant se in eam quam nunc possident regionem deductos à filijs Aristodemi: sed ab ipso Aristodemo regnante, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hilli filius. Nec multo post Aristodemi uxorem nomine Argiam alijo. Argiam, quâ dicunt fuisse filiam Autesionis, qui fuit Tisameni, qui fuit Tersandri, qui fuit Polynicis filius, peperisse geminos: eisq; natis Aristodemum morbo decessisse. Lacedæmones autem qui tum erant, inito cõsilio creasse regem è pueris eum, qui esset primigenius, ut lex iubebat. Sed nescientes utrum puerorum eligerent, cum essent similes ac pares, id cum nequirẽt ipsi decernere, prius fuisse percontatos genitricem, eaque negante se dignoscere: sed dissimulante, quòd uidelicet cuperet ambos effici reges, ita hęsitabundos Lacedæmonios Delphos scisciratum misisse, quid in ea re agere deberent, & ijs Pythiã respondisse, ut utrumque puerorum ducerent ad regem, sed primigenium magis honorarent. Hoc responso a Pythia edito, Lacedæmonios nihilominus incertos quo pacto primigenium reperirent, admonitos fuisse à quodam Messenio nomine Panite, ut obseruarent, utrum puerorum mater priorem lauaret, cibaretquíe: quam si deprehenderent eodem semper modo facitare, habituros id omne quod quærerent, & inuenturos quod uellent: sin illa alternando erraret, palàm fore ne ipsam quidem quippiã magis nosse, & isti aliam rationem inirent. Ibiq; Spartiatas ex admonitu Messenij obseruantes matrem puerorum, ignaram cur obseruaretur, animaduertentesque illam præferentem alteri primigenium, tum cibando, tum lauando, ac Eurysthenes, Eurysthenes puerum qui magis honorabatur à matre, tanquam primigenium, publiceque alendum curasse, impositio ei nomine Eurysthene, iunioni Procle. Hos autem

Primigenius ex lege succedit regno.

autem fratres, ubi adoleuerunt, per omne uitæ tempus interisse dissensisse, & itidem eorum posteros perseueraſſe Hæc soli Græcorum Lacedæmonij aiunt. Nam quæ commemorantur à Græcis, ego scribo: hos Dorienſium reges usque ad Perseum Danaæ filium à deo genitum, recenseri rectè à Græcis, & ostendi Græcos esse. Iam tum enim illi inter Græcos cęnsebantur. Ideò autem dixi, usque ad Perseum, nec altius repetij, quòd nullum Perseo cognomen tũ fuit mortalis patris, quemadmodum Herculi Amphytrion. Itaque à me rectam rationem sequente, dictum rectè est, Vsq; ad Perseum. A Danae verò Acrisij filia, retrorsum patres eorum recensendo, constabit principes Dorienſium ex Aegypto oriundos. Hæc generis recensio ex commemoratione Græcorum facta est. Vt autem à Persis fertur, Perseus ipse cum esset Assyrius, factus est Græcus, a non progenitores eius. Nam progenitores Acrisij ecclere, ad progeniem Persei nihil attinet: qui quidem (quemadmodum Græci aiunt) Aegyptij fuere. Hæc de his hactenus. Quod autem regnum Dorum, cum Aegyptij essent, sibi traditum acceperint, hoc (quoniam ab alijs est) omittemus. Quæ uerò alij non attigerunt, eorum faciemus mentionem. Ias dignationes regibus Spartiatæ tribuerunt: duo sacerdotia, Iouis Lacedæmonij, & Iouis cœlestis, & in belli in quamcunque libuerit regionem inferendi, ut id nulli Spartiatarum prohibere fas sit, alio qui piaculari crimine reuocatur: ut in expeditionibus adeundi primi eant reges, in abeundo postremi sint. Centum delecti uiri eis in militia custodes adsint. In egressibus utantur quotcunque pecoribus libuerit: quorum immolatorum pelles omnes ac terga accipiant. Bellica hæc. Alia sunt quæ pacis tempore eis tribuuntur: Quotics aliqua publica uisceratio fit,

Dorienſis principũ origo.

Perseus Assyrius.

Acrisius.

Spartanorũ regum iura.

primi in cœna reges discumbant: & ijs primis distribui incipiat utrique eorum duplum omnium, quàm ceteris conuiuis: libaminaq; immolatorum & corna, eorum sint. Singulis quoq; calendis instantis mẽsis, singula pecora utriq; è publico dẽtur Apolini immolanda: & farinæ medimnum, id est, sex modia: & uini Laconicus quartarius: & in spectaculis ingulorum certaminum certis locis præsideant. Licetq; quibuscunq; libeat ciuibus inuiti, & utriq; binos eligere Pythios. Sunt autem Pythij, qui Delphos ac consulenda oracula mittuntur, quiq; publicè cum regibus pascũtur. Regibus ad cœnam non euntibus, mittãtur binæ chœnices, id est, semodia farinæ, & uini singulæ cotylæ, id est, sextarij: præsentibus dupla dentur omnia. Eadem ratione à priuatis quoq; inuitati ad cœnam, honorentur. Vaticinia quę edentur, ipsi custodiant, sed conscijs Pythijs. Iudicent autem soli reges a quæ iam dicã, uidelicet de uirgine pupilla utri danda sit, ei nẽ cui mater, an cui pater desponderat: nec ion de uijs publicis: & si quis adoptiuum filium facere uelit inuitis regibus. Liceat quoque eis pro suo arbitrio assidere in senatu, qui constat ex duodetrigenta senibus: Si eò non accesserint, eorum maxim propinqui duo senatores, ius regum obtineant duos calculos ponendi, tertium pro seipsis. Viuentibus hæc regibus à republica Spartiatarum tribuuntur illa defunctis. Equites per uniuersam Laconicam obitum regis enunciant: fœminæ per urbem circumeuntes, ollas pulsitant. Cumque hoc fit, necesse est e singulis domibus duos ingenuos, marem ac fœminam, luctu fœdari, magnis pœnis (nisi hoc faxint) impositis. Eadem circa funus regum consuetudo Lacedæmonijs est, quæ barbaris Asianis. Nam plerique barbarorum eodem ritu in mortibus regum utuntur. Si-

Medimnus.

Pythñ qui sint.

Chœnices Cotylæ.

Senatus Spartanorum.

quidem posteaquam mortem obijt Lacedæmonio- Lacedæ-
rum rex, oportet eius exequijs adesse ex omni Lacedæ monioru
monis regione necessarios quosque Spartiatarum, qui regum fu
sunt numero uicinorum. Quorum, & item seruo- nera.
rum, atque ipsorum Spartiatarum posteaquam mul-
ta millia in unum coacta sunt, promiscuè cum mu-
lieribus frontes suas intrepidè pungunt, & ululatu
immenso ploratur, ultimum quenque regum dicen-
tes fuisse optimum. Qui uerò regum in bello pe-
rijt, eius simulacrum cum expresserunt, in toro bene
strato efferunt. Cuius tumulatione decem dies iu-
stitium est: nullusque magistratuum consessus, sed
luctus continens. In hoc quoque cum Persis illi con-
ueniunt, quod defuncto rege alter qui succedit, libe-
rat ære alieno, quicunque Spartiata aliquid aut regi
aut reipublicæ debebat. Apud Persas qui rex creatus
est, omnibus ciuitatibus tributum quod debeant, re-
mittit. Cum Aegyptijs etiam Lacedæmonij in hoc
congruunt, quòd eorum præcones & tibicines & co-
qui, in paterna artificia succedunt: & coquus è co-
quo, & tibicen ex tibicine, & præco ex præcone gi-
gnitur. Neque ulli propter uocalitatem alijs insidian-
tes seipsos ingerunt, sed in paterno opere perseuerant:
atque hæc quidem ita fiunt. Cleomenem tunc, cum
apud Aeginam esset, communi Græciæ bono operam
dantem insimulabat Demaratus, non tam Aeginetis
studens, quàm inuidia & odio ductus. Quem Cleome
nes ab Aegina reuersus consultabat ut regno summo-
ueret, ob hanc rem intendens in eum actionem: A-
riston Spartæ regnum obtinens, cum è duabus uxori
bus liberos non susciperet, neque in se culpam eius
rei esse agnosceret, tertiam duxit uxorem, & duxit Ariſtõ rex
hunc in modum: Erat ei amicus quidam Spartiata, cu Damarati
ius opera ex omnib. ciuibus maximè utebatur. Cui ui genitura.

ro erat uxor ſpecioſiſſima, ex turpiſſima talis facta. Si-
quidem hanc mala forma præditam eſſe cernens nu-
trix ſua, idq́ue parentes eius, utpote locupletes ægre
ferre, hoc excogitauit, ut puellam ſingulis diebus ba-
iularet ad Helenæ templum, quod eſt in loco, qui di-
citur Therapnæ, ſuper fanum Phœbi. Eò quoties nu
trix intulerat puellam, ſtans ante ſimulacrum, deam
precabatur, ut alumnam deformitate liberaret. Cui
aliquando exeunti de templo, mulier quædam appa-
ruiſſe fertur, atque interrogaſſe illam quidnam in ul-
nis geſtaret? & cum nutrix ſe infantem geſtare reſpon
diſſet, iuſſiſſe ſibi oſtendi. Cumque negaret nutrix ſe
id facturam, quòd infantem parentes ſui uetuiſſent
oſtendi cuipiam, inſtitiſſe iubere prorſus ut ſibi oſten
deretur. Igitur nutricem, cum illam uideret id uſque
adeo expetere, oſtendiſſe infantem. Illam uerò demul-
centem caput die infantis dixiſſe, futuram eam om-
nium Spartanorum formoſiſſimam. Atq; ab eo die pri
ſtinam ſpeciem decidiſſe: quam cum ad nubilem per
uenit ætatem, duxit uxorem Aegetus Alcidis filius,
ille amicus Ariſtonis. Eius mulieris amore titilla
tus cum eſſet Ariſto, hanc rem commentus eſt: A-
geto ſodali ſuo, cuius illa erat uxor, recepit ſe dono
daturum unam è ſuis rebus quamcunque ille opta-
ret: atque inuicem iuſſit illum ſimile munus ſibi da-
re. Agetus nihil de re uxoria ſuſpicatus, cum uideret
Ariſtoni quoque uxorem eſſe, accepit conditionem: &
in eam rem iuſſiurandum interpoſuit. Cui mox A-
riſto è ſuis rebus preciofis donauit quam ille elegit. I-
ſe uiciſſim, cum eis partes petendi muneris ab illo
fuerunt, ibi optauit uxorem eius adduci. Aegetus di
cere, ſe præter unum cætera annuiſſe: iureiurando ta-
men adactus ac dolo ſeductus, ad eam ducendam ab-
iit. Ita tertiam hanc Ariſto, repudiata ſecunda, duxit
uxorem;

Mulier ex turpiſſima ſpecioſiſſima.

Aegeti uxor.

uxorem: quæ circa legitimum pariendi tempus, nondum exactis decem mensibus, hunc ei genuit Demaratum. Aristo, cum ei sedenti in basilica cum Ephoris quidam famulus nuncium nati filij attulisset, sciens quo tempore duxisset uxorem, deductis in digitos mẽsibus, dixit iureiurando. Hic nõ est filius meus. Quod audientes Ephori, haud magni fecere in præsentia. Sed posteaquam puer adoleuit, pœnituit Aristonem dicti, opinantem utique filium suum esse Demaratum: cui ideo nomen impositum est Demaratus, id est, à populo uotis petitus: quòd ante eum natũ omnis populus uota fecit, ut Aristoni omnium ante id tempus regum probatissimo filius gigneretur: ea de re id nomen impositum est. Interiecto deinde tempore Aristone uita functo, Demaratus obtinuit regnũ: sed uidelicet necesse erat, ut id quod auditum fuerat, hominem regno priuaret. Ea propter à Cleomene uehementer insimulabatur: cũ antea quòd ab Eleusine abduxisset exercitum, tum eo tempore, cum aduersus Aeginetas cum Medo sentiens traiecit Cleomenes. Ergo ingressus eum urgere Cleomenes, componit cum Leutychide Menaris filio, Argis nepote, ex eadem qua erat Demaratus familia, ea pactione, ut si eum regem in locum Demarati constituisset, se aduersus Aeginetas comitaretur. Erat autem Leutychides Demarato inimicus, ob hanc præcipuè causam, quòd cum Percala filia Chilonis filij Demarmeni ei desponsata esset, Demaratus insidiosè hominem cõiugio priuauit, præoccupata & præcepta uxore, ac retenta. Ob hanc causam Leutychidi inimicitiæ cum Demarato extitere. Is tunc Cleomene solicitante contra Demaratum iurauit, negans eum ritè Spartanorum esse regem, quòd Aristonis filius non esset: deinde quod iurauerat instituit confirmare, quod Aristo aliquando dixisset,

Demarati nomen.

Leutychides. Percala.

xisset, cum ei nunciasset famulus suus filium ei natu, & menses conferens, iureiurando negasset illum esse filium suum. Huic uerbo insistens Leutychides, pronunciabat Demaratum neque Aristonis filium esse, neque ritè Spartæ regnare: eisdem Ephoris adhibitis testibus, qui Aristoni assidentes tunc hæc ab illo audierant. Tandem re in contentionem deducta, uisum est Spartiatis oraculum (quod Delphis est) consulendum, an foret Demaratus Aristonis filius, nec ne. Ibi Cleomenes, cum ex ipsius ad Pythiam prouidentia nihil suspicionis esset, subornat Colonem quendam Aristophanti filium, hominem maxima apud Delphos autoritate, ut persuadeat Periallæ mulieri uaticinantium antistiti, dicere ea quæ Cleomenes uolebat dici. Ita Pythia scisscitantibus ijs, qui ad oraculum erant missi, negauit Aristonis filium esse Demaratum. Quæ tamen res sequenti tempore palam facta est, & Colo è Delphis profugit, & Perialla honore abdicata. Hactenus quę ad deponẽdum regno Demaratum acta sunt. Is è Sparta ad Medos profugit, ob hanc contumeliam, quòd cum electus regno gereret magistratum, ad essetque spectaculo gymnopædiarum, id est, nudorum puerorum palestræ, misit ad eum Leutychides, in locum Demarati rex factus, deridendi insultandique causa, ministrum, qui interrogaret qualis esset præfectura post regnum. Eam interrogationem ægrè ferens Demaratus, respondit se utrunq; expertum, illum uerò non: & eam interrogationem Lacedæmonijs futuram initium plurimæ aut calamitatis aut felicitatis. Hæc locutus, uelato capite è theatro domum abijt, confestimq; præparatum Ioui boucm immolauit, quo immolato, matrem accersijt: quæ cum aduenisset, positis in eius manus extis, mulierem his uerbis obsecrauit: Per ego te mater cùm alios deos, tum Iouem

Colon. Perialla.

Leutichides tex.

Iouem hunc domesticum quem tango precor, promas mihi ueritatem, quisnam re uera meus sit pater. Nam Leurychides inter conuicia obijcit, te è priore uiro grauidam, ita ad Aristonem uenisse. Alij etiam dementius referentes, aiunt, te ad domesticum asinariũ uenitasse, illiusque me filium esse. Qua de re ego te audiens obsecro, ut uerum dicas. Si quid enim eorum quæ dicuntur feceristi, non sola feceris, sed quod multæ. Et multus de hac re Spartæ sermo est, negantium Aristoni fuisse genituram ad filios procreandos. Nam si fuisset, priores uxores fuisse concepturas. Hæc Demaratus. Cui mater ita respondens: *Fili*, inquit, quoniam precibus mecum agis ut dicam ueritatem, omne tibi uerum exponetur: Vt me domum Aristo duxit, tertia quàm me duxerat nocte, simulacrum tanquam Aristonis ad me uenit, quod posteaquàm mecũ concubuit, corona quam gestabat, me circuudedit atque abijt. Dehinc Aristo aduenit, qui cernens me coronas habentem, sciscitabatur quisnam meillis donasset. Ego ipsum respondi, eoq; id abnuente, iurauí asserens, non bene illum facere qui negaret. Quippe qui paulò antè ingressus, ubi mecum coisset, coronis me donasset. Aristo cernens me iurantem, intellexit eam rem diuinam fuisse. Compertumq; est, illas coronas fuisse sumptas ex heroico conditorio, quod est iuxta lauacrum aulę extructum, quod uocant Astrobaci: & nates id esse hunc eundem heroem respondere. Habes igitur fili, ita ita ut uolebas audire. Aut enim ex hoc heroe genitus es, paterq; tibi est Astrobacus heros, aut ex Aristone. Nam ea te nocte concepi. Verùm hoc tibi præcipuè exprobrant inimici, quod Aristo, cum ei te ortum nunciatum est, multis audientibus negauit te suum esse, quia tempus decem mensium non exisses, per inscitiam talium rerum illi hoc uerbum excidit.

Simulacrum cum matre Demarati.

Heroicum cõditoriũ.

excidit. Nam mulieres etiam nouem ac septem mensium partum edunt, non omnes decimum mensem explentes. Ego te fili septimestrẽ genui. Ipse quoque Aristo, non diu pòst agnouit se per imprudentiam id uerbum exuliisse. Itaque alias orationes de tua genitura noli admittere. Omnia enim uerissimè audisti. Nam quod ad asinarios attinet, ipsi Leutichidi, & ijs qui talia loquuntur, suæ uxores de asinarijs pariant filios. Hæc illa dixit. Demaratus auditis quæ uolebat, sumpto uaticinio per speciem eundi Delphos ad oraculum consulendum, Helim contendit. Eum suspicati Lacedæmonij fugam capessiturum, insecuti sunt. Sed Demaratus iam ex Heli Zacynthum traiecerat, quem illuc transgressi Lacedæmonij prehenderunt, eiusque famulos: sed Zacynthijs cum dedere abnuentibus, Demaratus illinc in Asiam ad regem Darium traiecit: à quo magnificè exceptus est, territorioq; ac urbibus donatus. Ita in Asiam Demaratus abijt, ac tali fortuna usus est, uir cum alijs in multis factis dictisque apud Lacedæmonios illustris, tum quod illis olympiadem palmam quadrijugo certamine reportauerat, rem eius solius ad ea tempora regum Spartiatarum. Leutychidi Menaris filio, qui in regnum amoti Demarati successerat, natus est filius Zeuxidemus, quem nonnulli Spartiatarum Cynisconid est, catulum uocabant. Is Spartæ non regnauit, ante Leutychidem defunctus, relicto filio Archidemo, Leutychides orbatus filio, alteram duxit uxorem Eurydanem, Menij sororem, Diactoris filiam, ex qua nullam prolem uirilem suscepit, sed filiam nomine Lampito: quam Archidemus Zeuxidemi filius in matrimonium accepit, ab ipso Leutychide datam. Sed ne Leutychides quidem ipse Spartæ consenuit, sed has pœnas Demarato pendit: In expeditione Pharsalica

Demarati elogium.

Eurydane Lampito.

Zeuxidemus.

Archidemus.

dux

dat cum omnia faciendi ius haberet, multum pecuniæ per corruptelã dono accepit: ipseq; in re deprehensus cum sederet in castris, utraque manu pecuniam tenens, in iudicium delatus è Sparta profugit, domusque eius excisa. Et Tegeę in quam profugerat, mortem obiit. Sed hæc in sequenti tempore acta sunt. Tunc autem Cleomenes, cum sibi res in Demaratum bene cessisset, desumpto protinus Leutychide, concendit aduersus Aeginetas, maiorem in modum illis propter ignominiam infensus. Ita Aeginetæ in utriusque regis contra se aduentu, non repugnandum iam sibi esse putauerunt. Ex quibus reges abduxere decem, quos delegere, diuitijs ac genere eminentissimos, cum alios, tum Crium Polycriti, & Casambum Aristocratis, qui plurimum habebant potentiæ. Eos in Atticam adductos, penes inimicissimos Aeginetis Athenienses deposuerunt. Post hæc Cleomenes, cum eum subijsset metus Spartiatarum, iam manifestus maleficij in Demaratum excogitati, in Thessaliam subterfugit: atque illinc in Arcadiam profectus, res nouas moliebatur, solicitans Arcadas aduersus Spartam: adigensque eos iureiurando ad se sequendum, quocunque ipsos educeret. Quin etiam in animo habebat, primores illorum ad urbem Nonacrim ductos adigere ad iusurandum, per aquam Stygis. In hac autem urbe ab Arcadibus fertur esse Stygis aqua: & est ut deliret talis aqua: E petra emanat aquula, distillans in uas quoddam, in gyrum macceria præseptum. Nonacris autem ubi fons hic uisitur, urbs Arcadiæ est, ante Pheneon urbem. Talia molientem Cleomenem Lacedæmonij cum animaduertissent, timentes sibi ipsis, Spartam reuocarunt ad pristinam dignitatẽ. Sed Cleomenem reuersum statim morbus insaniæ cepit, & iam uis insania antea subinsanum. Nam ut cuique Spartiatarum obuius

Crius, Casambus

Nonacris

Per aquam Stygis iurare.

Cleomenes insanit.

De Cleomenis morte alter tradit Plutarchus.

uius erat, in eius faciem infligebat sceptrum. Hæc illum facientem, ac desipiscentem, propinqui soleis ligneis illigauerunt. Ille custodem, digressis aliis, solũ remansisse cernens, petijt ab eo gladium. Custode abnuente dare, ab initio comminabatur quæ ei facturus esset, donec minis conterritus custos (erat enim seruus quidam) gladium tradidit. Eo accepto, Cleomenes à talis incipiens sese detruncabat. In longum nanque discindẽs carnes, è tibijs ad femora processit, è femoribus ad coxarum uertebras atque ilia, quousque peruenit ad uterum, in quo rescindendo sic expirauit: ut plerique Græcorum memorant, qui Pythiam corruperat ad ea dicenda, quæ circa Demaratum acta sunt. Vt soli Athenienses, quod adortus Eleusinam, fanum deorum fuerat depopulatus. Vt Argiui, quia eos qui è pugna fugerant, Argiuos ex Argi templo ipsorum abductos obtruncarat: & ipsum lucum quem in Argia occupasset, incenderat. Etenim Cleomeni Delphis oraculum poscenti, responsum fuerat, eum Argos esse capturum. Qui posteaquam ad flumẽ Erasinum copias Spartiatarum duxit, quod flumẽ è lacu Stymphalio manare fertur (hunc enim lacum in uoraginem condi, & Argis postea exorientem apparere, illinć iam eam aquam uocari Erasinum) ad hoc igitur flumen posteaquam peruenit, ei hostias immolauit: & cum læta non essent exta de flumine transmittendo, ait delectari se quidem Erasino, nolle prodere ciues suos, non tamẽ ideo Argiuos ganisuros. Mox́ illinc motis castris ad Thyream uenit, & mari taurum cum mactasset, nauibus copias ad regionem Tirynthiam ac Naupliam duxit. Id audientes Argiui ad eos arcendos obuiam tendunt ad mare. Et cum aduentarent Tirynthum, in loco cui nomen inditum est Sepia, relicta non magna inter duas acies intercapedine, consederunt

Cleomenes seipsũ laniat.

Erasinus fluuius.

Stymphalius lacus.

consederunt è regione Lacedæmoniorum. Neq; uerò illic pugnam ex aperto reformidabant, sed ne dolo exciperentur. Nam ad hanc rem attinebat oraculum, quod Pythia ediderat communiter eis atque Milesijs, in hac uerba: Sepia fa-cue.

Verùm quando marẽ præuertet fœmina victrix,
Inter & Argiuos referet præclustris honorem,
Tunc Argiuarum redder pleraſq; gementes:
Vt uenturorum aiat quis quandoq; uirorum,
Telo sæuus obit sinuoso corpore serpens.

Hæc omnia Argiuis cum contigissent, metum incutiebant. Ideoq; eis uisum est, præcone hostium esse utendum, atque ita esse faciendum, ut quoties præco Spartiata quippiam Lacedæmonijs denunciaret, idem facerent ipsi. Cleomenes animaduertens Argiuos facientes quicquid apud Lacedæmones præco denunciasset, præcepit suis, ut cum præco denunciaret prãdendum, tunc raptis armis tenderent in Argiuos. Hoc executi Lacedæmonij, in Argiuos è uoce præconis prandentes impetum faciunt, eorumq; cùm multos occiderunt, tum plures in lucum Argi fuga elapsos circunsederunt. Qui dum asseruãtur, Cleomenes hoc sibi faciendum putauit: Scisscitatus quosdam, quos secum habebat, perfugas, misit præconem ad euocandum nominatim eos Argiuos, qui in luco præclusi erant ad seredimendos. Est autem apud Lacedæmonios redemptio in singulos uiros, binæ minæ. Ita Argiuorum quinquaginta, ut quisque euocatus fuerat, Cleomenes interemit: quod faciens, latebat cæteros qui in fano erant, utpote denso luco interiecto, non cernẽtes quid illi extrinsecus agerẽt: nisi postq̃ quidã cõscensa arbore, quod fiebat inspexit. Itaq; non amplius qui euocabantur prodiere. Ibi Cleomenes iussit unumquenq; seruorum lucum materia circundare: atque illis

Redẽptio apud Lacedæmon.

Cleomenes lucũ Argiuum incendit.

illis obtemperantibus, lucum incendit. Eoque iam ardente, percontatus est quendam perfugarum, cuiusnam deorum esset ille locus. Perfuga Argi esse respondit. Quo audito, Cleomenes uehementer ingemiscēs: O Apollo, inquit, uates, quantopere me fraudatus es, dicens me Argos esse capturum, cum iuio iam exitum habuisse oraculum. Post hæc maiore copiarum parte Spartam redire permissa, ipse cum mille delectis perrexit ad templum Iunonis, illic sacrificaturus. Sed sacrificare super aram uolens, cum à sacerdote uetaretur, negante fas esse externo illic sacra facere, iussit seruos abductum uerberare. Ac posteaquam immolauit, Spartam abijt. Reuersum inimici ad Ephotos citauerunt, crimini dantes quòd pecunia corruptus, Argos cum facilè posset non cepisset. Quibus respondit Cleomenes (incertum mihi uere an falso) se posteaquam templum Argi cepisset, putasse dei expletum esse oraculum, & proinde non prius tentandam urbem quàm sacris operatus sciret an sibi deus illam traditurus esset, an impedimēto futurus. Sibi autem apud Iunonis templum litanti effluxisse flammam è pectore simulacri: atque ita ipsos intelligere, proculdubio eum non esse Argos expugnaturum. Si enim è capite simulacri flamma exuruisset, fore ut urbem ab arce caperet. Cum uerò è pectore fulgur extiterit, id omne fuisse confectum quod deus confici uoluisset. Hæc dicens, credibilia ac probabilia Spartiatis dicere uisus est, multoq; maiore parte sententiarum absolutus. Cæterum Argos ita uiris desolatum est, ut serui eorum res omnes susceperint, atque magistratus administrarint, dum filij cæsorum ad puberem adoleuere ætatem; qui sese in suum ius asserentes, ac reuersi Argos, magistratus eiecere. Serui electi, prælio Tirynthem obtinuere, catenus quidem, dum fuit in eis mutua benenolentia,

Argi situs.

Flamma è Iunonis simulacro.

Argos à seruis occupatur.

Tiryns.

lentia, & donec ad eos uenit uates quidam Cleander genere Phygaſeus ab Arcadia. Is perſuaſit ſeruis, ut dominos adorirentur. Vnde bellum inter eos diuturnum extitit, donec Argiui ægre euaſere victores. Ob hoc igitur aiunt Argi Cleomenem ad inſaniam redactum, male periſſe. Ipſi autem Spartiatæ negant ab ullo dæmonio Cleomenem ad inſaniam redactum: ſed commercio Scytharum, intemperantem meri eſſe factum, & iccirco furioſum. Scythas enim Nomades, poſt illatum ſibi à Dario bellum, ad illum ulciſcendum perſtitiſſe: miſſisque Spartam nuncijs ad ſocietatem faciendam, ita pepigiſſe, tanquam ex utrorunque utilitate foret, ut ipſi quidem Scythæ iuxta flumen Phaſim conarentur Medicam regionem inuadere: Spartiatæ uerò ab Epheſo aſcendere, & ad certum locum utrique occurrerent. Cum ijs Scythis qui ad hoc miſſi ſunt, conſuetudinem habuiſſe Cleomenem aiunt, atque ex eo nimiam didiciſſe potandi intemperantiam: atque ob id inſaniſſe ſe arbitrari. Vnde quotics intemperantius bibere uoluut, aiunt: Scythiſſato, id eſt, age Scytham. Ita de Cleomene referunt Spartiatæ. Mihi uerò uidetur ille has pœnas Demarato pependiſſe. Eum defunctum ubi audiere Aginetæ, Spartam nuncios miſere, uociferatum contra Leutychidem de obſidibus, qui Athenis tenerentur. His Lacedæmonij, conſilio inito, multum iniuriæ ab Leutychide illatum eſſe cenſuerunt, hominemque dedendum, quem illi Aeginam deportarent pro ijs qui Athenis tenerentur. Hunc cum eſſent ducturi Aginetæ, tunc ad eos Theaſides Leoprepis, uir Spartæ probatus: Quid, inquit, uiri Aginetæ facere multis, regem nè Spartiatarum deditum à ſuis ciuibus abducere? Si nunc præ iracundia Spartiatæ ita decreuerunt, cauete ne quod exitiale malum in ue-

Cleander uates.

Cleomenis inſania unde.

Intemperantia meri. Scytharũ intemperantia.

Scythiſſato.

Theaſides

ſtram regionem (ſi hoc feceritis) inferant. His auditis, Aeginetæ ab illo abducendo ſupersederunt, hac tamen conditione, ut secum profectus Athenas Leutychides, redderet sibi uiros, qui illic depositi essent. Vbi Athenas uenit Leutychides, ac depositum repoposcit, Athenienses (ut qui reddere nollent) tergiuersari: quòd dicerent duos in deponendo reges fuisse, ideoque iniquum esse id alteri sine altero reddi. Quibus negantibus se reddituros, Leutychides: Facite, inquit, Athenienses utrum ipsi uultis, si reddetis sanctè facturi: è contrario, si non redditis. Qualis autem res circa depositum contigerit Spartæ, uolo referre. Dicimus nos Spartiatæ fuisse tertia ab hinc ætate quendam Glaucum Epicydidis filium, qui cùm alijs summis laudibus excellebat, tum iustitia inter omnes optimè audiebat, qui per id tempus Lacedæmonem incolebant: & huic procedente tempore contigisse, ut uir quidam Milesius Spartam uenerit, hominis conueniendi gratia, atque ita sit eum allocutus: Ego sum uir Milesius, qui ad tuam Glauce fruendam iustitiam uenio. Nam cum esset tua fama celebris cùm per omnem aliam Græciam, tum uerò per Ioniam, apud memetipsum ratiocinatus sum: Ionia quidem semper obnoxia periculis est, Peloponnesus autem tutò fundata, & ob id uidere licet eosdem homines non habere pecuniã. Hæc reputanti mihi atque consultanti, uisum est dimidium mei census in pecuniam redactum deponere penes te, quòd probè intelligo hæc penes te deposita mihi incolumia fore. Tu uerò has pecunias accipe, & hanc notam, quam unà custodi: quam notam quisquis habens reposcet pecuniam, ei reddito. Hæc hospes qui Mileto uenerat, dixit: atque ea conditione depositum Glaucus accepit. Multo deinde tempore interiecto, filij eius qui pecuniam deposuerat, Spartam uenium,

Leutychidis oratio de depositio reddendo.

ueniunt, Glaucum conueniunt: exhibitaq; nota pecuniam reposcunt. Ille enimuero repellere homines, atque his uerbis è contrario respondere: Neque istius rei quicquam reminiscor, neque ad me pertinet scire quæ dicitis. Volo tamen reminiscens quicquid iustū fuerit facere, & si accepi, iure optimo reddere: sin à principio non accepi, Græcorū legibus in uos uti. Ad quod confirmādum, præstituo uobis tempus hinc ad quatuor menses. Ita Milesij facta iactura, tanquā fraudati pecunia discessere: & Glaucus Delphos sc contulit ad oraculum consultandum. Cui consultanti an ὅρκῳ, id est, iureiurando, pecuniam prædari deberet, Pythia respondit his uersibus:

Glauce Epicydides equidē expedit ad breue tēpus
Vincerę iurando, & sic interuertere nummos.
Iura, quandoquidē castū quoq; dura manet mors.
Sed iusiurandi proles (quæ nominis expers,
Et manuumq; pedūq;) uenit festina deinde,
Quę genus atq; domū subuertat funditus omnē.
At casti soboles hominis præstantior exit.

His auditis Glaucus ueniam sibi eorum quæ dixisset, ut daret, deum obsecrabat. Cui Pythia inquit, idem pollere, tentare deum & facere. Tunc Glaucus accitis Milesijs hospitib. pecuniam reddidit. Cur autem hæc oratio apud uos instituta sit, dicetur. Glauci nunc nulla supersit neq; soboles neque domus, quæ illius censeatur: sed ex Sparta radicitus extrita est. Ita bonum est, nihil aliud de depositō cogitare, quàm ut repetentibus reddatur. Leutychides hæc locutus, cum nihilo magis ab Atheniensibus audiretur, discessit. At Aeginetæ priusquam superiorum iniuriarum, quas Atheniensibus intulerant gratificantes Thebanis, darēt pœnas, hæc fecere: Cum Atheniensibus succensērent, quòd sibi ab illis iniuriam fieri arbitrarentur, se ad

ulciſcendum apparabant. Erat enim Athenienſium in Sunio biremis quædam, quam Delum inde à Theſeo quotannis mittebant. Hanc Aeginetæ locatis inſidijs intercepere, plenam primoribus Athenienſium, uirosque alligauere. Ea clade ab Aeginetis accepta, Athenienſes non amplius differendum putauerunt, quin omnia in illos excogitarent. Etenim erat quidam Nicodromos Cnæthi filius appellatus, uir in Aegina ſpectatus. Hic Aeginetas culpans, antea ſeipſum ex inſula exegerat. Tunc uerò cognito Athenienſes eſſe animatos ad nocendum Aeginetis, compoſuit cum illis de prodenda Aegina ad certam diē, quo eſſet rem acceſſurus ipſe, & illos oporteret uenire ſubſidio. Atq; ita ex compoſito urbem (quę uetus uocatur) occupat. Sed Athenienſes ad diem non affuerunt, quia claſſis eorum par Aeginetæ nondum erat comparata. Qui dum à Corinthijs commodari ſibi naues rogant, iurerea res corrupta eſt, Corinthij per id tempus Athenienſibus amiciſſimi, dedere rogantibus naues uiginti, ſed dantes uendiderunt ſingulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare uetabantur lege. His acceptis Athenienſes, & ſuis inſtructis in ſummā ſeptuaginta numero, in Aeginam nauigauerunt, peruenerunteque poſtridie eius diei qui erat deſtinatus. Qui cum ad diem non adeſſent, conſcenſo nauigio Nicodromus ex Aegina profugit, alijs nonnullis Aeginetarum cum comitantibus, quibus Athenienſes Sunium incolendum dederunt. Vnde illi procedentes, eos qui in inſula erant Aeginetas, depopulabātur. Sed hæc poſterius acta ſunt. Proceres Aeginetarum ſuperata plebe, quæ unà cum Nicodromo tumultum fecerat, mox eos quos ceperant, ad necem exegerunt. Vnde piaculum admiſere, quod nullo ſtudio expiare potuerunt, præoccupatiq; prius ea inſula ſunt deie-

Nicodromus.

Naues qui nis drachmis addidēre.

Prouerb.

Qui

ti, quàm deum sibi propiciauerint. Nam cum septingentos è plebe quos uiuos ceperant, ad necem eduxerunt, unus eorum è uinculis elapsus, fugit ad Cereris legiferæ uestibulum, eiusque cardinibus prehensis adhærebat: quem illi cum auellere non possent, abscissis uiri manibus ita deduxerunt, quæ manus cardinibus conserta manserunt. Hæc cum apud se fecissent Aeginetæ, classe septuaginta nauium cum Atheniensibus qui supervenere congressi, superantur. Victi nauali prælio, eosdem quos prius Argiuos in auxilium uocauerunt, sed illi noluere eis amplius auxilio esse, causati, quòd & naues Aeginetæ necessario sumptæ à Cleomene oram Argolidem tenuissent, & ipsi cum Lacedæmonijs in terram descendissent, ut nonnulli quoque è Sicyonibus nauibus descenderent in eadem contra ipsos expeditione. Quo nomine utrisque multa ab Argiuis iniuncta est mille talentorum, quorum quingena uterque populus soluceret. Et cum Sicyonij suam culpam agnoscentes, centum talentis cum Argiuis decidissent, Aeginetæ ne agnoscere quidem culpam uoluere. Erant enim superbiores. Eapropter rogantibus eis, nemo amplius Argiuorum publicè auxilium tulit: sed uoluntariorum circiter mille, duce quodam, cui nomen erat Eurybates, quinque certaminum victori. Quorum plerique non remeauere, sed in Aegina ab Atheniensibus occubuere. Et ipse dux Eurybates singulari certamine ter victor, quarto à Sophane Decelis filio oppetijt. Verùm Aeginetæ sua classe adorti incompositos Atheniensis superauere, eorumque naues quatuor cum ipsis pugnatoribus cepere. Et Atheniensis quidem bellum cum Aeginetis contraxerunt. Persa autem quæ ipsius partes erant exequebatur, cum famulo assiduè in memoriam redigente, ut reminisceretur Atheniensium:

Aeginetæ ab Athen. superãtur.

rum Pisistratidis assidentibus, Atheniensesq; crimi-
nantibus, tum cupiditate per hunc prætextum subi-
gendi Græcos, qui ei terram & aquam denegassent. I-
taque Mardonium, qui malè rem nauale gessisset,
Mardonius à præfectura semotus. præfectura amouit, aliosque designatos duces aduer-
sus Eretriam & Athenas mittit, Datim genere Me-
dum, & Artaphernem Artaphernis fratris sui filium,
Datis. datis mandatis, ut Athenas atque Eretriam diripe-
rent, captiuosque in conspectum adducerent. Post-
quam hi duces declarati ab rege digressi, ad planitiem
Ciliciæ maritimam deuenere cum ingenti ac bene in
structo exercitu, & ibi castra posuere, aduenerunt nau
ticæ copiæ omnes, ut singulis erant imperatæ. Ad
hæc equestres naues, quas superiore Darius anno mã
darat tributarijs suis præparandas. In has intro-
ductis equis, atque terrestri peditatu, sexcentis cum
triremibus in Ioniam contenderunt. Hic non re-
cto cursu secundum continentem in Hellespontum,
etiam Thraciam uersus nauigabant, sed è Samo un-
de soluerant, præter Icarium, interque insulas, præci-
puè (ut ego sentio) metu circumeundi Athon, quem
superiori anno circumnauigantes, magnam iactu-
ram fecerant. Præterea coacti sunt propter Naxon,
quam antea non cepissent: ad quam posteaquam ex
Icario pelago appulsi sunt (in hanc enim ut primum
copiæ ducerentur, Persæ urgebant) Naxij memores
priorum, fuga se in montes concitauerunt, non aus
resistere. Persæ ijs quos adepti sunt in seruitutem ra-
ptis, delubra atque urbem incenderunt. His actis,
ad cæteras insulas redeunt. Hæc dum illi agunt,
Delij relicta & ipsi Delo, fuga in Tenum abeunt. Eò
tendentes naues præcedens Datis, non sinebat ad De-
lum habere stationem, sed trans Delum apud Rhene-
am. Et simul cognito ubi Delij essent, misso cadu-
ceatore

ceatore his eos uerbis affatus est: Viri sacri, quid fuga abistis, non pro merito de me malè opinantes? Ego enim & ipse mea sponte animatus sum, & ab rege iussus, quo in loco duo dij geniti sunt, nec quid aut eum locum, aut eius incolas lædam. Redite igitur ad uestra ipsorum, & incolite insulam. Hæc Delijs per caduceatorem dixit. Mox trecenta thuris talenta super aram cõminuta adolcuit. His actis aduersus Eretriam primum nauigauit, simul omnẽ classem, simul Ioues pariter atq; Aeoles agens. Statimq; ab illius digressu Delos tremuit (ut Delij aiunt) ad meam usq; ætatem tunc & primum & postremum commota, deo mala uentura hominibus portendente. Nam sub Dario Hystaspis, & Xerxe Darij, & Artaxerxe Xerxis filio, tribus his deinceps ætatib. plus malorum passa est Græcia, q̃ uiginti alijs ante Darium ætatibus: partim à Persis, partim ab ipsis primoribus de principatu bellantib. ut non ab re Delos commota sit, prius immobilis. de qua in oraculis ita scriptum erat:

Dalos ad Delios oratio.

Delos tremuit.

Et Delon, quamuis sit adhuc immota, mouebo.

Et sanè in nostra lingua pollent hæc nomina: Darius, quod cocrcitor: Xerxes, quod bellator: Artaxerxes, q̃d magnus bellator. Barbari postquam à Delo ad alias insulas profecti sunt, sumebant illinc tum copias, tum liberos insulanorum obsides. Vt uerò insulas præternauigantes Carystum appulerunt, Carystijque negarunt se uel obsides daturos uel militaturos aduersus uicinas ciuitates, uidelicet Athenas & Eretriam significantes, Carystij tam diu obsessi sunt, eorumque ager uastatus, donec in deditionem Persarum uenerunt. Eretrienses audito Persarum exercitu aduersum se uenire, auxilia ab Athenienssibus implorauere. Quibus non deneganda auxilia rati Athenienses, miserunt subsidio illis ea quatuor millia hominum, qui

Carystus capta.

Chalcidenſium equitum obtinuerunt prædia. Sed Eretrienſium haudquaquam ſyncerum erat conſilium, qui tametſi accerſebant Athenienſes, tamen ancipiti ſententia uacillabant: quibuſdam eorum cenſentibus urbem deſerendam, & in cacumina Eubœæ eundum: quibuſdam qui propria lucra à Perſis expectarent, proditionem molientibus. Horum utrorunque animos animaduertens Aeſchines Nothonis filius, Eretrienſium primarius, patefecit Athenienſibus omnem præſentium rerum ſtatum, orauitque ut domum abirent, ne unà cum illis occumberent. Hæc conſulenti Aeſchini obtemperantes Athenienſes, illinc in Oropum tranſgreſſi, ſalutem ſibi peperérunt. At Perſæ eò aduecti, naues oræ Eretricæ ad fanum & Chœreas & Aegilia applicuerunt: potitique his locis, continuò equos expoſuere, & tanquam cũ hoſtibus conflicturi ſe inſtruxere, aduerſus quos non decreuerant Eretrienſes ſibi eſſe prodeundum. Sed quandoquidem ſententia de urbe non deſerenda euicerat, merito dabant operam ut mœnia cuſtodirent. Adorientibus ea Perſis, acri pugna per ſex dies certatum eſt: multisque utrinque cadentibus, ſeptimo die Euphorbus Alcimachi, & Philagrus Cynei, inter populares ſuos uiri ſpectati, urbem hoſtibus prodidere: quam ingreſſi Perſæ, poſtquam templa ſpoliauere, incenderunt, in ultionem eorum templorum quæ Sardibus deflagrauerant, hominibus iuſſu Darij in ſeruitutem capris. Potiti Eretria, aliquot illic dies morati, in Atticam nauigauerunt, tunc que magnam partem uaſtauerunt, rati idem facturos Athenienſes, quod Eretrienſes feciſſent. Etenim erat locus Atticæ Marathon, proxime Eretriam, ad equitandum opportuniſſimus, quo illos Hippias Piſiſtrati filius deducebat. Eódem Athenienſes & ipſi re audita ad'uim arcendam

Euphorbi & Philagri Proditores. Eretria capta.

arcendam processerunt, decem præfectis sibi ducibus, quorũ decimus erat Miltiades, cuius patrem Cimonẽ Stesagoræ filiũ fugere ex Athenis Pisistratũ Hippocratis tũ filiũ cõtigerat: & dũ fugit, obtinere Olympiadẽ quadrijugo certamine: quam uictoriam munetis gratia transtulit in Miltiadem ex matre germanum: proximaq; Olympiade eisdem equabus aliam Olympiadem cum uicisset, à filijs Pisistrati interfectus est, non iam uiuo Pisistrato. Interfectus est autem ad Prytanæum, noctu summissis percussoribus: sepultusque ante urbem trans uiam, quæ uocatur Diacœle: & è regione sepultæ sunt equæ illæ, quæ treis Olympicas uictorias reportarant. Idem quod istæ, iam aliæ equæ fecerunt, quæ fuerunt Euagoræ Laconis. Aliæ præterea nullæ. Per idem tempus maior natu filiorum Cimonis Stesagoras, apud Miltiadem patruum in Chersoneso educabatur. Minor autem apud ipsum Cimonem Athenis erat, nomen habens à Miltiade Chersonesi conditore. Hic igitur Miltiades è Chersoneso tunc profectus, dux Athenientium erat, è duplici cæde elapsus: semel cum eum Phœnices usque ad Imbrum persecuti sunt, magni facientes capere hominẽ ut ad regem perducerent: iterũ cum ab ijs elapsum, domum suam, reuersum, ac se reducem esse existimantem, inimici sui exceperunt, & ad iudicium deduxerunt, accusantes occupatæ in Chersoneso tyrannidis. Hoc reatu liberatus, suffragijs populi dux declaratus est. Duces cum adhuc in urbe essent, ante omnia legarum Spartam mittunt Phidippidem, illum quidem Athenienſem, sed tabellariam operam facitantem. Huic Phidippidi, ut ipse retulit, & Athenienſibus renunciauit, circa Parthenium montem, qui supra Tegeam est, obuius fuit Pan: compellatoque nominatim Phidippide, iussit nunciari Athenienſibus, quid

Phidippides.

Partheni-us mons.

ita.

ita Athenienſes nullam gererent curam ſui qui bene ipſis uellet, quiq; iam ſæpenumero de eis benemeritus fuiſſet, atque etiam futurus eſſet. His uerbis fide habita Athenienſes, quod corũ iam ſtatus erat bene conſtitutus, extruxerunt ſub arce templum Panos: illiq; annuis hoſtijs, ex quo nuncium accepere, ſacrificant, & ardenti candelabro ſupplicant. Phidippides autem hic, qui ſibi Pana dixit apparuiſſe, tunc cum à ducib. miſſus eſt, iterum Athenis egreſſus, Spartam peruenit, aggreſſusq; magiſtratus: Lacedæmonij, inquit, orãt uos Athenienſes, ut ſibi opem feratis, nec ciuitatem inter Græcos uetuſtiſſimam contemnatis in diſcrimen adductam, ne Barbaris uiris ſeruiat. Etenim Eretria direpta eſt, inſigniq; ciuitate Græcia imbecillior reddita. His mandatis à Phidippide expoſitis, placebat quidem Lacedæmonijs opem ferre Athenienſibus, ſed id ſibi impoſſibile confeſtim facere uidebatur, nolẽtibus legem rumpere. Nam erat nouus dies inſtantis menſis, quo die negabant ſe progreſſuros, orbe lunari non impleto. Et illi quidem pleniluniũ expectabant. Hippiæ autem Piſiſtrati filio, qui Barbaros in Marathonem perducebat, uiſum hoc in ſomnis ſuperiore nocte oblatum eſt. Videbatur ſibi Hippias cum matre concumbere. Quo ex ſomnio coniectabat fore, ut reuerſus Athenas, ac recepto dominatu ſenex domi ſuæ obiret. Hunc in modum interpretabatur uiſum ſuum. Ei tum (dum prædam Eritrienſem, quam depoſuerat in inſula Styreorum, nomine Aegilea, reportat: dumq; naues ad Marathonem appulſas in ſtationibus locat, ac Barbaros in terram egreſſos diſponit) talia adminiſtranti contigit ſternutatio, tuſſisq; ſolito uehementior. Vnde concuſſis eius, utpote ſenis, pleriſq; dentibus, unus illorum ex uiolentia tuſſiendi excuſſus eſt, & in arenam delapſus; qui magna adhibita ad inueuien-

Panos templum.

Lacedæmoniorũ ſex.

Hippiæ ſomnium.

inueniendum diligentia, cum tamen appareret, ſuſpi rans Hippias, ad eos qui aderant, ait: Hæc terra non eſt noſtra, nec eam poterimus nobis ſubiectam efficere: ſed tantummodo partem, quantum ſpacij deus, qui mihi aderat, obtinet. Hoc Hippias ſuam uiſionem interpretabatur euaſiſſe. Athenienſib. apud Herculis fanum inſtructis ſuperuenere auxilio Platæenſes, omni cum populo, qui ſeſe Athenienſib. dediderãt, & pro q̃ bus frequentes iam labores ſuſceperant Athenienſes. Dediderant autẽ ſeſe hoc modo: Cum à Thebanis premerentur Platæenſes, primum Cleomeni Anaxandridæ, qui interuenerat, atq; Lacedæmonijs ſeſe dediderũt à quibus tamen recepti non ſunt, hac oratione utentibus: A nobis, qui procul habitamus, frigidum quoddam fuerit uobis auxilium: Nam priuſquam noſtrũm quiſquam audiat, poſſitis occupati ab hoſtibus ſæpe expugnari. Suademus autem ut uos Athenienſibus dedatis, uicinis partim, & ad tuendum non inualidis. Hoc Lacedæmonij non tam conſulebant Platæẽſibus, quòd eis bene uellent, quàm quòd optarent Athenienſes defatigari Bœotio bello. Id ſuadentibus Lacedæmonijs non aduerſati Platæenſes, aditis Athenienſib. dum rem diuinam duodecim dijs faciunt, eis ad aã ſuppliciter ſedentes ſeſe dediderunt. Aduerſus quos Thebani re audita exercitum duxerunt, in eorum auxilium Athenienſes uenerunt. Sed dũ conſerturi prælio eſſent, Corinthij haud cõtemnendã ſibi rem putãtes, ad eos recõciliandos interuenere: atq; utrorũq; permiſſu regionẽ hunc in modũ terminarunt, ut Thebani eos Bœotios qui nollent inter Bœotios cenſeri, ſinerent facere q̃ uellent. Hoc ubi decreuere Corinthij, abſceſſere. Abſcedentes quoq; Athenienſes aggreſſi Thebani ſunt, cõmiſſaq; pugna, repulſi. Itaq; Athenienſes tranſgreſſi quos Corinthij ſtatuerunt terminos, Aſopum

Platæenſes.

pum fecerant limitem Thebanis. Ergo Platæenſes Athenienſibus ſeſe cum dedidiſſent, ad Marathonē tūc auxilio uenerunt. Erant autem in Athenienſium ducibus ancipites ſententiæ, alijs uetantibus fieri prælium, pauciores enim ſe eſſe, quàm ut cum Medis confligerent: alijs, quorum erat Miltiades, ad pugnandum hortantibus. Itaq; cum eſſent bifariæ ſententiæ, & deterior uinceret, ibi Miltiades Callimachum Aphidnæum adiit, tunc fortè belli principem: qui magiſtratus per ſuffragia electus in danda faba, hoc eſt, in declaranda ſententia, undecimus eſt. Nam quondam Athenienſes in dicenda ſententia parem ducibus faciebant Polemarchum. Ad hunc Miltiades: In te, inquit, nunc Callimache ſitum eſt, utrum in ſeruitutem Athenæ redigantur, an tu eas liberando memoriam tui in omne ævum relinquas, qualem ne Harmodius quidem atq; Ariſtogiton reliquerunt. Nam Athenienſes nunc in maximum omnium (ex quo nati ſunt) uenere diſcrimen: qui ſi Medis ſuccumbant, palam eſt quæ paſſuri ſint traditi Hippiæ: ſin autem ſuperent, poterit hæc ciuitas urbium Græciæ effici prima. Quo autem pacto hæc fieri, & quomodo ad te harum rerum arbitrium redire queat, nunc expoſuam. Noſtrq; qui duces ſumus bifariæ ſunt ſententiæ de prælio committendo: alijs id ſuadentibus, alijs diſſuadentibus. Qui niſi prælium committimus, uereor ne magna exiſtat ſeditio, quæ meutes eorum ſolicitet ad ſentiendum cum Medis. Si pugnamus antequam aliud uitij in nonnullis ſubeat, poſſumus dijs æquis cum uictoria diſcedere. Hæc omnia ad te tenduut, & abs te dependent: qui ſi meæ ſententiæ acceſſeris, erit & tibi patria libera, & ciuitas omnium Græcarum princeps: Sin acceſſeris ſententiæ diſſuadentium pugnam, eorum quæ recenſui bonorum tibi contraria exiſtent. Hæc dicens Miltiades,

Polemarchus magiſtratus Athenien.

Miltiades, Callimachum induxit. Ita accedente sententia principis belli obtentum est ut confligeretur. Post hæc ij duces quorum sententia de confligendo fuerat, ut cuiusque dies imperitanti uenerat, uicem suam Miltiadæ dabant: quam ille accipiens, non tamen prius decertandum putauit, quàm dies imperij sua ad uenit. Itaque ubi uices eius fuere, tunc Athenienses hunc in modum instructi sunt ad confligendum: Dextro cornu præerat Callimachus princeps belli. Ita enim lex apud Athenienses tunc postulabat, ut is dextrum cornu teneret. Hoc duce sequebantur deinceps cæteræ tribus, ut quæque ordine erat. Nouissimi sunt collocati Platæenses, ijdem sinistrum cornu tenentes. Quo factum est, ut ab huius pugnæ tempore, quoties Athenienses ferunt hostias apud panegyrias, id est, publicos conuentus, qui quinto quoque anno fiunt, Atheniensis præco conceptis uerbis precetur bona Athenienſibus pariter & Platæenſibus. Igitur Athenienſium acies tunc apud Marathonem instructa idcirco sic erat, quòd aciem Medicam imitabatur: sed in medio paucis conferta ordinibus, ideoq; illic debilior: utroque autẽ in cornu confertior, quæ posteaquam ita instructa est, ac sacrificium litatũ esse Athenienses audierunt, tunc cursum in Barbaros tendunt. Erat autem inter utranque aciem non minus octo stadiorum intercapedinis. Quos cursu ferri in se uidentes Persæ, aptabant se tanquam illos excepturi: insaniæ dantes id, quòd cernerent cursu rendere, cum pauci essent, non equitatu, non sagittis fretos. Hoc ita Barbari interpretabantur. Athenienses, posteaq; cõferti conflixere cũ Barbaris, pugnã memoratu dignã ediderunt. Quippe primi omniũ Græcorũ (quos ipsi nouimus) cursu in hostẽ usi sunt; primi sustinuerũt cernere Medica uestc indutos: cũ antehac uel audire nomẽ

Athenien. exercitus ordo.

Medorum

Medorum Græcis terror fuisset. In Marathone cũ diu pugnatum esset, Barbari circa mediam aciem uicerũt, ubi Persæ stabant, & Sacæ: eaq; perrupta, hostem in mediterranea persequebantur. At in utroq; cornu uicere Athenienses Platæenseſq;: ab Barbaris, qui terga dederant, fugere permissis, contrahunt cornua, & cum ijs qui mediam ipsorum aciem perfregerant, dimicantes superant, fugientes Persas urgent, cædunt q;, donec ad mare progressi, petito igne naues corripuere. Quo in certamine Callimachus belli princeps interficitur, egregia nauata opera. Occubuit è ducibus quoq; Stesilcus Thrasyli, & Cynægyrus Euphorionis filius, dum summam puppim apprehendit, abscissa bipenni manu cecidit: necnon alij Athenienses multi & clari. Septem quidem naues obtinuerunt Athenienses hoc mõ: Cæteris Barbari tractis, receptisq; captiuis Eretriensibus ex insula, ubi reliquerant, circũuehuntur Sunium, animo præuertendi Athenienses in urbem abeuntes. Cæterum Alcmæonidæ ab Atheniensibus insimulati sunt, quòd uidelicet ex composito Persis adhuc apud insulam agentibus clypeum ostenderint. Dum illi Sunium circũuehuntur, Athenienses cursu abeuntes celerrimè ad ferendam urbi opem properarũt; Barbarosq; eôdem tendentes præuerterunt, progressiq; ex Herculis templo, quod est in Marathone, in aliud Herculis templum, quod est in Cynosargi, castra posuerunt. Barbari superata classe in Phalerochie eũm Athenienſium naualia tunc erant) super eum locum aliquandiu propter tempestatem morati, rursus in Asiam abierunt. Quorum in hac pugna apud Marathonem gesta, occubuere circiter sex millia trecenti: Athenienſium uerò centum nonaginta duo. Tot ex utriſq; cecidere. In qua pugna hæc res mira contigit, ut Atheniensis quidam Epizelus Cuphagoræ filius, dum stante

Callimachi cædes.

Stesileus.

Cynægyrus.

Sunium.

Clypeus Atheniensis.

Marathonia clades

ſtante acie pugnat ſtrenue, luminibus caperetur, neq; ſaucius ulla parte corporis neq; ictus, atq; ita cæcus in reliquum uitæ tempus, permanſit. Quem audiui dicere ſolitum de ſua clade, uiſum ſibi eſſe reſiſtere uirum quendam armatum procero corpore, cuius mentum omnem clypeum inumbraret: & hanc laruam ipſum prætergreſſam fuiſſe, ſed illum qui ſibi aſſiſteret occidiſſe. Hæc Epizelum ſolitum cõmemorare audiui. Datis in Aſiam cum claſſe rediẽs, ubi Myconem tenuit, uidit in ſomnis uiſum. Id tamen quod fuerit, non traditur. Vbi primũ dies illuxit, naues timatus eſt: compertoq; in naui Phœnicea ſimulacro Apollinis inaurato, ſciſcitatus eſt quo è templo ſublatũ eſſet. Et ubi audiuit ex quo templo, nauigans ſua naui in Delum (Iã enim Delij in inſulam redierant) ibi ſimulacrum in templo depoſuit, præcepitq; Delijs, ut illud in Deliũ Thebanorum referrent, quod eſt ſupra mare è regione Chalcidis. Hoc ubi præcepit Datis, uela illinc fecit. Delij tamẽ hanc ſtatuã non reportauerunt, ſed uiceſimo pòſt anno, cum Thebani ex oraculo in Delium contulerunt. Datis & Artapherues, poſteaquã in Aſiam nauigauere, captiuos Eretrienſes Suſa perduxere. Quos Darius rex, etſi in eos ante captiuitatem multum contraxerat acerbitatis, quòd ſe priores iniuria laceſſiſſent, tamen ut in conſpectũ ſuum adductos uidit ac ſibi ſubiectos, nullo alio malo affecit, ſed in ſua Ciſſiæ regionis manſione collocauit, cui nomẽ eſt Anderica, ducẽtis ac decẽ ſtadijs procul à Suſis, quadraginta à puteo, qui exhibet trifarias rerũ ſpecies. Nam ex eo aſphaltum (id eſt, bitumen) & ſalem & oleum hauriunt, ad hunc modum: Hauritur quidem celoneo (id eſt, inſtrumento ciconia) pro ſitula aũt dimidiato utre ad ciconiã alligato, quo in puteũ decuſſo, quicquid hauritur, mox in ciſternã diffunditur, atq; huic aliò effuſum, triplici

Epizeli prodigioſa cæcitas Apollinis ſimulacrũ

uarietate concreſcit. In aſphaltum quidem & ſalē, pro
tinus. Hoc aūt oleum Perſæ Rhadinacem appellant,
atrū ac grauiter olens. Hoc loci rex Darius locauit Ere-
trienſes: quem ad meam uſq; memoriam tenuere, ſer
uantes priſtinam linguam. Quod ad Eretrienſes attinet, ita habet. Poſt plenilunium duo millia Lacedæmoniorum Athenas uenerunt, tanta feſtinatione adipiſcendi hoſtem, ut triduo quàm ex Sparta diſceſſere, in Atticam peruenerint: & licet ſerius ad pugnam uenirent, tamen intuendi Medos cupidi, ad illos intuendos in Marathonem perrexerunt. Quibus uiſis, laudatiſq; Atheniēſibus ob præclarum facinus, rurſus redierunt. Tenet admiratio me, nec rationem inire poſſum, Alcmæonidas unquam Perſis ex compoſito oſtē diſſe clyepum, quòd uellēt Atheniēſes Barbaris atq; Hippiç ſubeſſe: quippe quos conſtat in habendis odio tyrannis, uehementiores eſſe quàm Calliam Phœnippi filium, qui fuit pater Hipponici. Nam Callias cum alia omnia in Piſiſtratum inimiciſſimè commentus eſt, tum uerò ſolus Atheniēſium omnium illius Atheneis electi, cum publicè ſub præcone uenderentur bona, emere auſus eſt. Huius Calliæ mentionem crebrò plerique omnes habere debent, cum ob ea quæ dicta ſunt, ut uiri ſummopere patriam liberantis, tum ob hæc quæ in Olympia fecit. Nam & in equorum curſu palmam obtinuit, & in quadrigario fuit ſecundus: & in ludis Pythijs cum primas obtinuiſſet, in uniuerſos Græcos ſumptuoſiſſimus extitit: tum ob id qualem ſe in filias ſuas, quæ tres fuerunt, exhibuit. Nā poſteaquam nubiles extitere, hoc eis magnificentiſſimum manus eſt gratificatus: ut quem ſibi unaquæque uellet ex omnibus Atheniēſibus, eum deligeret: atque ita eam illi nuptum dedit. At Alcmæonidæ aut perinde, aut nihil minus quàm Callias peroſi tyran-

Lacedæmoniorū poſt beſſū auxilium.

Alcmeonidæ an ſcutū Perſis prodiderint.

Filiæ Callix.

nos

nos fuere. Quo maior me admiratio ſubit, minus ſ admitto criminationem, eos clypeum Perſis oſtendiſſe: qui per omne tempus tyrannos effugerunt, & quorum aſtutia Piſiſtratidæ tyrannidem reliquerunt. Atque ita multò magis Athenarum liberatores extiterũt meo iudicio, quàm Harmodius & Ariſtogiton. Illi enim Hipparcho interempto, non tam cæteros Piſiſtratidas ab affectanda tyrannide repreſſerunt, quàm ad illam irritauerunt. Alcmæonidæ autem proculdubio Athenas liberauerunt: ſiquidem ij uerè fuere, qui Pythiam perſuaſere ad Lacedæmonios commouefaciendos, ut Athenas liberarent, quemadmodum ſuperius à me commemoratum eſt. At enim forſitan ſuccenſentes Athenienſi populo, patriam prodiderunt. Imò nulli erant eis inter Athenienſes uiri illuſtriores, neque qui magis eſſent honorati. Neq; uerò ſermo obtinuit, clypeum ab his fuiſſe oſtenſum. fuit enim oſtẽſus clypeus, id quod negari non poteſt, quippe quod factum fuerit. Sed quis oſtenderit, non habeo iam dicere. Erant autem Almæonidæ iampridem Athenis clari ſanè uſque ab Alcmæone, atq; etiam Megacle. Etenim Alcmæon Megaclis filius, ijs Lydis, qui Sardibus à Cræſo Delphos ad oraculum ierant, adminiſtrum ſe præbuit, eoſq; comiter accepit. Cuius beneficentiam Cræſus à Lydis, quos ad oraculum miſerat, cum audiſſet, hominem accerſijt, & ubi aduenit, eum donauit tãto auro, quãto ſemel corpore ſuo ferre poſſet. Ad hanc doni cõditionẽ Alcmæon hanc aſtutiam attulit: Pergrandem tunicam amictus, ingẽti in ea ſinu relicto, cothurniſq; (quos laxiſſimos reperit) calceatus, ad thesaurũ perrexit, ad quẽ ducebatur. Ibi in aceruũ ramentorum procumbens, primum cothurnos quibus erat indutus, auro quantum ferebãt referſit. Deinde omnẽ ſinum ſuum, atq; etiam crines ramentis ſubigens, &

Alcmæonidarũ generis claritas.

parte in os desumpta, è thesauro processit, ægre trahens cothurnos, cuinis alteri rei quã hominũ similior: cuius os cum turgidum esset, & omnia onusta, id cernens Crœsus, in cachinnum (per rumpens, ea omnia illi dona uitæ nec minora his alia dona dedit. Ita domus hæc uehementer locupletata eũ. Et Alcmæon quadrijugos equos alens, uicit Olympia. Sed eam domũ deinde secũda ætate, Clisthenes Sicyonis tyrãnus euexit: ut multo magis quàm prius inter Græcos celebris extiterit. Erat enim Clistheni Aristonymi filio, Mytonis nepoti Andrei, pnepoti, filia nomine Agaristæ: q̃ pater destinabat nuptũ dare ei, quẽ præstantissimũ Græcorũ omniũ comperisset. Cum igitur ludi Olympici celebrarẽtur, & ex eis Clisthenes curriculo quadrigali uictor extitisset, nunciari iussit uoce præconis, ut quisquis sese dignum putaret qui Clisthenis gener esset, is ad sexagesimum diem aut prius Sicyone præsto foret: quoniam Clisthenes intra annum à sexagesimo die inceptarum exequi nuptias destinasset. Itaque omnes Græci, aut sua ipsorum, aut familiæ claritate sibi confidentes, eò proci contenderunt: quibus Clisthenes & curriculũ, & palæstram ad certandum præparauerat. Ex Italia illuc se contulit Smindyrides Hippocratis filius Sybarita (florebat autem maximè Sybaris ea tempestate) qui unus uir in plurimum deliciarum processerat: & Siritanus Damas, Samyris filius, eius qui sapiens appellabatur. Et hi quidem ab Italia uenerunt. Ab Ionio autem sinu Amphimnestus, Epistrophi filius Epidamnius. Aetolus uerò Males, germanus Titormi illius, qui Græcos robore fuerat supergressus, & in extrema Aetoliæ homines fugerat. É Peloponeso Leocides Phidonis Argiuorum tyranni filius, cius in quam Phidonis, qui spacia Peloponnensibus statuit, longè omnium Græcorum insolentissimus: qui summotis Helicensium

Agaristæ proci.

liensium agonothetis, id est, munerarijs, ipse agonotheta extitit in Olympia, id est, certamen præmiumq; proposuit: necnon Amiantus, Lycurgi filius Arcas, ex Trapezunte: & Laphanes Azenus, ex urbe Pæo, filius Euphorionis eius, qui (ut in Arcadia fertur fama) in domum suam excepit Castorem & Pollucem, & ob id in omnes homines hospitalis: & Heleus Agæi filius, uir præclarus. Hi ex ipsa Peloponneso uenerunt. Ex Athenienſibus autem Megacles Alcmæonis eius filius, qui ad Crœsum se contulerat: & alter Hippoclides Tisandri filius, diuitijs ac forma inter Athenienses præcipuus. Ex Eretria, quæ per id tempus florebat, Lysanias: solus hic ab Eubœa. E Thessalia à Scopadeis Diactorides Cranonius. Ex Molossis Alcon. Tot proci fuere. Qui cum ad diem præstituram adfuissent, Clisthenes ante omnia patriam singulorum familiamque percontatur. Deinde eos annum apud se detinēs, explorauit uniuscuiusque & uirilitatem & iracundiam, & eruditionem, & mores: nunc cum singulis, nunc cum uniuersis congressus, & iuniores in gymnasia educens, præcipuè tamen in conuiuijs experiebatur. Quandiu enim eos apud se tenuit, hoc fecit, ac magnificè accepit. Sed ei inter procos præcipuè cordi erant Athenienses: & illorum magis Hippoclidem Tisandri filium strenuum esse iudicabat, cum præsertim eius maiores, Cypselidis Corinthijs propinqui fuissent. Cum autem destinatus nuptijs dies illuxit, quo ipse Clisthenes edixerat iudicaturum se, quem ex omnibus deligeret, mactatis centum bobus, in conuiuium tum ipsos procos, tum omnes Sicyonios accepit. Postea uerò quàm cœnatum est, proci certamen de musica habere cœperunt, pariter & de oratione habenda in medium. procedente potatione, Hippoclides cum longè alios antecederet, iussit tibicinem sibi

canere ἐμμέλειαν, id est, sedatum quoddam saltationis genus. Tibicine obsequente saltauit, sibi quidem placens, sed Clistenes omnem rem cernens dissimulabat. Post hæc cũ aliquantulũ interquieuisset Hippoclides, iussit quandam sibi inferri mensam. Qua illata primum super eam Laconicos saltauit modulos, mox alios Atticos, tertiò super mensam capite statuto, cruribus ueluti brachijs modulabatur. Ad cuius primam ac secundam saltationem, etsi stomachabatur Clisthenes tam impudentem sibi generum fieri, tamen sese continebat, nolens in eum erumpere. At ubi uidit cruribus ueluti manibus gesticulantem, iam se ultrà continere non sustinens, inquit: Fili Tisandri, desaltasti matrimoniũ. Cui excipiens ille ait, Non est istud curæ Hippoclidæ. Vnde prouerbium factum est, Non est istud curæ Hippoclidę. Tunc Clisthenes silentio imposito, in medium hæc protulit: Viri proci meæ filiæ, uos equidem omnes laudo, uobisq; omnibus si fieri posset gratificarer, neque unum è uobis præcipuum probans, neque cæteros improbans. Verùm fieri non potest, ut de unica uirgine deliberans, omnium uoto satis faciam. Itaque singulis uestrũm, qui compotes huius matrimonij non estis, tanquam dignis meę filię nuptijs, quodq; domo peregrè abfuistis, singula argenti talenta dono do: Megacli autem Alcmæonis filio, meam filiam Agaristiam despondeo ritu Athenienſium. Annuente conditioni Megacle, nuptię apud Clisthenem celebratæ sunt. Hactenus quæ iudicãdis procis gesta sunt. Atque hunc in modum Alcmæonidę per Græciam celebrari cœperunt. Porrò ex horum cõiugio, Clisthenes auo materno cognominis procreatur, qui Athenienſium tribus populariumq; statum instituit: item Hippocrates: ex Hippocrate uerò alius Megacles, & alia Agaristia, ab Agaristia Clisthe-

Megacles Alcmæonis filius, gener Clisthenis fuit.

nis

nis nomen habens: quæ nupta Xanthippo Ariphronis filio, cum prægnans esset, uisa est sibi in somnis parere leonem, paucosq; post dies peperit Xanthippo Periclem. Miltiades cum antea probatus apud Athenienses, tum uerò post rem bonam gestam in Marathone, maioribus incrementis auctus, petit ab Athenienſibus septuaginta naues cum propugnatoribus & pecunia, non promens eis cui regioni bellum esset illaturus, sed tantummodo se illos locupleturum, si se sequerentur. Ad eam enim regionem se illos ductorum, unde affatim aurum nullo negocio reportarent. His uerbis Athenienses, erectis animis, naues (ut petierat) tradiderunt: Quibus Miltiades acceptis, in Parum nauigat, per speciem ulciscendæ iniuriæ, quam intulerant Parij, quòd triremi in Marathonem unà cum Persis uenissent. Hoc colore orationis utebatur. Cum autem infensus esset Parijs ob Lysagoram Tisei filium, genere Parium, qui ipsum apud Hydarnem Persam accusauerat: eò postquam peruenit Miltiades, Parios intra mœnia coactos obsedit, missoq; caduceatore popoſcit cētum talenta, negans si ea sibi non darent, se prius illinc abductorum copias, quam eos cuertisset. Parij non ut quicquam pecuniæ Miltiadi dent cogitant, ut custodiāt urbem excogitant, cum alia loca interſepientes, tum maximè unde ea oppugnari poterat, adeò ut noctu laborantes, murum duplo quàm olim fuerat exciterint. Hactenus Græci de hac re commemoranda cōsentiunt. Deinceps gesta ipsi Parij referunt hunc in modum: Miltiadem cum inops consilij esset, adisse atque allocutum fuisse mulierem captiuam, genere Pariam, nomine Timūm, quæ esset indigenarum deorum administra. Hanc cum in conspectum uenisset, consiliū ei dedisse, si magnificaret, Parū capere, ex

Timo sacerdotis.

quereretur, quæ à se præciperentur. Eius deinde præceptis auditis, Miltiadem accessisse ad maceriam quandam ante urbem, qua in macerie sepitur tẽplum Cereris legiferæ: eamq; quia fores aperire non poterat, transiliisse: & illam transgressum, solarium ascendisse ad aliquid intus faciendum, siue ad mouendũ aliquid quod moueri nefas esset, siue ad aliquid quodcunque sit agendum. Et cum pro foribus esset, subeunte horrore præoccupatum, eadem uia reuertisse: deq; maceria desilientem femur conuulsisse: alij in genua procidisse aiunt. Ita Miltiades male habens, domũ remeauit, neq; pecuniam Athenienſibus portans, neq; Paro parta: urbe tantum per sex & uigiuti dies obsessa, & agro populato. Parij, cognito quòd ministra deorum Timo Miltiadem admonuisset, uolentes ob id de ea supplicium sumere, postquam obsideri desierũt, Delphos miserunt scisciratum, num ministram deorum condemnare deberẽt, quæ rationem capiendæ patriæ hostibus detexisset: quæq; Miltiadi exposuisset sacra, quæ ad uirilem sexum efferri nefas esset. Id Pythia fieri non permisit, negans Timum earum rerum esse autorem: sed quia Miltiadæ non bene obeundum esset, ideo ei ducem malorum apparuisse. Hæc Parijs Pythia respondit. Miltiadem è Paro reuersum cum alij Athenienses in ore habebant, tum præcipuè Xanthippus Ariphronis filius: qui eum apud populum accusauit, quòd Athenienses circunscripsisset. Cui accusationi Miltiades non per se ipse respondit (neq; enim poterat, quippe qui putrescente femore iaceret in lecto) sed pro eo amici eius: allegantes cum alia multa, & Lemnum expugnatam, quam ultus Pelasgos Athenienſibus tradidisset, tum uerò pugnam in Marathone gestã. Interuenit tamen populi ne capitis damnaretur, quinquagiuta talentis culpa mulcta est. Post hæc Miltiades dissoluto

Miltiades accusatur

Miltiades absolutus.

luto atq; marcescente femore decessit. Quinquaginta autem talenta Cimon filius exoluit. Porrò Lemnum Miltiades hunc in modum obtinuerat: Pelasgi postea quam ex Attica ab Atheniensibus exacti sunt, siue iure siue iniuria: nam de hoc nihil habeo præter relata: quia Hecatæus Egesandri in sermonibus ait, iniuria. Atheniensis enim cum viderent regionem quæ erat sub Hymesso, quam illis habitandam dederant, mercedem muri circa arcem olim extructi bene excultam, quæ prius mala fuisset, & à nemine accipi digna, liuore captos fuisse, & libidine terræ potiundæ: & ita illinc exegisse illos, nulla alia re in excusationem allata. Vt autem Atheniensis aiunt, iure electi: quippe cum essent sub Hymesso habitantes, illinc prodire solitos hanc iniuriam intulisse: Quotics filiæ ac filij Atheniensium ad Nonem fontes aquarum pergerent (nulla dum enim aut eis aut ullis Græcis per id tempus mancipia erant) Pelasgos eis per contumeliam & cõtemptum uim attulisse: neque hoc fecisse contentos, ad extremum manifestò deprehensos de inuadendis Atheniensibus consilia agitasse: Se uerò adeò meliores quàm illi fuerant uiros fuisse, ut cum haberent facultatem interimendi eos, quos sibi insidiatos deprehendissent, tamen noluerint: sed eis præceperint, ut è regione excederent: atque ita illos solum uertisse, & tum alia loca, tum Lemnum obtinuisse. Illa Hæcatæus, hæc Atheniensis aiunt. At Pelasgi hanc Atheniensium iniuriam ulciscendi auidi, ij qui Lemnum incolebant, gnari quando dies festi Atheniensium celebrarentur, biremib. instructis, insidias manipulatim collocarunt uxoribus Atheniensium, diem festum Dianæ apud Brauronem agentibus: permultisq; illarũ illinc raptis abierunt, & in Lemnum delatas pro concubinis habuerunt. Hæ fœminæ postea quàm filijs abunda

Hecatæi sermones.

Atheniensium uxores raptæ.

uere, lingua eos Attica ac moribus Atheniensium imbuerunt. Et illi consuetudinem cum Pelasgidam filijs habere abnuebant: & si quis è suis ab illorum ullo uapularet, cuncti auxilio aderant, & mutuo sese tutabantur: ac dignos se qui alijs pueris dominarentur, existimabant, atq; adeo longè prævalebant. Qua re animaduersa Pelasgi inter se collocuti sunt, considerantesq; rem esse indignam, inter se dicebant: Si nunc, dũ pueri sunt, dignoscunt sibi opitulari aduersus filios uxorum legitimarum, quas uirgines duximus, & eis continuò præesse conantur, quidnã facient in uirilẽ adulti ætatem? Itaq; cum id eis altius insedisset, placitum est, ut eos filios è matribus Atticis susceptos necarent. His necatis, addunt & cædes matrum. Ex hoc facinore & illo superiore fœminarum, quæ uiros suos unà cum Thoãte interemerunt, usu receptum est per Græciam, ut terrerrima quæq; facinora Lemnia appellentur. Pelasgi cum eis post necem liberorum atq; uxorum neq; tellus fructum redderet, neq; uxores, neq; pecora ut prius gignerent, pariter fame & liberorum orbitate uexati, Delphos miserunt petitum aliquod lenamentum præsentium malorum. Iussi à Pythia pœnas Atheniensibus quas illi uellent pendere, Athenas iere: pollicitiq; sunt daturos se pœnas illis omnis iniuriæ. Athenienses stratis incuria toris quã poterant splẽdidissimè, appositaq; mensa omniũ bonorum refertissima, iusserunt Pelasgos ita se habentem regionẽ sibi tradere. Tunc Pelasgi excipientes dicere: Si nauis uento aquilone atq; uno die nos è uestra regione in nostrã peruehet, ita demũ uos quod petitis trademus. Hoc dixere, quod scirent fieri non posse. Nam Attica multò magis ad austrũ uergit quàm Lemnus. Hæc hactenus. Tunc compluribus deinde interiectis annis, ubi Cherronesus (quæ est in Hellesponto) Atheniensiũ ditionis fuit,

Lemnia facinora.

Athenien. ad Pelasgos.

Pelasgorũ responsio.

fuit, Miltiades Cimonis, uentis Etesijs perflantibus, ex Eleunte (quæ est in Chersoneso) soluens in Lemnũ delatus est, præcepitq; Pelasgis, ut ex insula excederẽt: rediges eis in memoriam oraculum, quod nunquam illi explerum iri sperassent. Quorum Hephæsticenses quidem obtemperauerunt: Myrinæi autem non agnoscentes Chersonesum esse Atticam, tamdiu obsessi sunt, donec in deditionem uenerunt. Ita Lemnio potiti sunt Athenienses atque Miltiades.

Lemnos capta.

HERODO-
TI HALICARNAS-
SEI HISTORIA-
rum Liber VII.
Qui inscribitur
POLYMNIA.

POSTEA verò quàm nuncius pugnæ ad regem Darium Hystaspis filiũ allatus est, ad Marathonem gestæ, cũ antea uehementer infensus esset ille Athenienſibus, quòd Sardis inuasissent, longè infensior factus est, ac propensior ad bellum Græciæ inferendum: missisq; continuò nuncijs ad ciuitates, edixit ut singulæ multò quàm antea maiores copias, nec non naues, nauigia, equos, rem frumentariam compararent. His nuncijs Asia triennium exagitata est. Vbi cum delectus agitur optimi cuiusq; aduersus Græciam militaturi, & apparatui opera datur, quarto anno Aegyptij (qui fuerant à Cambyse subacti) defecere à Persis: quo magis aduersus utrosq; Darius expeditionem sumere properabat, Aegyptios atq; Athenienses. Dum hæc comparat, interea ingens inter eius liberos de principatu exorta dissensio est, quoniam ex instituto Persarum, oportebat ita demum ire in expeditionem, cum regni successorem declarasset. Erant autem Dario antequàm regnaret liberi tres, è priore uxore Gobrys filia susceptì, & post partum regnum alij quatuor, ex Atossa Cyri filia.

Aegyptiorũ à Persis defectio.

Darij liberi de imperio disceptantes.

Lex Persarum.

Superiorum

Superiorum maximus natu erat Artabazanes, posteriorum Xerxes. Qui cum ex eadem matre non essent, disceptabant: Artabazanes quidem quòd omnis paternæ sobolis ipse maximus natu foret, cum apud uniuersos homines sit institutum, ut maximus natu liberorum obtineat principatũ: Xerxes uerò quòd ipse Atossa genitus esset, filia Cyri, qui Persis libertatem acquisisset. Dario nondum ferente sententiam, aderat fortè Demaratus Aristonis filius, qui per id tempus altercationis Spartano regno exutus, ac Lacedæmone profugus, Susa ascenderat. Hic uir audita liberorum Darij controuersia, adijt (ut fama fertur) Xerxem; admonuitq; ut ad cætera quæ pro se diceba t, hoc adderet: se quidem genitum è Dario iam rege, & Persarum imperium obtinente: Artabazanem uerò è Dario cũ erat priuatus: proinde neq; æquum, neq; iustum esse alium quempiam potius quàm se illam dignationem adipisci. Quoniam Spartæ quoq; sic usurparetur, ut si cui antequam regnet filij nascantur, deinde regi iam alius nascatur, huius postea nati successio regni sit. Hac à Demarato subiecta ratione utentem Xerxem, tanquam iustè dicentem, Darius regem declarauit: quanquam etiam citra præceptum Demarati Xerxes (ut mea fert opinio) regnauisset: quippe cùm omnis potentia penes Atossam esset. Declarato Darius Xerxe rege cùm conaretur rebus apparatis, exire in expeditionem; altero ab defectione Aegyptiorum anno supremum diem obijt, sex & triginta annis regni expletis, haud compos uoti, ut Aegyptios & Athenienses ulciscerétur. Eius morte regnum ad Xerxem filium deuenit, qui ab initio nequaquam animatus erat ad bellũ Græciæ inferendum, sed Aegypto. Cæterùm Mardonius consobrinus eius, Gobrys & sororis Darij filius, cũ aggressus his uerbis est allocutus: Domine, haud decorum

Successionis lus.

Xerxes rex declaratur.

Darij obitus.

rum est Athenienses tam malè iam de Persis meritos, non dare pœnas eorum quæ perpetrauerunt. Tu uerò quod in manibus habes perfice, tamen ubi Aegyptũ, quæ diguitati tuæ iniuriã fecit, domueris, sume aduersus Athenas expeditionem: ut & bene de te loquantur homines, & post hac abstineat alius à bello tibi inferendo. Et hæc quidem erat ratio ultionis exigendæ. Illa autem rationis accessio, Europam esse regionem admodum speciosam, omniaq; genera felicium arborum ferentem ac summæ bonitatis, & dignam quæ à solo inter mortales rege possideatur. Hæc Mardonius dicebat, ut iuuenis ac nouarum rerum cupidus, imperijq; Græciæ pro rege administrandi, quod etiam regi persuasit, conditione temporum adiutus. Nam alia, ut rex ad hoc faciendum induceretur, adiumento fuere. Primum è Thessalia nuncij ab Alebadis, ad regem inuocandum aduersus Græciam, se enim omne obsequium præstituros. Alebadæ autem isti erant Thessaliæ reges. Deinde ij Pisistratidæ, qui Susa ascenderant, qui cum eadem uerba habuerunt, quæ Alebadæ, tum uerò prætendebant Onomacritum quendã Athenienssem, quem secum habebant, sortilegum, & Musæi sortium edissertatorem. Ascenderant autem cum eo reuersi in Græciam. Nam Onomacritus ab Hipparcho Pisistrati filio Athenis fuerat eiectus: quod per Lasum Hermionis manifestò deprehensus fuisset, inter Musæi sortes hanc etiam inseruisse, fore ut insulæ Lẽno adiacentes, mari submergerentur. Ob id Hipparchus hominem ieiecerat, cum familiarissimè illo antea uteretur: & tunc cum eodem, ut in conspectũ regis ueniret, ascẽderat: deq; eo honorificè cum alijs Pisistratidis loquebatur. Onomacritus, si quæ sortes cladem Barbaro nunciabant, earum nullam recitauit. Itaque accedente hoc sortilego, & Pisistratidarũ

Musæi sortes.

&

& Alcbadarum ſuaſionibus, Xerxes ad inferendum Græciæ bellum inductus eſt. Sed altero à morte Darij anno, primam expeditionem fecit aduerſus Aegyptios, qui rebellauerant: quos ſubactos, & in arctiorem quàm ſub Dario fuerant ſeruitutem redactos, tradidit gubernandos Achæmeni fratri ſuo Darij filio, quẽ præſidem Aegypti interiecto deinde tempore interemit Inarus Pſammetichi filius, Pœnus. Xerxes recepta Aegypto productaturus aduerſus Athenas exercitũ præſtantiſsimos quoſq; Perſarum in concilium uocauit, ut & illorũ ſententias audiret, & ipſe diceret quę liberet. Quibus coactis, ita locutus eſt: Viri Perſę, equidem ego nõ ero huius inſtituti autor, ſed ab alijs traditi imitator. Nam quemadmodum à maioribus natu accipio, ex quo imperium hoc à Medis eripuimus, Aſtyage per Cyrum amoto, nunquam conquieuimus, ſed ita Deus agit, & multa nobis ſibi obſequẽtibus in melius confert: atque ea quidem quę Cyrus Cambyſesq; ac pater meus fecere, quas gentes imperio addidere, non attinet referre apud probè ſcientes. Ego poſteaquam hanc ſedem accepi, dedi operam, ne ab ijs qui hoc honore ſunt functi degenerarem, neue minus potentię Perſis acquirerem. Quod animo uerſans, inuenio nobis accęſſuram gloriam pariter ac honorem, & regionem neq; inferiorem neque deteriorẽ ea, quam recuperauimus, ſed feraciorem, unà cum ultione iniuriæ, atq; uindicta. Ideoq; nunc ego uos contraxi, ut id quod agere conſtitui, uobis exponerem: Conſtituo iuncto Helleſponto copias per Europam traducere in Græciam, ut Athenienſium ulciſcar iniurias, quas cum Perſis alijs, tum patri meo intulere. Scitis autem & Darium aduerſus hos homines bellũ mouere deſtinaſſe: uerùm ei morte præuento non cõtigit ut illos ulciſceretur. Ego uerò eius uicẽ aliorũq;

Xerxis oratio ad Perſas de bello Græcis inferẽdo.

Perſarum

Persarum ulciscens, non prius desituram, quàm expugnauero incenderoq; Athenas: cuius ciues & me & patrem meum priores iniuria affecerunt. Semel cum Sardis unà cum Aristagora Milesio seruo nostro profecti cremauerunt lucos ac delubra. Iterum in nos quid fecerint terram suam ingressos, cum Datis & Artaphernes duces fuere, omnes scitis. Harum gratia rerum irritor ad inferendum eis bellum: quos atque ipsorum finitimos, regionem Pelopis Phrygis incolentes, si in potestatem redegerimus, tot bona futura esse ratiocinando comperio, ut terram Persidem ætheri Iouis cõterminam reddituri simus. Nullam enim regionẽ spectabit sol finitimam nostræ, sed ego omnem permensus Europam, unà uobiscum cunctas regiones in unã redigam. Nam ita rem habere audio, nullam reliquã esse hominum neque ciuitatem, neque gentem, quæ nobiscum dimicare possit. Ita subactis his quos dixi, & qui nos lacesserunt, iugum seruile sustinebunt. In quo si mihi uos gratificari uolueritis, ubi tempus uobis indicauero, quo uos præsto esse oportet, tunc unusquisque debebit impigrè adesse. Quorum qui ornatissimis cum copijs aderit, eũ donabo his quæ in nostra domo preciosissima habentur. Et hæc quidem ita agẽda sunt. Sed ne solus uidear in concilio sententiam dicere, rem pono in medio iubens unicuiq; quàm libet sententiam dicere. His dictis loquendi finem fecit.

Mardonij sententia.

Post quem Mardonius: Domine, inquit, tu uerò non modò superioribus Persis, sed etiam uenturis es præstantior: qui cum alia & optima & uerissima commemoras, tum uerò quòd Iones qui Europam incolunt, nõ fines habere ludibrio nos, cum sint indigni. Etenim res indigna est, si Sacas & Indos & Aethyopes & Assyrios, aliasq; multas ac grandes nationes, quæ nihil Persas læsere, tamen potentiæ prolatandæ gratia in pro-

uincias

uincias redegimus: Græcos qui nos lacessere iniuria inceperunt, non ulciscemur. Quidnam metuentes, quas illorum copias, quam pecuniarum uim? Eorum pugnam nouimus, eorum nonimus uires esse imbecilles, eorum quos subegimus liberos, penes nos habemus: hos qui domi nostræ habitantes, Iones & Aeoles & Dores appellantur. Quos ipse quoq; expertus sum, dum eis iussu patris tui intuli bellum, cumq; in Macedoniam usque processissem, & penè usque ad ipsas Athenas nemo mihi pugnaturus occurrit: & sanè cõ suenere Græci (ut audio) inconsultissimè inire bella, propter imperitiam ac sinisteritatem. Nam cum bellum inter eos indictum est, in locum quem pulcherrimum planissimumq; inuenere descendentes, ibi prælia faciũt, ita ut magno cum suo malo uictores inde discedant. Denicti (ne longius reperam) ad internecionem deueniunt. Quos oportebat, cum sint eiusdem linguæ, interpositis caduceatoribus ac nuncijs tollere controuersias, & omnia alia potius agere quàm pugnare: aut si necesse habent inter se omnino pugnare, locum aliquem inuenire utrisque difficillimum, & ibi fortunam belli tentare. Hoc itaque ritu haud probo utentes Græci, nunquam mecum uerbis egerunt de dimicando, cum Macedonia tenus promouissem. Tibi autem rex, quis obuiam uenturus est bellandi causa, copias Asiæ atque omnem classem agẽti? Non eò audaciæ procedent (ut reor) Græcorum res. Quod si me fallit opinio, & illi uecordia elati ad pugnandum nobiscum uenient, discant nos esse in re bellica præstantissimos hominum. Nihil igitur sit qd non experiamur. Nam sua sponte nihil fit, sed omnia ab experimento hominibus fieri consuerunt. His Mardonius sententiæ Xerxis assentatus, loqui cessabit. Tum silentibus alijs Persis, nec diuersam ei quæ

dicta esset sententiam dicere audentibus, Artabanus Hystaspis filius Xerxes patruus, uir circunspectus, ita inquit: Rex nisi diuersæ inter se sententiæ dicantur, non potest quis eligere meliorem, sed accesse habet ea quæ dicta est, uti. At cum plures dictæ sunt, licet tanquàm aurum purum deligere: quod per se discerni cum nequeat, comparatum cum altero discerni potest. Ego patri tuo Dario, eidemque fratri meo suadebam, ne sumeret aduersus Scythas expeditionem, uiros nulla usquam oppida incolentes. Sed ille sperans Scythas Nomades se subacturum, mihi non est assensus. Itaque sumpta expeditione, multis & egregijs uiris de exercitu amissis abscessit. Tu uerò rex bellum inferre destinas uiris multo quàm Scythæ sunt præstantioribus, quique & mari & terra optimi esse dicuntur, quibus in rebus quid durum sit, hoc me tibi iustum est promere. Iuncto pontibus Hellesponto, ais te copias per Europam in Græciam deducturum, atque eos conuenit aut terra aut mari aut utrobique inuadi. Siquidem seruatur uiri esse fortes, cuius rei licet hinc argumentum capi: Si tot copias ductu Datis & Artapherais Atticam regionem ingressas, soli Athenienses profligauerunt, ergo utraque ratione congressi sunt. Quod si conscensis nauibus pugna nauali uictores ad Hellespontum nauigauerint, ac deinde pontem soluerint, hoc durum fuerit rex. Neque uerò hoc ex mea unius priuata prudentia coniecto, sed eo casu, quo aliquando parum abfuit quin opprimeretur, cum pater tuus iuncto Bosphoro Thracio, ac flumine Istro pontibus commisso, traiecit ad Scythas. Eum traiectum, Scythæ omnino instiere precari Ionas, quibus custodia pontium delegata erat, ut inter scinderent. Quo tempore si Histiæus Milesij tyrannus aliorum sententiæ accessisset, ac non contradixisset,

Artabani grauis sententia.

Diuersitatis in sentẽtijs dicendis utilitas

Coniectura à præteritis.

tradixisset, actum erat de rebus Persarum, res dictu quo que horribilis, omnem regis statum in uno uiro positum fuisse. Quare noli te ullum tale adire discrimen, nulla subsistente necessitate, sed mihi potius obtempera. Hunc cœtum in præsens missum facito, iterumque dum tibi uidebitur, re apud teipsum considerata, edicito quod optimum esse arbitraberis. Bene enim consultare, comperio maximum esse lucrū. Nam etiam si quid è contrario euenturum est, nihilo tamen minus bene consultum est, superauitq; fortuna consilium. At qui turpiter consultauit, si ei fortuna obsecundauit, ille est quidem uoti compos, nihilo tamen minus malè consilium cepit. Vides ut prægrandia animalia fulmine deus feriat, nec sinat in solescere: parua uerò nihil lædat. Vides ut magna semper ædificia magnasq; arbores, huiusmodi fulminum tela percutiant. Gaudet enim deus eminentissima quæque deprimere. Itaq; & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties deos his quibus inuidet, aut metum incutit, aut tonitruum. Propterea quidam secus ac eorum dignitas postulabat, in calamitatem inciderunt, quia deus neminem alium quàm seipsum sinit magnificè de se sentire. Omnes res properando pariunt errores, unde magna detrimenta fieri adsolent. In cunctando autem bona insunt: si non talia quæ statim uideantur esse bona, certè quæ suo tempore bona quis esse comperiat. Et hoc quidem tibi rex suadeo.

Consultationis usus.

Tu uerò Gobrys fili Mardoni, desine loqui stolta de Græcis, haud dignis qui malè audiant. Nam Græcis detrahendo, ipsum regem uis excitare ad bellum illis inferendum: ad quod tu omni auiditate contendis (quod absit) ut fiat detractio. Nanque importunissima res est, in qua duo sunt qui iniuriam faciunt: unus, cui injuria fit. Qui enim detrahit, iniurius est;

Mora est pedia.

quod non præsentem accusat. Item qui huic credit, iniurius est, quod prius credit, q̃ rem compertã habeat. Et illi cui absenti detrahitur, ob id fit iniuria, quod ab altero insimulatur ut malus, ab altero talis putatur. Quod si omnino bellum his hominibus inferre oportet, agedum rex ipse permaneat domi apud Persas, nostrum amborum liberi deponantur, tu in expeditionem ito, delectis (quos uelis) uiris ac quantiscunque copijs: & si ex sententia tua res succedent regi, interimantur liberi mei, & insuper ego: sin succedent, ut ego dico, interimantur tui, & insuper tu, si redieris. Quod si hanc subire conditionem recusas, cupisq; in Græciam prorsus deducere exercitum, affirmo fore, ut aliqui eorum qui hic relinquentur, audiant Mardonium post allatam Persis magnam aliquam calamitatem, à canibus uolucribusque discerpi, aut in Atheniensium solo, aut in Lacedæmoniorum, nisi forte antea inter uiam, tunc aguitorum, aduersus quales utros suades regi ut moueat bellum. Hæc Artabano locuto, Xerxes ira percitus, his uerbis excepit: Artabane, quod patris mei frater es, hoc te subleuat, ne digñ stulta oratione mercedem recipias. Hac tamen te notabo ignominia, qui instrenuus es & ignauus, ne comes sis meæ in Græciam expeditionis, sed hic unà cum fœminis maneas. Ego etiam sine te (quæ dixi) conficiam. neque enim fuerim Darij, qui fuit Hystaspis, qui fuit Arsamnis, qui fuit Ariaramnis, qui fuit Teispei, qui fuit Cyri, qui fuit Cambysis, qui fuit Achæmenis filius, nisi Athenienses ultus fuero: probè intelligens si nos quieuerimus, non quieturos illos, sed nostram terram cum exercitu inuasuros: pro ut colligere licet ex ijs, quæ illi facere conarunt, qui & Sardis incenderunt, & Asiam incursarunt. Itaque neutris cedere licet, sed propositum est certamen

Xerxis ad Artabanũ iuuenile respõsum.

Xerxis genealogia.

certamen agendi aut patiendi, ut aut hæc omnia sub Græcis, aut illa omnia sub Persis sint. Medium enim inimicitiarum nullum est. Quare honestum erit nos iam iniuria lacessitos exigere ultionem, ut quam calamitatem passurus sum, intelligam, profectus adversus eos uiros, quos etiam Pelops Phryx nostrorum maiorum seruus ita subegit, ut ad hoc usque tempus & ipsi homines & eorum regio ab illius (qui subegit) cognomine appelleatur. Hæc hactenus locutus est. Deinde sub uesperum cum eum uteret Artabani sententia, per noctem apud se consultans, comperit prorsus non esse sibi opus inferre Græciæ bellum, immutataque rursus sententia cum obdormisset, uisus est in somnis (ut fertur à Persis) uidere quendam corpore ingenti atque specioso, qui sibi astans diceret: Reuocasti ne sententiam Persa de inferendo Græciæ bello, cum prædixeris Persis te comparaturum esse exercitũ, neque si reuocaueris eam, bene facis: neque qui tibi assentiatur, adest. Quare perge ire eam uiam, quam interdiu ire destinauisti Hoc locutus ille, uisus est Xerxi ab aspectu euanuisse. Vbi dies illoxit, huius insomnij nulla ratione habita, conuocato eorundem Persarum quos pridie coegerat concilio, Xerxes ita uerba fecit: Viri Persæ uenisse mihi date dicenti contrariam superiori sententiam. Nam & ego nondum ad summum, quò perueniendum est mihi, prudentiæ peruenisse: & qui ut illud faciam suadent, nullo unquam à me tempore abscedunt. Eoque mihi Artabani sententiam audienti, confestim iuuentus efferbuit, ut uerba in uirum grandem natu effunderem petulantiora quàm debui. Nunc itaque agnoscens erratum meum, utar illius sententia: & quoniam reuocaui expeditionis sumendæ sententiam, nos quieti estote. Hæc ubi audiere Persæ, lætitia affecti

Somnium Xerxis.

Xerxe instituti incipit pœnitere.

regem adorauere. In sequenti nocte idem rursus in somnio quiescenti Xerxi assistens, inquit: Fili Darij, videris expeditionẽ apud Persas reuocasse, uerbis meis pro nihilo habitis, quasi illa à nemine audisses. Hoc igitur nunc bene intellige, nisi extemplo inis expeditionem, hoc tibi ex ea re continget: Quemadmodum breui magnus & amplus effectus es, ita breui rursus humilis eris. Hoc uiso perterrefactus, è cubili exilijt, simulque nuncium misit ad accersendum Artabanum. Qui ubi aduenit, ita ad eum inquit: Artabane, ego statim cum in te bene consulentem mihi stultis uerbis inuectus sum, non fui compos mentis. Sed non multo pòst pœnitens, cognoui id mihi esse faciendum, quod tu præcipiebas. Tamen id uolens exequi non possum. Nam mihi iam animo immutato, & prioris sententiæ pœnitenti apparuit in somnis uisio, dissuadens omnino hoc quod posterius facere constitueram: quin etiam nunc interpositis minis abscessit. Quod si deus est qui insomnium misit, eiq; prorsus est cordi expeditionem sumi aduersus Græciam, continget idem tibi quod mihi insomnio, itidẽ ut mihi præcipiens. Quod ita fore coniecto, si omnem meum ornatum sumas, eoque indutus in sella mea consideas, & deinde in cubili meo capias somnum. Hæc locuto Xerxi, Artabanus initio nolle obsequi, atque negare se dignum qui regio in solio sederet: tandem cum cogeretur, fecit imperata, hæc præloquutus: Apud me rex tantundem ualet bene sentire per se, & alteri bonam dicenti sententiam accedere, quæ ambo tibi cum adsint, malorum tamen hominum colloquia te depranant: quemadmodum mare, quod est hominibus omnium utilissimum, ferunt ab ingruentibus uentorum flatibus non sini natura sua uti. Ego uerò cum ex te malè audirem, non tam meam

doluí

dolui uicem quàm tuam: qui cum propositæ essent duæ sententiæ Persis: una quæ detrimentum augeret, altera quæ tolleret, dicens perniciosum esse imbui animum usu plura semper expetendi: his propositis sententijs, tu elegisti iam quæ & tibi ipsi & Persis est periculosior. Nunc autem cum ad te mutato in melius consilio, de sumenda aduersus Græcos expedi- In somnio tione ais accessisse in somnium, alicuius dei nutu, rum ludi- quod te uetat dimittere exercitum, hoc non res diui- bria.
na est sed. Insomnia enim ista sunt, quæ adeuntia homines frustrãtur, quemadmodum ego te docebo multis quàm tu annis natu grãdior. Consuerunt ipsa somniorum uisa plerunque frustrari ob ea quæ quis per diem mente agitauit. Nos superioribus diebus expeditionem hanc inter manus, & quidem uehementer habuimus. Quod si hoc non est eiusmodi ego dico, sed aliquid diuini habens, tu ipse omnia in summa dixisti. Apparebit enim ut tibi ita & mihi eadem iubẽs. Verùm nihilo magis apparere mihi debebit tuum amicum gerenti, quàm non gerenti, sed meum: neque magis quiescenti in tuo toro quàm non, sed in meo: si etiam aliàs, uolt se exhibere. Neq; eò uesaniæ peruenit illud, quicquid est quod sese obtulit in somnis, ut me cerneus putet esse te, ducto è uestibus argumento. Id si me contemptui habebit, profectò nec aspectu suo dignabitur siue mea gerentem uestimenta, siue tua, sed te adibit, quod iam uni aduertendum est. Nam si frequentius accesserit, ipse quoq; fatebor diuinum esse. Cæterùm si ita tibi agendum uidetur, neque id re uocari potest, an ad cubandum in tuo cubili pergo. Age, mihi quoque, cum ista perfecero, appareat. Hac tantum conditione tuæ sententiæ acquiescam. Hæc locutus Artabanus, quod speraret ea à Xerxe sine ullis uerbis admissum iri, iussa exequitus est. Et cum

induta sibi Xerxis uestis, regali solio resedisset, mox-
que recubuisset, idem insomnium dormientem adijt, qui
Xerxem adierat, eique superastistens, ita inquit: Tu ne
ille es, qui festinantem ire in Græciam Xerxem distu-
nes, tanquam eius curator? Tu neque in futurum
neque in præsens consideras, qui dissuades id quod
est fatale contingere? Quid autem Xerxem pati ne-
cesse sit, nisi dicto audiens fuerit, ei ipsi demonstra-
tum est. His uerbis Artabano uisus est ille uir in som-
nis minitari, candentibusque ferramentis conari ocu-
los ipsi eruere Qua de re uehementer exclamans Ar-
tabanus exiliit, aditoque Xerxi obseruatam sibi in som-
nis uisionem exposuit, secundoque loco hæc inquit:
Artabani somnium. Equidem rex, ego ueluti homo qui multa iam uide-
Cõcupiscere mul- ram, & magna negocia sub Hessonibus contigisse, non
ta malũ est sinebam te omni ætati indulgere, gnarus rem esse ma-
lam multa concupiscere; memoria tenens quomodo
cum exercitu Cyri contra Massagetas actum fuerit,
quomodo cum exercitu Cambysis contra Aethiopes,
qui etiam cum Dario militaui aduersus Scythas. Hæc
sciens ego, sentiebam te (si quiesceres) omnium ho-
minum beatissimum. Sed quoniam diuinus qui-
dam instinctus est, & Græcos clades quædam (ut ui-
detur) missa diuinitus manet, ego quoque cedo, ac sen
tentiam muto. Tu uerò quæ diuinitus missa sunt, in-
dicato Persis, iubetoque ijs quæ ad apparatum pertinen
cia antè præceperas, operam dent. Hoc agito, ne quid
tuorum deo tribuente desit. His dictis, & sublatis
uisione animis, ubi dies extitit, ibi confestim Xerxes
hæc Persis exponit, Artabano, quem constabat prius
solum omnium id fuisse dehortatum, tunc exhortan
te. Post hæc incunti expeditionem Xerxi tertiũ in som
nis uisum oblatũ est: quod Magi auditũ, conlectarunt
ad uniuersam terram pertinere, portenderoque omnes
homines

homines Xerxi seruituros. Visum autem tale erat: Videbatur sibi Xerxes sorculo oleagino coronatus esse, cuius oleæ ramis uniuersa tellus occuparetur, & mox corona capiti circundata, euanescere. Hæc Magis interpretatis, sine mora Persæ, qui in concilio fuerant, ad suam quisque præfecturam digressi, omni studio incubuerunt ad exequenda iussa, cupidi dona quæ proposita fuerant obtinendi. Xerxes ita copi as suas contraxit, ut omnem continentis locum scru taretur. Siquidem à debellata Aegypto per totum quadriennium comparauit exercitum: atque eius apparatum quinto anno ineunte mouit cum ingenti copiarum manu. Nam omnium quos nouimus exercitum hic multo maximus extitit: adeò ut ad eum nihil fuisse uideatur aut ille Darianus, qui aduersus Scythas ductus est: aut ille Scythicus, qui Cimmerios insequens, Medicam regionem inuasit, ac penè omnia superiora Asiæ subegit ac tenuit: quo nomine Darius postea Scythas iuit ultum, aut ille (ut fama fert) Atridæ aduersus Ilium: aut ille ante Troicum bellum Mysorum Teucrorumque, qui per Bosphorum in Europam transgressus, omnes Thraces in ditionem suam redegit, ad Ioniumq; pontum degressus, ad Peneum usq; amnem, qui ad meridiem uergit, processit. Neque illi omnes exercitus, neq; alij ijs adiecti, cum uno hoc comparari merentur. Quis enim non adduxit ad Xerxem ex Asia copias? quæ aqua præter ingentes amnes potando non defecit? Alij uanq; naues præstabant, alijs ut peditatum, alijs ut equitatum, alijs ut nauigia ad uectandos equos corũ qui unà militabant, alijs ut naues lõgas in usum pontiũ præstarent, iunctum erat, alijs ut frumentũ, & naues, quæ triennio superiore præparatæ erant, præcipuè propter Athon, ut in quo superior classis dũ circunuehitur, afflicta est. Ad

Xerxis ad sio.

Xerxis ex

Eleontem enim Cherſoneſi claſſis habebat ſtationẽ, illincq; omnes copiæ ſub uerberibus cœperunt. Athon effodere per uices alijs ſuccedentibus, adiuuantibus etiam in effodiendo accolis, præpoſitis operi Bubare Megabyzi, & Artæo Artachæi filio, Perſis. Eſt aũt Athos mons ingens ac nobilis, ad mare pertingens. Ab hac parte hominibus cultus, ad continentem deſinẽs in ſpeciem Cherſoneſi, id eſt, peninſulæ cum iſthmo, duodecim ſtadiorum. Hæc planicies atq; tumuli, è mari Acanthiorum ad mare quod eſt contra Toronem, non ſunt magni. In hoc iſthmo ubi Athos finitur, ſita eſt urbs Græca, nomine Sana. Quæ aũt extra Sanam & intra Athon ſitæ ſunt urbes, eas tunc Perſes è continenti inſulanas facere aggreſſus eſt, quæ hæ ſunt: Diõ, Olophyxus, Acrothoon, Thyſus, Cleonæ. Iſtæ ſunt urbes, quæ apud Athon incolũtur. Hunc in modum Barbari locum nationatim effodiebãt, recto limite iuxta Sanam. Poſteaquam depreſſa erat foſſa ab ijs qui in imo fodiebant, alij humum effoſſam aſſiduè tradebãt alijs ſuper ſcalas ſtantibus, & hi excipientes tradebant deinceps alijs, dum ad ſummos perueniebatur, qui illam efferebant atq; abijciebãt. Qua in re tumuli effoſſi duplicem laborem illis, præterquam Phœnicibus, præbebant. Nam cum eandem facerent foſſæ menſuram ſuperius in ore, quã inferius in fundo, id neceſſe fuit contingere. At Phœnices cùm alijs in rebus, tum uerò in illo prudentiam ſuam declarauerunt: qui partem quæ eis cõtigerat, ita excauauerunt, ut os foſſæ duplum eſſet quàm ipſam foſſam eſſe oportebat, procedentesq; opere aſſiduè illã coartabant, ut cum ad imũ deuentum eſſet, foſſa cæterorũ partibus adæquaretur. Eſt aũt hoc loco pratũ quoddã, ubi illorũ erat & mercatus, & prætorium, quo multũ etiam ex Aſia frumẽti moliti cõportabatur. Hãc foſſã Xerxes (ut ego cõiectura col-

Athos mons.

ra colligo) iactatiæ gratia deprimi iussit, potentiæ ostẽ tandæ cupidus, ac memoriæ relinquendæ. Nam cum liceret nullo negocio naues per Isthmum transportare, iussit Isthmum intercidi, ad mare recipiendum in fossam, tantæ latitudinis, ut duæ triremes simul illaç agitari possent. Eisdem imperatum est, ut fossam facerent, quibus fuerat ut flumen Strymona ponti b. iungerent. Hæc Xerxes hunc in modum fecit. Comparauit item ad pontes armamenta sirpi, atq; albi lini, dato hoc Phœnicibus atq; Aegyptijs negocio, ut commeatum exercitui comportarent: ne homines, neue iumenta, quæ ducebantur in Græciam, absumerẽtur. Sed admonitus iussit illum in loca, quæ cuiq; opportunissima essent, alius alia via comporraret undiq; ex Asia nauibus onerarijs & uecturis. Verùm plurimi cõportarunt in oram quæ dicitur album litus, ut quisque præceptum erat. Alij in Tyrodizam Perinthiorum oram, alij in Dorisceum, alij in Eiona, quæ est super Strymonem: alij in Macedoniam. Dum illi in imperato sibi traiectu occupantur, interea Xerxes, coactis omnibus pedestribus copijs, iter ingressus est Sardis uersus, mouens ex Critallis Cappadociæ. Illic enim edictum erat, ut cunctæ copiæ cogerentur, quæ per continentem erant cum Xerxe ituræ. In quibus quisnam præfectorum agmen pulcherrimè instructũ ducens, ab rege donatus sit proposito præmio, affirmare non possum, quia nec à principio, cum res in iudicium deducta est, cognoui. Posteaquam trãsmisso flumine Haly, attigerunt Phrygiam, itinere per eam facto peruenerunt Celænas, ubi fontes Mæandri existunt: & alterius amnis non minoris Mæandro, nomine Cataractæ, qui ex ipso foro Celænarum exoriens influit in Mæandrum. In qua urbe, & in quo foro uisitur suspensa Sileni Marsyæ pellis, in utrem formata:

Album litus.

quam

quam à Phrygibus fertur Apollo illi detractam suspendisse. In hac urbe residens Pythius Atys filius, Lydus, omnem regis exercitum, atque ipsum Xerxem magnificentissimo hospitio excepit: spopondit'q; se pecuniam ei in bellum suppeditaturum. Ob quam sponsionem, Xerxes eos qui aderant Persas interrogauit, quisnam esset Pythius, & quantum possidens, qui hoc polliceretur. Illi, rex, inquiunt, hic ille est, qui Darium patrem tuum aurea platano ac uite donauit: quiq; nũc omnium hominũ diuitijs princeps est secundũ te. Hęc ultima uerba Xerxes admiratus, secundo loco percontatus est ipse Pythiũ, quantũ ei pecuniarũ esset. Cui ille: Neq; te, inqt, celabo rex, neq; dissimulabo me scire meas ipsius facultates, sed sciens perinde exactè recensebo. Etenim simul atq; accepi te ad nostrate Græcum esse descensurum, uolens tibi ad bellũ pecuniã dono dare, subducta ratione cõperi mihi esse argenti quidẽ duo millia talentorũ, auri uerò quadragies centena millia numũm Daricorũ septem millibus minus: quæ tibi dono do. Nam mihi ipsi uictus è mancipijs atq; agricolis suppetit. Hæc Pythius. Quibus uerbis delectatus Xerxes: Hospes Lyde, inquit, ego ex quo Persidẽ regionẽ egressus sum, neminẽ adhuc nactus sum, qui in exercitũ meum hospitalitatem exercere uoluerit: aut qui in conspectum meũ ueniens, sua sponte pecuniã mihi ad bellum cõferret, præter te: qui & exercitũ meũ egregia hospitalitate prosecutus es, & ingentem pecuniã pollicitus: ob quæ uicissim ego te ijs remunerandum duco: hospitem meum te facio, & ista quadragies centena millia numũm meo ipsius explebo, datis septem millibus: ne quadringẽtæ myriades, id est, quadragies cẽtena millia, sint imperfectæ, sed addito è meis supplemẽto summa sit solida: quæq; possideas, ipse possideto, ac scito semper talis esse. Nam ita agentem te,

Aurea platanus atq; uitis.

Pythij facultates.

te, neq; in præsens neq; in posterum pœnitebit. Hæc locutus, & quę dixerat executus, perrexit assidue porrò ire: prætergressus q; urbem Phrygiam nomine Anaua, & stagnum, ex quo conficitur sal, peruenit Colossas Phrygiæ oppidum, ubi Lycus amnis hiatum terræ subiens occultatur, deinde ferè quinq; post stadia emergẽs, elabitur & ipse in Mæandrum. Profectus è Colossis exercitus, uenit ad oppidum Cydra, quod est in finibus Phrygum ac Lydorum: ubi cippus depastus atque erectus à Cræso est, indicans literis eos fines. Ex Phrygia in Lydiam uentum est ad diuortia uiarum, quarũ sinistra in Cariam fert, dextra Sardis: quam tenentibus necesse est prorsus Mæandrum transire, urbemq; Callatibum prætereire, in qua sunt opifices mellis è myrica & tritico conficiendi. Hanc uiam tenens Xerxes, comperit platanum, quam ob pulchritudinem aureo monili donauit, eamq; cuendam uiro immortali delegauit. Et ad urbem Lydorum altero die peruenit. Postquam Sardis aduenit, principio caduceatores dimisit in Græciam, petitum terram & aquam: edictumq; ut cœnas regi instruerent ad omnes ciuitates. Sed neque Athenas neq; Lacedæmonem misit ad terram & aquam. Hæc quicunq; antea petenti Dario nõ dederant, eos tunc perterritos omnino daturos arbitrabatur. Id igitur uolens explorare, caduceatores dimisit. Secundum hæc sese apparabat tanquam Abydum profecturus, cum interea ij quibus negocium hoc datum erat, Hellespontum ex Asia in Europam coniunxerant. Est autem Chersonesi in Hellesponto, Sestum inter & Madytum urbes, ora salebrosa, quæ in mare procurrit Abydo tenus è regione. Vbi non longo pòst tempore sub Xanthippo Ariphronis filio Atheniensium duce, Artayctem hominem Persam Sesti præfectũ cepere uiuum, stipitiq; suffixerunt: qui etiã in tẽplum

Platanus aureo monili.

plum Proteſilai, quod eſt in Eleunte, addu&ctis feminis nefanda perpetrabat. Ad hanc ora ex Abydo iungere pontem inchoauere ij, quib. hoc munus erat delegatum: hinc Phœnices albo lino, illinc Aegyptij ſirpo. Eſt autem ex Abydo ad ulteriorem continentem ſeptem ſtadiorum traiectus: quem pontibus iunctum, ingens aborta tempeſtas ea omnia diripit atq; diſſoluit. Quod cum audiſſet Xerxes, indigne ferens, iuſſit trecenta Helleſponto uerbera infligi, & in eius pelagus par compedum demitti. Iam audiui, miſiſſe quoq; cum his etiam qui ſtigmata Helleſponto inurerent: certe mandauit, ut colaphos Helleſponto incuterent, dicentes barbara uerba ac ueſana: O aqua amara, dominus hanc tibi irrogat pœnam, q; cum læſiſti, qui de te nihil male meritus erat. Te tame Xerxes, uelis uolis, tranſmittet: meritoq; nemo hominu tibi ſacrificat, ut doloſo pariter & amaro flumini. Hac pœna mari Xerxes plecti iuſſit: atq; eis qui præpoſiti operi erant caput præcidi. Et illos quide pontes fecerunt ij, quibus hæc ingrata merces propoſita erat. At alij architecti qui alios fecerunt, hoc modo iunxerunt: Biremes triremesq; trecentas ſexaginta uelſus Pontum Euxinum copoſuere. Item ab altero latere trecentas quatuordecim: Porro quide tranſuerſas, Helleſponto aduerſi ſecundu defluxu, ut ſtabiliret funes armamentorum, pregrades quoq; ancoras quas copoſuerant dimiſerunt, partim ab hoc latere contra Pontu, uentorum cauſa qui extrinſecus ſpirant: partim ab altero cotra ueſperu & Aegeu, eurique auſtri cauſa; relicto ad auroram tribus in locis inter biremes trajectu: ut qui uellet, in Pontu minutis nauigijs & extra Pontum nauigare poſſet. His actis contenderunt à terra armamæra, contorquentes machinamentis ligneis, non iam ſeparatim utraq;, ſed bina ex albo lino hinc, quaterna è ſirpo illinc. Quorum quidem retinaculorum craſſitudo

Helleſpōto compedes Xerxes iniicit.

hæc

hæc erat & ſpecies: ſed pro portione linea erant grandiora, ſingulis cubitis ſingula talenta pendentibus. Iunctio pontibus traiectu codices lignorum diſciſſos, & ad latitudinem ratis adæquatos aptè inſtrauerunt ſuper armamenta intenta. Hos ubi gradatim diſpoſuerunt, tum uerò rurſus deſuper innexerunt. Quod poſtaquã fecere, materiã attulerunt, concinnéq; impoſuerunt, deinde ſuper materiam aggerẽ comportarunt: quo iniecto, ſemper hinc atq; hinc, ne maris aſpectu iumenta & equi terrerentur, prætenderunt. Perfectis his quę ad pontes pertinebant, & item circa Athon aggeribus ad fauces foſſæ propter æſtuaria maris, ne ipſæ fauces alueo obſtruerentur, Xerxes nuncio ſibi prorſus alueo abſoluto Sardibus, ubi hybernauerat, ineunte uere inſtructo cum exercitu profectus eſt Abydum uerſus. cui mouenti ſol ſua in cœlo ſede relicta, apparere deſijt: cum nullæ nubes, uerùm ſereniſſimus aër eſſet: & pro die nox extitit. Id animaduertenti Xerxi cura inceſſit percontandi Magos, quid oſtentum id uellet portendere: illi reſpondent, deum ſignificare Græcis ciuitatum defectionem, quòd dicerent ſolem Græcorum, lunam ipſorum eſſe præſidem. Ea re audita, Xerxes maiorem in modum lætatus, ire pergebat. Quem procedentem aggreſſus Pythius Lydus cœleſti oſtento perterritus, claro animo propter munera his uerbis allocutus eſt: Domine, concedesné quiddam quod impetrare cupio, tibi leue conceſſu, ſed mihi pro magno futurum? Xerxes nihil non potius illum quàm quod petebat, periturum ratus, ſe conceſſurum reſpondit, & ut peteret proloqui iuſſit. Pythius ubi hoc audiuit, ſumpta fiducia: Domine, inquit, quinq; mihi liberi ſunt, quos omnes contigit in militiam tecum ire aduerſus Græciam: horum uni tu quæſo rex miſertus mei, qui huc proceſſi ætatis, indulge militiæ

Solis eclipſis.

Sol Græcorum deus. Luna Perſarũ præſes.

uacationem,

nacationem, ei qui natu est maximus, ut & mei ipsius & census curam gerat: quatuor tecum unà ducas: ita cõfectis quæ in animo habes, rursus reuertaris. Rex ob id admodum indignatus, his uerbis respondit: Homo improbe, tũne cum ego ipse in expeditionem eam aduersus Græciam, filiosque meos & fratres domesticos, & amicos ducam, ausus es mentionem filij tui facere, qui meus es seruus, quem oportebat cum omni familia & uxore me comitari? Probè nunc discito hoc, animum in hominum habitare auribus. Qui bene audit, eius corpus uoluptate perfunditur: qui uerò malè, is exacerbatur. Tu itaque cum bene feceris, & alia eiusdem generis promiseris, non gloriaris te supergressum esse regem munificentia. Postea uerò quàm ad imprudentiora conuersus es, non tu quidem pro merito, sed minora quàm pro merito accipies. Nam te & quatuor liberos liberant tua munera. Vnius autem quem præcipuè complecteris, damno multabere. Hæc cum respondisset, subitò imperauit his, quibus delegatum erat hæc exequi, ut maximum natu filiorum Pythij iuuentum discinderent mediũ: eiusq; discissi dimidium ad dextera uiæ, & dimidium ad sinistram disponerent, & illac transiret exercitus. Hos illi ubi sunt executi, illac exercitus pertransiit: in quo præcedebant ij, qui sarcinas portabant & impedimenta. Post hos omnigenarum gentium non distincta, sed promiscuæ copiæ, numero ultra dimidium exercitus. Post has intercedebat interuallum (neque enim cum rege miscebantur) quarum principes erant mille equites, è Persis omnibus delecti. Secundã hos totidem hastati, & ij delecti ex omnibus, uersus deorsum in terram spiculis. Post hos equi decem quampulcherrimè ornati, qui Nisæi dicuntur: ideo sic dicti, quòd est ingens Medicæ regionis campus nomine Nisæus,

Animus in auris hominũ habitat.

Pythij filij dissecãtur.

Exercitus ordo.

fæus, qui grandes ferr equos. Hos decem equos seque batur sacer Iouis currus, quẽ octo equi albi trahebant, ponè auriga comitante, qui pedibus ingredicus habenas tenebat. Hanc enim sellam nemo mortalium inscendit. Post quem ipse Xerxes uehebatur curru equorum Nisęorum, præcedente auriga, cui nomen erat Patiramphi, Otanis filio, hominis Persæ. Hunc quidem in modum Sardibus processit Xerxes: sed è curru, quoties ratio exigebat, in essedum transcendebat. Eum sequebantur hastati Persarum optimi ac nobilissimi mille, è more pila gestantes. Post hos allus delectus equitatus mille Persarum. Dehinc è cæteris Persis decẽ millia peditum delecta, quorum mille in lanceis pro coronis gestabant mala punica argentea: gerebant iẽ aurea, & ij qui in terrã uersus spectantia spicula habebant, etiã mala ij, qui Xerxem ꝓximè sequebãtur. Hæc decẽ millia ordine subsequebatur equitatus decẽ millium Persarũ, relicta post hos duorũ stadiorũ intercapedine, mox ibat cætera multitudo promiscua: ita exercitus è Lydia perrexit ad flumen Caicum & regionem Mysiã: à Caico aũt à læua habens montem Canã, per Atarnẽ ad urbẽ Carinam. Ab hac per campũ Thebanũ ad urbem Atramyttiũ & Antandrũ Pelasgidẽ prætergrediens, & Idã ad sinistrã manum stringens, ad terrã Ilienſem peruenit: cui primum sub Ida noctẽ agenti, tonitrua & fulgura ingruerũt, & cõplures ex eo exercitu perdiderunt. Deinde ad Scamandrũ est uentũ, qui fuit fluuiorũ omnium primus, ex quo iter è Sardib. fieri cœptũ est. Hunc profluentẽ sua aqua destituit, nec hominib. iumẽtisq; potãtib. sufficit. Eò Xerxes postq; peruenit, Priami Pergamũ ascendit, loci uisendi cupidus. Qd ubi contẽplatus est, & singula quæq; corũ audiuit, Mineruæ Iliadi mille boues immolauit: quarũ libamine Magi heroib. parẽtauerũt. His actis, terror per noctem

Laureatæ coronæ.

Scamãdri aqua exercitui Xerxis non sufficit.

hostem exercitum inuasit, simul atq; illuxit illinc mouerunt, à læua stringentes Rhœtion urbem, & Ophryneon, & Dardanon, quę Abydo contermina est: à dextra, Gergiras & Teucros. Vbi Abydon uenerunt, Xerxi incessit cupido omnem exercitum oculis subijciẽdi. Iraq; in prætorio quodam, quod ei Abydeni prius ab illo iussi, è candido lapide in tumulo regio pro dignitate extruxerant, residens prospiciebat litus, & illic terrestres copias atq; classem. Quã dum intuetur, subijt cupiditas spectandi illius certamẽ. Id certamẽ postq; cõmissum est, in quo Sidonij uicere, uoluptatẽ Xerxes cepit, cũ certaminis, tũ copiarũ spectaculo. Et cũ intueretur omnẽ Hellespontũ nauib. obductũ, omnia littora atq; Abydenorũ plana hominib. referta, ibi se beatũ esse iactauit & post hæc lachrymas fudit. Qđ animadueteus Artabanus eius patruus, qui liberè sentiẽs dissuaserat bellũ Græciæ intercudũ, his uerbis interrogauit: Quã diuersa rex inter se nunc facis, & dudum dixisti? qui te beatũ esse dixeras, nunc lachrymas fundis. Et ille: Reputantẽ me, inquit, q̃ breuis sit omnis humana uita, subijt horum miseratio: quorum, cũ tot sint, nemo ad cẽtesimũ annũ supererit. excipiẽs Artabanus: Atqui, inquit, alia, q̃ istud est, uiuendo miserabiliora patimur. Ita tã breui nullus hominũ adeò felix extitit, neq; horũ neq; alionũ, cui nõ crebrò, nedũ semel, subeat animo moriẽdi uoluntas potius q̃ uiuendi. Nam incidentes calamitates & morbi uitã perturbant, efficiũtq;, ut cũ breuis sit, tamẽ perlõga uideatur. Ita mors optatissimum est perfugiũ miũnosæ uitæ, q̃ deus dulci gustu aspergens, ob id inuidius fecisse deprehenditur. Cui Xerxes: Artabane, inquit, quoniã humanæ uitę cõditio talis est, qualẽ tu exponis, eã cõmemorare supersedeamus: neq; tristiũ faciamus mentionẽ, cũ iucunda in manibus habeamus. Hæc mihi potius edisserete;

Xerxes uisso exercitu lachrymauit.

Mors optatiss. perfugiũ ærumnosæ uitæ

Nisi

Nisi tibi ita euidens insomnij uisio fuisset oblata, per starcsné adhuc in priore sententia, dissuadés mihi aduersus Græciã bellũ, an in ea persisteres? agedum apertè hoc mihi dicito. Ei respondens Artabanus: Visio, inquit, rex, quæ in somnis obiecta est, ad uotũ succedat amborũ. Ego tamen adhuc meruo, & adeò metu perculsus sum, ut non sim apud me. Nam mecũ reputãs cum alia multa, tum uerò duo, & ea omniũ maxima, uideo tibi esse hostilissima. Ad hæc Xerxes: Heus tu, inquit, quænam ista ais mihi hostilissima esse? utrũ horũ tibi improbandum uidetur, tanquã non satis copiosum, terrestrisne exercitus, quasi multo numerosior ille Græcus futurus esse uideatur: an classis, tanquam illorum classe inferior, an hæc ambo? Nam si ob hæc imbecilliores tibi uidẽtur nostræ res, celerrimè possit alter exercitus comparari. Respondit Artabanus: Neq; hunc, rex, exercitum improbauerit quisquam, qui sit mentis compos, neq; hanc nauium multitudinem: uerùm etiamsi coegeris, duo dico esse tibi multo hostiliora, ea sunt, terra & mare. Neque enim usquam maris portus est ciusmodi, ut ego coniecto, qui surgente tempestate sit capax huius tuæ classis, idoneusq; ad eam tutandam: neque uerò unum tibi portum esse oportet, sed uniuersam continentem esse portum, quò se recipiant naues. Itaq; cum portus tibi opportuni desint, intellige homines in arbitrio fortuitorum esse, non fortuita in arbitrio hominũ. E duobus uno exposito, pergã dicere alterũ. Terra cũ ob alia tibi hostilis est, tũ eo hostilior, si nihil obstiterit quo lõgius processeris, assiduè ulteriora surripiẽs. Nulla est hominib. rei bene gerẽdæ facietas. Et sanè etiã ut nemo tibi occurrat, dico regionẽ dũ maior maiori in tẽpore fiet, famẽ esse allaturã. At uir ita demũ fuerit opt. si in deliberãdo quidẽ omnẽ rẽ, quãcunq; pati possit, reputãs exci-

Xerxis & Artabani colloquiũ

Duo Xerxis hostilissima.

meſcit, in re aũt agenda eſt audax. Cui Xerxes: Artabane, inquit, meritò tu quidem horũ ſingula commemorasti. Tamẽ non eſt ut omnia reformides, omniaq; peræquè conſideres. Nam ſi uelis in rei conſultatione ſemper omnia perinde conſiderare, nunquam aliquid efficias. Satius eſt omnia alacriter aggredientem, dimidium ęrumnarum pati, quã omni in re præſumpto metu nihil omnino pati. Quod ſi repugnando omnibus quæ dicuntur, non oſtendis quid firmum ſit, perinde peccas atque is qui contraria iſtis dicat. Et hoc æqualiter ſe habet. Scire uerò aliquem (cum ſit homo) qua ratione quid firmum eſſe oporteat, nequaquam arbitror. At ijs, qui facere quid nolunt, cõſueuit plerunque ſuccedere emolumentum: rarò autem ijs qui penſant omnia, & quos agere piget. Cernis quò res Perſica potentiæ proceſſit: quò nunquam progreſſam uideres, ſi ij, qui ante me extitere reges, iſtiuſmodi conſilijs quibus tu, uſi fuiſſent: aut non utentes iſtis ſententijs alios ſuaſores tales habuiſſent; nunc pericula contemnentes, tantopere ſtatum ſuum prouexerunt. Magna enim negocia, magnis cum periculis ſuſcipi uolunt. Quare nos illorum facta æmulantes, optimo anni tempore ingredimur: ſubacta q; omni Europa, rurſus reuertemur, nullam uſquã neque famem neque rem triſtem paſſi. Nam & commeatus affatim ipſi nobiſcum portamus: & ad quãcunque uel regionem uel gentem uenimus, eius re frumentaria potiemur. Nam aratoribus, non paſtoribus inferemus bellum. Poſt hæc Artabanus: Quandoquidem, inquit, non ſinis ullam rem formidari, & tamen meum admittis conſilium, neceſſe eſt enim de multis negocijs in longius extrahi orationem: Cyrus Cambyſe genitus, omnem, præter Athenas, Ioniam Perſis tributariam reddidit. Quare ſuadeo, ne

Magna cũ periculis ſuſcipi.

que

quo pacto hos homines, aduersus patres suos ducas. Nam sine Ionibus satis superq; sufficimus hostem superare: quos necesse est aut iniustissimos esse, si metropolim suam in seruitutem redigant: aut iustissimos, si illius libertatem adiuuẽt. Si iniustissimi erunt, nullo modo certè nobis magno usui futuri: si iustissimi, magnam poterunt suo exercitu afferre perniciem. Itaque hoc uetus dictum tanquam probum, rex in mente habe: non statim ab initio exitum omnem esse manifestum. Ad hæc excipiens Xerxes: Artabane, inquit, sententiarum (quas dixisti) in hac præcipuè falleris, qui Iones metuis ne immutentur, quorum maximum habemus commilitium: quorum & tu testis es, & alij, qui sub Dario aduersus Scythas militauerunt; cum in eorum esset potestate situm, uniuersas Persarum copias & perdere & seruare, fidem tamen iustitiamq; præstitisse, nec quicquam nos læsisse. Præterea cum liberos suos atq; uxores in nostra terra reliquerint, non est causa cur eos aliquid rerum nouarum moliri suspicemur. Quare ne hoc quidem extimescas: sed bonum habens animum, tutare meam domum atque principatum. Tibi enim soli ego sceptra mea permitto. Hæc locutus Xerxes, Artabanum Susa dimisit, iterumq; illustrissimos quosq; Persarum accersit: qui postquam præsto fuere, his eos uerbis allocutus est: Persæ, ego uos, quorum opera mihi opus est, contraxi, ut uiri præstantes existatis, neue res hactenus gestas à Persis magnas præclarasq; dedecoretis: sed tum singuli, tum uniuersi exhibeamus nos alacres: commune enim hoc hominibus bonum est, strenuos esse. Eaq; de re uos censui præmonendos, ad bellum constanter tolerandum. Nam (ut ego audio) aduersus uiros egregios tendimus, quos si superauerimus, nullus unquã nobis alius exercitus obstabit. Nunc igitur deos præ- Xerxis ad Persas oratio.

sides terræ Persidis precati, transeamus. Ac eodem qui dem die sese ad transeundum parauerunt. Postero autem tantisper morati sunt, dum solem exorientem cernerent, omnifarios odores in pontibus congerentes, ac myrto iter costernentes. Vbi sol exortus est, ex aurea phiala Xerxes libans in mare, apud solem uota concepit, ne quid sibi aduersi contingeret, quo prius desisteret Europam subigere, quàm ad illius terminos peruenisset. Hæc precatus, phialam in Hellespontum abiecit, aureum & craterem, ac gladium Persicum, quē acinacem uocant. Hoc pro comperto dijudicare non possum, utrum solit dedicans, gladium dimiserit in pelagus: an Hellespontum, quòd cum flagellasset pœniteret, in compensationem gladio donauerit. His actis, per alterum pontiū, qui uergebat in Pontum, peditatus omnis equitatus & transiuit: per alterum, qui uergebat in Aegeum, iumenta atque seruitia, præcedentibus decem millibus Persarum, coronatis omnibus, quos promiscuus omnium nationum sequebatur exercitus. Et hi quidem eo die: in sequenti autem primi transiere equites, quibus spicula deorsum uersa gestabant, & ij etiam coronati, dehinc equi sacri, ac sacer currus, tum ipse Xerxes. Post hastati & mille equites, & præterea alius exercitus. Quinetiam naues pariter ad ulteriora littora agebantur: quanquam hic audiui, postremum omnium pertransisse regem. Xerxes posteaquam in Europam traiecit, conspicabatur exercitum sub uerberibus transeuntem. Transiuit autem eius exercitus septem per dies totidem & noctes, nullo tempore intermisso. ibi iam transgresso Hellespontum Xerxe, fertur quidam uir Hellespontius dixisse: O Iupiter, quidnam tu sub specie uiri Persæ, & accepto Xerxis pro Iouis nomine, Græciam è sedibus suis exigere uis, omnes homines ducens, cum etiam citra hoc tibi liceret

Xerxis libatio.

bi liceret facere ide Transgressis omnibus & iter ingredientibus, ingens prodigium oblatum est, quod Xerxes nihili fecit, etsi coniectura discutiendum. Siquidem equa leporem enixa est, quod facilè erat ad coniectandum. Fore enim ut Xerxes exercitum aduersus Graeciam cum maximo strepitu & ambitiosissimè duceret, rursusq; pro seipso solicitus, ad eundem locum fuga recurreret. Alterius quoq; ei prodigium, dum Sardibus foret, exhibitum est. Mula enim mulum edidit, ancipitia genitalia habentem, maris & fœminæ, sed maris superiora. Quorum prodigiorum utrunque pro nihilo habens, ire pergebat, comitantibus cũ terrestribus copijs, nauticis extra Hellespontum nauigantibus, ac terram legentibus, & è diuerso atq; terrestres agentibus. Nam ipsi quidem uesperum uersus ad promontorium Sarpedonis nauigabant: quò cum peruenissent, iussi erant permanere. Illi uerò ad auroram & solis exortum, iter faciebant per Chersonesum, dextrorsum habentes sepulchrum Helles filiæ Athamantis, sinistrorsum Cardiam urbem, per medium oppidi cui nomen est Agora, id est, forum. Illinc deflectentibus ad sinum nomine Melana, hoc est, nigrum, fluuius, cui idem est nomen, non sufficit, sed alueum suum deseruit. Hoc fluuio transmisso, à quo sinus hic cognominatur, ad uesperum uersus cõtenderunt, Aenon urbem Acolidem & lacum Stentoridem prætereuntes, dum ad Doriscõ peruentum est. Est autem Doriscus Thraciæ littus pariter & campus ingens, quem grande flumen Hebrus interfluit, ubi extructus est is murus, qui Doriscus appellabatur, cui impositum est Persarum præsidium à Dario, iamindè cum Scythis inferebat bellum. Cum igitur locus digerendis recensendisq; copijs idoneus ei uideretur, Xerxes ita sibi faciẽdum putauit. Eius iussu nauarchi, cum eò

Ostẽta Xerxi oblata.

Mula mulũ peperit.

Helles sepulchrum

appulissent, omnes naues ad littus Doriſco contiguũ receperunt, ubi Sala urbs, Samothracia & Zona ſitæ ſunt: cuius ultimum promontorium Serrium nominatur, qui locus quondam fuerat Ciconum. In hoc littus appulſa claſſe ac ſubducta, qui in ea ſubducenda laborauerant, reſpirauere. Per hoc tempus apud Doriſcum Xerxes luſtrabat exercitum, equidem quantũ ſinguli attulerint copiarum, pro certo affirmare non poſſum: quoniam à nullis prorſus hominibus id refertur. Conſtat autem terreſtrium copiarum numerum fuiſſe centum ſeptuaginta myriades, id eſt, decies ſepties centena millia. Quorum numerum hoc modo inierunt: Contraxerunt unum in locum myriadem, quę ſunt decem millia hominum: qua coartata quàm maximè poterant, circulum extrinſecus deſcripſerũt loco circunſcripto: emiſſaq; illinc myriade, ſepem circundederunt, catenus excitantes, ut umbilico tenus pertingeret. Eam ubi fecere, aliam ſubinde atq; aliam myriadem introduxerunt, donec omnes connumerauerunt, connumeratos autem nationatim digeſſerunt. Ex quibus qui militabant, hi erant Perſæ, hunc in modum ornati: Circa capita geſtabant pilea, quæ uocant tiaras, impenetrabilia: circa corpus tunicas, uarijs ſquamis è ferro conſertas in ſimilitudinem piſciũm. Femoralia circa crura pro clypeis, gerra, id eſt, cetras, pharetris ſubter pendentibus: haſtas breues, arcus grandes, ſagittas arundineas. Ad dextrum femur pugiones è balteo ſuſpenſos. Hi ducem habebant Otanem patrem Amaſtris, quæ erat uxor Xerxis. Vocabantur autem quondam Perſæ à Græcis Cephenes: à ſe uerò ipſis atq; ab accolis, Artæi. Verùm poſteaquam Perſeus, Danaes & Iouis filius, ad Cepheum Beli filium commeauit, & Andromedam eius filiam duxit uxorẽ, tulit ex ea filium quem Perſen appellauit: eumque illic re-

Perſarum ornatus.

sic reliquit: à quo (nam Cepheus carebat uirili prole) cognomen sortiti sunt Persæ. Medi eodem ornatu instructi militabant. Nam hęc armatura Medica est, non Persica. Habebant autem ducem Tigranem Achæmenidem. Ii quondam ab omnibus uocabantur Arij: sed ubi ad eos concessit ex Athenis Medea Colchis, immutauerunt & ipsi nomen: ita de seipsis Medi commemorant. Cissij in militia cętero ornatu ut Persæ sunt armati, sed pro pileis mitras ferunt. Eis dux erat Anaphianes Otanis filius. Hyrcanii quoq; Persica armatura ornati, ducem habebant Megapanum, qui postea Babylonis procurator fuit. Assyrij qui militabant, hunc habebant ornatum: Ferreas in capitibus galeas, barbarico quodam modo consertas, non facilè penetrabiles: clypeos, hastas, pugiones Aegyptiacis adsimiles: & prętera ligneas clauas ferro inductas, ac lineos thoraces: Hi à Græcis Syrij uocabantur: sed à Barbaris Assyrij sunt uocati, inter quos Chaldæi sunt. Iis præerat Hotaspes Artachæi filius. Bactrij capitis ornatu in acie simillimo illi Medico muniti erant, sed more gentis, arundineis arcubus & hastis breuibus. Sacæ, qui Scythæ sunt, cristatas in capitibus cassides gestabant, in acutum erectas atq; compactiles, induti femoralibus: nec non arcus gentiles atque pugiones, ad hoc dolabras ac bipennes. Hos, cum sint Scythę Amyrgij, Sacas appellant, quòd cunctos Scythas Persæ Sacas appellant. Bactrijs & Sacis præerat Hystaspes Darij filius, & Atossæ Cyri filiæ. Indi uestiti erát amictu è ligneis confecto: arcus arundineos gestabant, itemq; arundineas sagittas ferro præfixas: ita instructi Indi, erant sub duce Pharnazatre Artabatis filio. Arij Medicis arcubus muniti erant, cæteris quemadmodum Bactrij. Is præerat Sisamnes Hydarnis filius. Parthi, & Chorasmij, & Sogdi, & Gandarij, & Dadicæ, eandem in acie

Persarum nomē unde.

quam Bactrij armaturam gestabant. Quorum Parthis & Chorasmijs præerat Artabazus Pharnacis, Sogdis Azanes Artæi: Gandarijs & Dadicis Artyphius Artabani filius. Caspij sisyris, quod est genus penulæ, induti, arcus gentili more arundineos gestabant & acinaces, ducem sui agminis habentes Ariomardum, Artyphij germanum. Sarangæ indumenta gestantes uersicoloria decori erant, caligasque genuum tenus extentas, arma habebant arcus lanceasque Medicas, duce Pherendate Megabazi filio. Pactyas & ipsi sisyras ferebant, & uernaculos arcus atque pugiones: quorum dux erat Atrayntes Itramitis filius. Vtij & Myci, & Paricanij, eodem modo quo Pactyes armati erant. Sub his ducibus, Vtij quidem & Myci sub Arsamene Darij, Paricanij uerò Sub Siromitre Oebazi filio. Arabes succincti erant ziras amiculi genus, arcusque recuruos habilesq; gestabant. Aethiopes pardorum pellibus, leonumque amicti, arcus è palmarum spathis factos gerebant, quatuor non minus cubitis longos: & item prælongas ex arundine sagittas, pro ferro præfixas co lapide acuminato quo sigilla sculpunt: præterea hastas capreæ cornu præfixas, in modum spiculi acuminato, & clauas præferratas. Ii cum eunt in pugnam, dimidiatum corpus gypso, dimidiatum minio illinunt. Arabum Aethiopumq; qui trans Aegiptum incolũt, dux erat Arsames Darij filius & Artystonę Cyri filiæ: q̃ Darius ex uxoribus maximè adamans, cum talari ex auro tunica effinxit: Arsames quidem Aethiopibus, qui sunt trans Aegyptum, atque Arabibus præerat. Ii autem Aethiopes qui sunt ab ortu solis, (nam bifariam militabant) censebantur cum Indis, specie nihil admodum à cæteris differentes, sed sono uocis duntaxat atque capillatura. Nam Aethiopes qui ab ortu solis sunt, promissos crines: qui ex Africa, crispissi-

mos

inos inter omnes homines habent. Aethiopes qui ex Asia sunt, pleraq; arma quæ Indi gestabant, pellesq; frontium equinarum, cum auribus atq; iubis in capitibus, ut ipsæ iubæ pro cristis essent, & hirtæ aures equinæ rigerent. In locum clypeorum pelles gruum prætendebant. Pœni corio armati iere, ac iaculis præustis, duce Masauge Aorizi filio. Paphlagones capitib. gerebant compactiles cassides, scuta exigua, hastas haud longas: præterea iacula, pugionesq;, pedibus caligas more gentis ad media crura subtentas. Eandem quam Paphlagones armaturam gestabant, Lygies & Matieni & Mariandini, & Syri. Hi Syri à Persis Cappadoces uocantur. Paphlagonum & Matienorum dux erat Dotus Megasidi filius: Mariandinorum & Lygiũ & Syrorum, Gobryes Darij filius & Artystonæ. Phryges simillimam Paphlagonicæ armaturam gerebant, paulum differentes: qui (ut Macedones aiunt) tam diu nocati sunt Bryges, quàm diu Europei fuerunt Macedonum accolæ: transgressiq;e in Asiam, unà cum loco nomen immutauere in Phryges. Armenij horum cultu armati erant, utique Phrygum coloni. His utrisque præerat Artochmes, qui Darij filiam in matrimonio habebat. Lydi proximè ad Græcorum armaturam accedebant, olim Mœones uocati: pristinoq; nomine sublato, ab Lydo Atyis filio cognomen acceperunt. Mysi super capita gentiles galeas terebant, scutula quoque ac præusta iacula. Sunt autem Lydorum coloni, à monte Olympo Olympieni nominati. Horum utrisque præerat Artaphernis filius, qui collega Date apud Marathonem conflixit. Thraces è pelle uulpina cassides gestabant, tunicis induti, & insuper circundati uarijs sagulis, pedibus ac tibijs indutis caliga è pellibus hinnulorũ: ferentes præterea iacula & peltas & pugiunculos. Hi transgressi in Asiam, uocati

Artaphernes.

Thracum armatura

cati sunt Bithyni, prius appellati (ut ipsi aiunt) Strymonij, quòd Strymonem accolerent: à suisq; sedibus exacti. Teucris & Mysis Thracibus, qui Asiam incolūt, Teucri Mysi. præerat Bagassaces Artabani filius, gestantibus breuia è corio scuta, & bina singulis uerutа ad lupos conficiendos apta, in capitibus æreas cassides, & super cassides ex ære factas aures bouis & cornua, impositis etiã cristis, cruribus panno Phœniceo indutis. Martis oraculum apud hos homines est. Cabelees Mæones qui Lasionij uocantur, eundem cultum gestabant, quẽ Cilices: quem ego, dum ordine ad Cilices ueniam, indicabo. Milyę lanceolas gerebant, & uestes fibulis substrictas, & eorum nonnulli Lycios arcus, in capitibus galeas è pellibus factas. Horum omnium prętectus erat Badres Hystanis filius. Moschi lineas circa capita cassides gerebant, scutaq; ac hastilia breuia, sed longa in hastilibus spicula. Eodem quo Moschi ornatu militabant Tibareni, & Macrones, & Mosynœci, quos hi regebant: Moschos & Tibarenos Ariomardus Darij filius, & Parmyis filiæ Smerdis filij Cyri. Macrones & Mosynœcos Artayctes Chorasmis filius, qui Sesti in Hellesponto pręses erat. Mares in capitibus ligneas galeas gerebant, scutulaque è crudo bouis tergore, atq; lanceolas, præterea machæras, quibus atque Colchis pręerat Pherendates Theaspis filius. Alarodij & Saspires eodem quo Colchi ornatu militabant, duce Masistio Siromitris filio. Insulanæ gentes, quæ rubro è mari secutę sunt ex ijs insulis, ad quas transportare rex solet, quos è suis locis summouet, gerebant simillima Medis & uestimenta & arma, quibus pręerat Mardontes Bagęi, qui apud Mycalem dux altero anno in pugna opperijt. Hę erant nationes quæ per continentem ibant, ex quibus constabat pedester exercitus, quibus ij præerant, qui commemorati sunt, quiq; ordinarant

milites

milites, connumeraueranteq, & chiliarchas, id eſt, tribunos qui mille: & myriarchas, qui decem millibus præſunt, delegerunt. myriarchę uerò centuriones decanosq; creauerunt. Erant & alij agminum & gentiũ prętores: uerùm ij qui nominati ſunt, duces. Horum tamen & totius exercitus imperatores Mardonius Gobryis filius, & Triintatæchmes filius Artabani, qui diſſuaſerat bellum Græcię inferendum, & Smerdones Otanis filius, ambo hi fratrum Darij filij, Xerxis patrueles & Maſiſtes Dario & Atoſſa genitus, & Gerges Artagi, & Megabyzus Zopyri filius. Hi erant imperatores omnium copiarum, prętęr delectaPerſarum decem millia, quibus præerat Hydarnes Hydarnis filius, qui uocabantur immortales, ob hoc, quòd ſi quis eorum aut nece aut morbo numerum imminueret, alius ſufficiebatur: nec unquam plures erant pauciores ue decem millibus, præcipuo inter omnes cultu decori, & ijdem pręſtantiſſimi omnium, ut dictum eſt, & præterea immenſo auro conſpicui, ducentes ũnà carrucas cum pallacibus ac familia permulta, eaq; bellè ornata: necnon camelos ac iumenta, præter cæteros milites, qui commeatum ſupportabant. Equitant autem hę nationes, ſed non omnes habebant equos, uerùm hę ſolę: Perſę, qui eadem erant qua peditatus armatura ornati, niſi quòd quidam eorum habebant in capitibus opera ex ære ferroq; ductilia. Sunt quidam Nomades homines, qui Sagartij appellantur, & gente & uoce Perſę: ſed cultu inter Perſicum & Pactycũ, qui adduxere equitatum octo millium equitum, armaturam neque aheneam neque ferream aſſueti ferre, prętęr pugiones, utentes reſte è loris conſerta, qua freti in prælium eunt. Eſt autem pręlium eorum hominum huiuſmodi: Vbi cum hoſte congreſſi ſunt, ſtructa ſua iniiciunt eas reſtes, in ſummo laqueos habentes, qui ſua-

Xerxis imperatores.

Reſtibus in

laqueus

laqueus cum aut equum aut hominem adeptus est, cum ad se trahunt: ita illi illaquεati, conficiuntur. Talis horum pugna est, ijdemq; inter Persas censentur. Medi eandem equites quam pedites armaturam gerunt: & item Cissij. Indi quoque eandem quam peditatus suus gestant armaturam. Cæterùm equos desultorios agebant & currus, quibus curribus subeunt, & equi & asini agrestes. Bactrij eodem ornatu instructi erant equites quo pedites, & item Caspij. Pœni & ipsi eandem quam pedites armaturam gerebant: curruum quoque cuncti agitatores. Itidem & Caspij & Paricanij ut peditatus instructi erant. Nec nō Arabes eo quo pedites ornati cultu, agitabant camelos, nihilo inferiores equis pernicitate. Hę solæ gentes erāt equestres.

Equestriū Persarum copiarum numerus.

Fuitq; numerus equitum octo myriadum, id est, octoginta millium, præter camelos & currus. Et alij quidem equites in ordinem redacti erant. Arabes autem in utimo locati, ob id postremi, ne equitatus consternaretur, equis camelos non tolerantibus. Equitatus præfecti erant Harmamithres & Tithæus filij Datis. Tertius horum collega Pharunches, Sardibus erat relictus ægrotus. Nam cum Sardibus proficisceretur, in calamitatem incidit insciens. Equitante enim eo, canis sub pedes equi intercurrit: quo equus improuiso deterritus, atque erectum sese attollens, Pharnuchem excussit. Hic collapsus sanguinem euomuit: incidit-que in morbum, qui in phthisim, id est, tabem euasit. Equo autem à casu statim domini, fecerunt famuli ut ille iusserat. Abducto nanq; in eum locum ubi dominū strauerat, crura cū genibus abscinderunt. Itaq; Pharnuches à præfectura summotus est. Triremes inito numero fuere mille ducentæ & octo, quas hi adduxere. Phœnices cum Syris qui Palæstinam incolunt, trecentas, hunc in modum ornati: Circa capita galeas Græ-

canicis

canicis ſimillimas gerunt, induti thoracibus lineis cũ ſcutis umbone careutibus, cumq; iaculis. Hi Phœnices (ut ipſi memorant) quondam mare rubrum accolebant: illinc tranſgreſſi, maritima Syriæ habitant. Is tractus Syriç, & quicquid Aegypto tenus eſt, Palæſtina nocitatur. Hi circa capita caſſides forcipiculatas gerũt conuexa ſcuta magnis umbonibus prædita, ac grandia pila nautica, & grãdes bipennes. Eorum turba thoraces gerebat, ac magnos enſes. Hunc in modum hi armati erant. Cyprij centum quinquaginta naues, hoc modo armati. Reges eorum mitris redimiti erant. Reliqui tunicas geſtabant, cætera ut Græci. Quorum gentes ſunt partim à Salamine & Athenienſibus, partim ab Arcadia, partim à Cythno, partim à Phœnice, partim ab Aethiopia oriundi, ut ipſi Cyprij aiunt. Cilices centum naues. Hi circa capita ferebant gentiles galeas, pro ſcutis parmulas è crudo bouis corio factas, lineis veſtibus indutis: bina ſinguli iacula geſtantes, enſem machærç Aegyptiacæ perſimilem, quondam Hypachæi appellati: ſed à Cilice Phœnice Agenoris filio ita cognominati. Pamphilii triginta naues Grçcanicis armis ornati, ab illis originem ducentes, qui cum Amphilocho & Calchante è Troia diſiecti fuerant. Lycij præbuerunt naues quinquaginta, thoracibus ocreisq; armati, arcubus quoque à cornu factis, & arundineis ſagittis, ſine pennis atque iaculis, gerentes ex humeris ſuſpenſas caprarum pelles, & in capitibus pilea pinnis coronata, quinetiam pugiones & falces: è Creta oriundi, quondam Termilç nominati, ſed à Lyco Athenienſi Pandionis filio, Lycii cognominati. Dores qui ſunt ex Aſia. naues triginta. Ii Græca gerebant arma, uti è Peloponneſo propagati. Cares ſexaginta naues cætera Græco more ornari: ſed & falces & pugiones gerebant: quos prius appellatos fuiſſe

Cypriorũ uariũ genus.

Cilices unde.

isse Hœtines, in superioribus libris dictum est. Iones centum naues, armati Græco ritu: qui quandiu in Peloponneso regionem, quæ uocatur Achaia, incoluerunt, & ante aduentum Danai & Xuthij in Peloponnesum, (ut Græci aiunt) uocabãtur Pelasgi Aegialees, id est, littorales: sed ab Ione Xuthi filio, Iones sunt appellati. Insulani naues decem & septẽ, armati ut Græci, & ipsi Pelasgica gens: sed mox Ionica, ob eandem causam, ob quam & duodecim oppida sunt Ionica ab Athenienſibus appellata. Acoles sexaginta naues, ritu Græco armati, olim Pelasgi (ut apud Græcos fertur) uocati. Hellespontij centum naues præter Abydenos: quibus mandatum erat ab rege, ut circa locum manerent ad pontes custodiendos. Cæteri è Ponto erant, Græco more armati, Ionum ac Dorum coloni. In omnibus autem nauibus epibatæ erant Persæ, & Medi, & Sacæ. Quarum uelociſſimas attulere Phœnices, & inter Phœnices optimas Sidonij. Harum singulis, & itẽ pedestribus eorum copijs præfecti erant uernaculi duces: quorum ego (quia ratio historiæ non exigit necessariò) non faciam mentionem. Neq; enim singularum nationum duces, digni memoria fuere, quanũ quot urbes, tot duces extitere: sed non ut ductores, uerùm ut serui, quemadmodum alij qui ducebantur in militiam, uenere: quoniam duces, penes quos summa imperij erat, ut singularum gentium principes, quinam eorũ Persæ fuerint, à me cõmemoratum est. Nauticis hi præfuere. Ariabignes Darij, & Præxaspes Aspathinis, & Megabazus Megabatis, & Achæmenes Darij filius. Iadicę quidẽ classi & Carię Ariabignes, ex Dario & filia Gobryis genitus: Aegyptiacę aũt Achæmenes, Xerxis ex utroq; parente germanus: reliquæ aũt classi reliqui duo. Porrò biremes lembos quinquaginta aut triginta remorum, & actuaria nauigia & alia minuta cum

Ionum appellatio.

cum hippagogis, quæ equos uehunt, contracta constat ad triuin millium peruenisse. Eorum qui in classe erant, secundum duces illustrissimi fuere Sidonius Tetramnestus Alteśi filius, & Tyrius Mapen Sironi, & Aridius Nerbalus Arbali, & Cilix Cyennesis Horome dontis, & Lycius Cybernisćus Sicę. Cyprij autem Gorgus Chersius, & Timonax Timagoræ: Cariorum uerò Histiæus Timnis, & Pygres Scidomi, & Damasithymus Candaulis filius. Aliorum nunc prefectorum mentionem facere supersedeo, tanquam non necesse habens. Verum Artemisiæ precipua me tenet admiratio mulieris, expeditionem aduersus Græciam secutæ: quæ defuncto uiro, ac pupilli filij principatum obtinens, nulla addćta necessitate, sed præstantia animi atque uirilitate in militiam concessit. Nomē ei erat Artemisię Lygdamis filiæ, paternum genus ex Halicarnasso, maternum è Creta. Imperans hæc Halicarnassęis, & Coìs, & Nisyrijs, & Calydnijs, quinque cum nauibus uenit omni copia instructis. Ita post Sidonias hæ naues fuerunt illustrissimæ. Eadem apud regem optimas inter omnes socios sententias dixit. Quas ciuitates recensui sub illius imperio fuisse, earum uniuersam gentem aio Doricam esse, Halicarnassęorum quidem Troęzeniam, cęterorum autem Epidauriam. Hactenus de nautico exercitu. Xerxes, inito copiarum numero, militibus instructis, concupiuit illos lustrando oculis obire, quemadmodum & fecit. Itaque inscenso curru singulas nationes lustrans, quænam essēt percontabatur: quarum professionē scribę excipiebāt, donec ad extremos equitum pedituinq; peruentū est. Hoc perfecto, & nauib. in mare deductis, Xerxes è curru in nauim Sidoniam trāscendit: residensq; sub aureo tabernaculo, præteruehens q; nauium proras, sciscitabatur de singulis itidem ut de terrestri exercitu fe

uerat, describique iubebat. Iam uerò nauarchi productas à littore quatuor fere iugerum spacio, naues stabi lierant, conuersis à terra proris, & in unam frontem digestis, epibatis quoque, id est, propugnatoribus tanquam ad bellum armatis, quos Xerxes inter proras & litus nauigans, conspicabatur. Vbi autem & classem lustrauit, egressus naui accersit Demaratum Aristonis comitem aduersus Græciam expeditionis, eique accersito ita inquit: Demarete, iuuat nunc me quæ cupio Demaratũ abs te interrogare, qui & Græcus es, & non ex minima ciuitate, ut audio tam ex te quã ex alijs Græcis, qui me alloquendi gratia adeunt. Nunc igitur hoc mihi expone, nunquid Græci sustinebunt manus contra me leuare? Nam (ut ego opinor) ne omnes quidem Græci ac cæteri mortales, qui ad Hesperum incolunt, si cõgregentur, pares fuerint nostris armis, nec me inuadentẽ expectauerint: cum non sint inter se concordes, libet tamen mihi abs te audire, quid de hoc dicas. His uerbis interrogauit. Demaratus excipiens: Vtra, inquit, apud te rex utar, ueritate ne an iucunditate? Ille ut ueritate uteretur, iubere. Neq; enim sibi ob id eum minus iucundũ fore, quã ante fuisset. Hoc ubi Demaratus audiuit: Quoniã, inquit, me iubes rex omnino ueritatẽ proloqui, ea dicã quæ nemo nisi mẽtiẽs apud te postea carpet: Græcia semper alumna fuit paupertatis, hospes uirtutis, quã à sapientia acciuit, & à seuera disciplina, q̃ usurpans Græcia, & paupertatẽ tuetur, & dominatũ. Ita laudo quidẽ oẽs Græcos, qui Dorica illa loca uel circà incolunt, sed nõ de cunctis eis uerba faciam, uerũ de Lacedæmonijs solis. Iam primũ nego fieri posse, ut tuam orationem admittant, afferentẽ Græciæ seruitutẽ. Deinde dico uenturos tibi obuiam ad pugnandum, etiam si cæteri Græci omnes sentiant tecum. Neq; uerò de numero eorũ quæras, quot illi sint qui

Xerxes ad Demaratũ

Demarati ad Xerxe cõfabulatio.

Græciæ laudes.

Lacedæmoniorũ uirtus.

qui hoc facere possint. Nam si in exercitu cors mille fecerint, ij tecum congredientur: & item siue pauciores, siue plures. Hæc cum audisset Xerxes, sublato cachinno inquit: Demarate, quod nam exoristi uerbū, mille omnino uiros cum tanto exercitu cōgressuros? Agedum dic mihi, nonne tu ipsum ais istorum uirorū fuisse regem? Vis ne igitur sine mora tu cum decem uiris dimicare? Quod si nostri populares omnes tales sunt, quales tu prædicas, profectò secundum nostra instituta debes tu, qui illorum es rex, duplū præstare, quū singuli corū: qui si denis è meo exercitu pares sint, iure abs te posco ut uiginti sis paria uerba quæ dixisti, comprobaturus. Atqui si tales sunt illi, ac tanta statura, qualis quantusq; tu ac cæteri Græci qui in colloquium meum uenerunt, uidete ne cum tanto pere gloriamini, frustra id insolenterq; faciatis. Nam age inuelligam, quocunq; argumēto, unde fieri queat, ut mille aut decem milia, atq; quinquaginta millia hominum, qui præsertim sint omnes liberi, nec unius imperio subiecti, tanto exercitui obsistant, cum simus nō plures quū milleni ad singulos eorum, si fuerint quinque millia. Nam sub uno (quemadmodum apud nos fit) imperatore milites, illius metu, etiam contra suā ipsorum naturam, meliores efficiuntur, adactiq; uerberibus uel pauciores aduersus plures eunt: ijdem remisso libero sibi arbitrio, neutrum horum faciunt. Adeò opinor Græcos etiam pares numero Persis, ægrè cum eis solis certaturos: quinimò istud apud nos solos est quod ais, uerùm non ita multum, sed parum. Suos enim è Persis meis satellitibus, qui uelint cum ternis Græcis simul dimicare, quorum tu inexpertus, multa blateras. Ad hæc Demaratus: Intelligebam, inquit, rex ab initio, me uera dicentē, non iucundū tibi futurū. Sed quia tu dicere me ueritissima coegisti, dixi quæ

Milites imperatoris uirtute meliores.

erant è dignitate Spartanorum. Quanquam ipse optimè intelligis, quanto opere nunc illos ego amem, qui me honore & dignitate paterna exutum, exterrem, profugamq; fecerunt: quem pater tuus exceptum, uitæ ac domicilio donauit. Quare non est credibile, unũ prudentem respuere benevolentiam exploratam, sed maximè obseruare. Ego enim neq; cum decem prometam me posse dimicare, neq; cum duobus, ac ne singulari quidem certamine uolens certauerim. At si necesse fuerit, aut uehementens dissensio institerit, libentissimè cum uno quolibet istorum omnium dimicarem, qui se singulos aiunt idoneos ad certandum cũ ternis Græcorum. Etenim Lacedæmonij pugnando cũ singulis, non sunt illi quidem cæteris deteriores uiris: at conferti, cunctorum uirorum sunt excellentissimi. Lex domi ns. Nam licet sint liberi, non tamen sunt usq; quaq; liberi, quippe quib. præest domina lex, q̃ multò magis metuunt, q̃ tui te. Faciunt ergo quæcunq; illa cogit. Cogit aũt idem semper, uetans semper eos ex acie fugere q̃uis hominũ multitudinem: sed iubens ut ordinẽ non deserentes, aut uincãt aut occumbãt. Hæc ego loquens, si tibi blaterare uideor, uolo posthac in cæteris silentium agere. Hactenus loqui coactus, tibi uerò ex sententia contingit rex. Hæc locuto Demarato, Xerxes ad risum uersus, nulla indignatione permotus est, sed comiter hominẽ remisit. Post Demarati colloquiũ ubi Dorisco præfecit prætorem Mascamen Megadostis filiũ, amoro eo quẽ Darius præfecerat, ire cũ exercitu aduersus Græciam pergit. Huic Mascami, quẽ ille reliquit Xerxes, uni tanq̃ omniũ prætorũ præstantissimo, quos aut ipse aut Darius constituisset, donat quorãnis mirit: & itẽ eius posteris Artaxerxes filius Xerxis. Etenim ante hãc expeditionẽ, in Thracia & ubiq; in Hellespõto prætores fuerant, qui omnes post eandẽ expeditio-

Mascamis elogium.

expeditionem à Græcis electi sunt, & è Thracia & ex Hellespõto, præterq̃ è Doriſco. Vnde Maſcamen Græci permulta conati, tamen ejicere nequiuerunt. Ob id huic ab eo qui in Perſis regnat, ſemper dona mittũtur. Eorũ uerò qui à Græcis expulſi ſunt, neminem rex Xerxes uirũ egregium eſſe dixit, præter unũ Bogem ex Eione, quem laudare non deſinebat, eiusq̃ (qui ſuperfuere) liberos maximo inter Perſas honore proſequebatur. Siquidẽ magnis ferri laudibus Boges meruit: qui cum ab Athenienſibus & Cimone Miltiadis filio obſideretur, liceretq̃ ei accepta fide egredi, & in Aſiam remeare, tamen abnuit, ne regi prę metu ſuperfuiſſe uideretur, ſed ad extremum uſq̃ perſtitit, atq̃ ubi nihil in mœnibus commeatus reliquum fuit, accenſo ingenti rogo, interemit liberos, conjugem, concubinas, familiam: eosq̃ in rogum deiecit. Dehinc omne aurũ urbis atq̃ argentum è muris diſperſit in Strymonem. His actis, ſemetipſe coniecit in rogum. Ita hic merito à Perſis ad hoc uſque tempus prædonio celebratur. Xerxes è Doriſco in Græciam tendens, ut quoſque populos adibat, ſecum militare cogebat. Erat autem (ut ſuperius à me expoſitum eſt) omnis ad Theſſaliam uſque tractus in ditionem redactus, & regi tributarius effectus à Megabazo, & mox à Mardonio. Digreſſus à Doriſco, præterijt primum Samothraces muros, quorum ultimum oppidum ad ueſperam ſitum eſt nomine Meſambria, cui uicinum eſt oppidum Thaſiorum Stryma: quæ oppida interfluit amnis Liſſus, cuius aqua tunc non ſuffecit copijs Xexis, ſed defecit. Hæc olim regio uocabatur Galaica, nunc autem Briantica: quæ tamen optimo iure Cicouum eſt. Tranſmiſſo profluente Liſſi arefacto, Xerxes has Græcas urbes prætergreſſus eſt: Maroneam, Dicæam, Abdera, eas inquam præterijt, & hos qui iuxta eas ſunt, famoſiſſimos

Boglaſana

Samothraces muros

Illmos lacus, Ismeridem qui Maroneam Strymamq; interiacet: Bistonidem Dicæx contiguum, in quē duo flumina ingrediuntur, Trauus, & Compsatus. Qui iuxta Abderam sit, nullum nobilem lacum præterijt Xerxes, sed fluuium Nestum mare subeuntem. Post hæc regiones perrexit mediterraneas uersus urbes. In quarum una est lacus triginta fermè stadiorum in circuitu, piscosus & admodum salsus: quem sola iumenta cum aquarentur, exiccauere. Huic urbi nomen est Pissyrus. Has urbes & maritimas & Græcas, sinistrorsum relinquens præterijt Xerxes. Per quas autem gentes Thraciæ prouinciæ iter fecit, hæ sunt: Pæti, Cicones, Bistones, Sapæi, Dersæi, Hedoni, Satræ. Quorum qui maritimi erant, nauibus secuti sunt: qui uerò mediterranei, à me sunt commemorati, præter Satras. Cæteri omnes terrestri itinere sequi coacti sunt. Satræ nulli adhuc hominum, quantum nos scimus, fuere subiecti: sed soli è Thracibus ad meam memoriam, liberi semper perstitere. Editos enim montes incolunt, omnigenis arboribus ac niuibus obsitos: uiri in re bellica eximij: apud quos oraculum est Bacchi, idque in editissimis montibus. Eorum qui in illo templo Bacchi uaticinantur, sunt Bessi. Antistes uerò qui reddit responsa, quemadmodum Delphis, & nihilo magis uariè. Peragrata quam dixi regione, Xerxes secundo loco transijt montes Pierum, quorum uni nomen est Niphrage, alteri Pergamo. Hàc iter præter eos montes faciebat, à mano dextera relinquens montem Pangæum, magnum atque excelsum, in quo aurea sunt & argentea metalla: quem cum Pieres & Hodomanti, tum præcipuè Satiæ exercent. Super Pangæum ad aquilonem habitantes Pæones, Doberes, & Pæoples pretergressus Xerxes, ad uesperam uersus contendit, donec ad flumen Strymonem peruenit, & urbem Eio-

Pierides mont.

nam,

tem, cuius prætor Boges (de quo paulo ante fecimus mentionem) adhuc uiuebat. Regio Pangæo monti circumiecta, nominatur Phillis. Hinc uersum uersus, porrecta ad flumen Angiten, quod Strymonem, subit. Hinc meridiem uersus ad ipsum Strymonem, ad quem Magi mactatis equis candidis litauerunt. His & alijs compluribus medicamentis in flumen factis, per nouem uias Hedonorum iere: inxta quas Strymonem pontibus iunctum inuenere. Audientes autẽ eam locum nouem uias Hedonorum appellari, totidem illic pueros ac uirgines puellarum indigenarum filios uiuos defoderunt. Perficũ enim, defodere uiuentes. Nam & Amestrim Xerxis uxorẽ, iam prouecte ætatis, audio bis sexẽ illustriũ Persarum liberos defodisse, ad referendã pro se gratiã deo, qui sub terra esse fertur. Vbi à Strymone progressus est exercitus, illic ad solis occasum uersus, est littus, in quo sitã urbẽ Græcã nomine Argilũ præterijt. Hæc & quæ super eam est regio, uocatur Bisaltia. Illic sinũ Neptuni rẽpli à læua manu habẽs, perrexit ad cãpũ nomine Syleũ, præterieus Stagirũ Græcã urbẽ, peruenitq; Acanthũ, ducẽs unà singulas hatũ gentiũ, & itẽ accolas mõtis Pangæi, & earũ quas superius cõmemoraui: ijs qui maritimi erant, classe: qui procul à mari aberant, terrestri itinere sequentibus. Hanc uiam qua Xerxes duxit exercitum, Thraces neq; cõsuudunt neq; seruant, sed ad mea usq; tẽpora magnopere uenerantur. Posteaq; Acanthũ peruenit Xerxes, præcepit Acanthijs ut hospitalitatẽ exhiberent, eosq; Medica ueste donauit: laudans quòd alacres ceruceret esse ad bellum, quodq; audiret fossam esse absolutam. Xerxe apud Acanthum agente, contigit ut Artachæes, qui fossæ faciundæ præfuerat, morbo decederet, uir Xerxi spectatus, genere Achæmenides, statura inter Persas procerissima, quippe cui quatuor

Vinos defodere.

omnino digiti deerant, à longitudine quinq; regionũ cubitorum. Xerxes magno damno ducens maximum hominum fato functum, apparatissimè cum funeratuit, exhibito etiam epulo, eiusq; tumulum omnis exercitus extruxit: cui tanquam heroi ex oraculo Acanthij sacrificant, nomine eum nuncupantes. Et rex quidem Xerxes amisso Artachæe, iacturam se fecisse existimabat. At ij Græci qui exercitum excipiebant, cũ Xerxi cœnam præberent, in omnem miseriam deuenere, adeò quidem, ut suis laribus efficerentur extorres. Dũ Thasij pro suis, quæ in continente sunt urbibus, Xerxianas accipiunt copias, Antipater Orgis filius, elatus animo, uir inter populares illustris, erogauit in cœna quadringenta argenti perfecti talenta. Eam rem ubi accepere qui præerant alijs circà urbibus (tale enim conuiuium iampridem indictum fuerat, & magni fiebat) hoc ubi accepere, præsertim præconibus passim prædicantibus, tum uerò oppidani frumentum, quod in urbibus erat, inter se distributum molebant, farinamq; triticeam hordeaceamq; in complures menses faciebãt. Ad hæc excogitauere ob precium optima quæq; pecora saginare, & altiles aues habere, terrestres paluestresq; in cortibus & in uiuarijs ad accipiendũ exercitũ. Quinetiã aurea argenteaq; pocula & crateres faciebant, & cætera quæ mensæ imponuntur. Hæc omnia ipsi regi, & ijs qui cum illo uescebantur, fiebant: cætero autem exercitui, quę ad esum duntaxat præcepta erant. Sub aduentum exercitus, tabernaculũ ubi Xerxes ipse maneret, statuebatur, reliqui sub dio agebant. Vbi tempus cœnæ aderat, tunc conuiuatores laborem sustinebant. Ii cum expleti noctem illic exegerant, postero die reuulso tentorio, & omni apparatu sumpto ita abscedebant, nihil relinquentes, omnibus asportatis. Vnde Megacreontis uiri Abderitæ elegans dictum

Megacreõtis dictum

dictum extitit, qui suasit Abderitis, ut uniuersi, mares pariter ac fœminæ, sua delubra adirẽt, supplicesq; diis assidentes precarentur, ut posthac dimidium futurorum malorum à se propulsaretur. Nam de præteritis magnam se gratiam illis habere, quòd rex Xerxes nobis quotidie cibum capere cõsuesset. Fore enim ut Abderitæ, si iuberentur ut etiam prandium simile cœnæ instruerent, aut non præstolarentur Xerxem aduenientem: aut præstolati, pessimè inter omnes homines affligerentur. Et eis quidem quanq̃ grauatè, tamẽ quod imponebatur, exequebantur. Xerxes uerò ex Acantho duces classis à se dimisit, iussos ad Thermã cum classe se opperiri. Est autem Therma in Thermæo sinu sita, à qua ipse sinus habet cognomen. Hac enim compẽdiariam magis uiam esse audiebat. Nam è Doriſco ad Acanthum usque, ita instructus exercitus iter fecerat, tripartito diuisus omnis iussu Xerxis: ut una pars secundum mare iret unà cum classe, cui parti præerant Mardonius & Masistes: altera per mediterranea, cui præerant Tritatæchmes & Sergis: tertia inter has media, cum qua Xerxes ipse incedebat, ducibus Smerdone & Megabyzo. Nauticus exercitus ubi à Xerxe discessit, fossam euauigauit in Atho depressam ac perductam ad sinum, in quo Assa & Pidorus, & Singus, & Sarga urbes sitæ sunt. Ex quibus sumpto commilitio, pergit ire ad sinum Thermæum: circumuectusq; Ampelon promontorium Toronæum, prætermauigauit has Græcas urbes, unde & naues & commilitium sumpsit, Thoronam, Galipsum, Sermylam, Mecybernam, Olynthum, quæ regio nunc Sitonia nominatur. Ab eo promontorio Ampeli præcidens mare usque ad promontorium Canastræum, totam ferè Pallenem præteruectus est. Illinc quoque & naues & commilitium sumpsit ex Potidæa, ex Aphystie, Noua urbe, ex

Xerxis festiuũ stragema.

Aegeæ, ex Therambo, ex Scione, ex Menda, ex Sana. Hæc sunt urbes sitæ in Pallena, Phlegra prius appellata. Prætermauigans hanc regionẽ, ad præstitutũ locũ tẽdebat, sumptis etiã militibus è uicinis Pallenæ urbibus, ac Thermæo sinui conterminis, quibus hæc nomina sunt, Lipaxus, Combrea, Lissa, Gigonus, Camsa, Smila, Aenea, quarum regio adhuc Cressæa nominatur. Ab Aenea, in qua finis enumerandarum urbiũ mihi factus est, iam ad ipsum Thermæum sinum cursus classis extitit, & ad terram Mygdoniam, donec ad Thermã, quò præceptũ erat, peruẽtum est ad urbem Sindũ, & ad Calestrã super Axiũ sitam flumen, quod Mygdoniam terrã diuidit à Bottiæide: cuius terræ Bottiæidis arctum ad mare locum obtinent urbes Ichnæ & Pella. Hic nauales copiæ circa flumen Axium & urbem Thermam, & alias in medio horum urbes stativa habuere, regem opperientes. Huc peruenire uolens Xerxes, Acantho profectus cum terrestribus copijs per mediterranea incedebat, peragrans Paeoniũ agrum atq; Crestonicum, super amnem Chidorum: qui è Crestonæis initio sumpto, per terram Mygdoniam fluens, in paludem (quæ est supra Axium) euoluitur. Hàc iter faciente Xerxe, leones impetum dederunt in camelos, qui commeatum portabant. Sub noctem enim relictis locis consuetis eò descenderunt: nullo; alio neque iumento neque homine tacto in camelos grassari sunt. Cuius rei causam admiror, quòd leones, quoties aliunde eis est quo indigent, abstinent ab inuadendis camelis, quod animal nunquam antea nec experti fuerant illic, nec uiderant. Sunt aũt per ea loca leones multi, & boues agrestes prægrandibus cornibus, qui ad Græcos ueniunt. Leonum terminus est Abderorum flumen Nestus & Achelous, qui per Acarnaniam fluit. Nam neque aut ad autoram trans Nestum usquam gẽtium uideris

Leonũ natura atq; loca.

uiderit leonem in Europa, aut trans Acheloũ ad Hesperum in reliqua continente: sed in horum fluuiorum medio leones gignuntur. Postquam Thermam uenit Xerxes, ibi substitit, tantum maritimi spacij occupantibus castris, quantum est ab urbe Therma & Mygdonia, usque ad confluentem Lydei & Haliacmonis: ubi agrum Bottiæidem, Macedonicumq; disterminant. In his locis stagna habuere Barbari: quibus potantibus solus ex ijs (qui commemorati sunt) amnibus, Chidorus è Crestonæis fluens nõ suppetijt, sed defecit. Xerxes è Therma prospiciens Thessalicos montes, Olympum & Ossam, præcelsæ magnitudinis, audiensq; in medio eorum anfractum angustum esse, per quem fluit Peneus, & illic uiam esse quæ in Thessaliam fert, cupidine captus est nauigandi ad ostium Penei inspiciendum: quia superiorem uiam tenenti erat eundum per Macedones supernè habitantes ad Perræbos, præter Gonnum urbem. Nam hac tutissimum iter esse audiebat. Atque ut concupiuit, ita & fecit. Itaque conscensa naui Sidonia, quam semper cõscendebat, quoties ei tale aliquid facere libebat, extulit signum cæteris naulbus proficiscendi, relictis illic terrestribus copijs. Eò postquam peruenit, ostia Penei contemplantem ingens admiratio cum subiret, accitos uiæ ductores interrogauit, num flumen posset auerti, ut alibi mare ingrederetur? Narratur autem Thessalia quondam lacus fuisse, utpote conclusa undique præaltis montibus. Nam quod Thessaliæ ad auroram spectat, id Pelion & Ossa iunctis inter se radicibus præcludunt: quod ad uentum aquilonem, id Olympus: quod ad Hesperum, id Pindus: quod ad meridiem & uentum austrum, id Othrys: quod inter hos montes medium, id Thessalia est, ita deuexa, ut cum alij frequẽtes amnes in eam defluant, tũ ij quinq; præcipuè,

Chidori aqua Xerxianis copijs non sufficit.

præcipuè, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pa-
miſus: qui è montibus Theſſaliam ingentibus in eam
planiciem confluentes, per unum anfractum & eum
arctum in mare euadunt, in unam aquam omnes re-
dacti: qui ſimul ac confluentem fecerunt, Peneus re-
tento ſuo nomine cæteros innominatos reddit. Fer-
tur quondam, cum nondum eſſet hic anfractus, per
quem flumina mearent, hos fluuios, & præterea lacũ
Bœbeidem, non fuiſſe nominatos, quemadmodum
nunc, & tamen non minus quã nunc fluxiſſe: ſed ſu-
fluentis omnem Theſſaliam effeciſſe pelagus. Ipſi qui-
dem Theſſali memorant Neptunũ feciſſe conuallem,
per quã meat Peneus, haud abſurdè ſentientes. Qui e-
nim arbitratur Neptunum terrã quatere, & quæ terræ
motu diſcuſſa ſunt, huius dei eſſe opera, ei cernenti
hunc locũ uidetur Neptunus id feciſſe. Nam & didu-
ctio illa montium (ut mihi uidetur) terræmotus eſt
opus. Xerxi interrogãti, num alibi eſſent in mare oſtia
Penei, ductores ſui rem compertam habentes, Rex, in-
quiunt, nulli ſunt huic flumini alibi in mare tenden
tes exitus quàm hic ipſe. Cuncta enim undique mon
tibus redimita Theſſalia eſt. Ad hoc Xerxes dixiſſe fer-
tur: Solertes ſunt uiri Theſſali, qui ſuæ ſibi imbecilli-
tatis conſcij, iampridem cum alia prouiderunt, tum
uerò hoc, quòd regionem habeant facilem occupatu,
& maturè expugnabilem. Solum enim hoc eſſet ne-
gociũ, flumen obſtructo anfractu, auerſoq; alueo per
quem meat, in eorum terram inducere, à quo omnis
Theſſalia præter montes aquis obduceretur. Hæc ita ſe
habere Xerxes apud filios Alei dixit, quoniã Theſſali è
Græcis principes regi ſeſe tradiderãt, ratus id illos per
totam nationem diuulgaturos. Hoc locutus, & locũ
contemplatus, Thermã renauigauit. Vbi complures
dies circa Pieriam eſt commoratus (nam montem Ma-
cedonicum,

cedonicum, ut illac in Peræbos omnis transiret exercitus, tertia eius pars repurgabat) eōdē legati qui dimissi in Græciā fuerant ad terram petendā, regressi sunt partim inanes, partim terrā & aquā afferentes. Quam qui dederunt hi fuere: Thessali, Dolopes, Enienses, Perræbij, Locri, Magnetes, Melieēses, Achæi, Phthiotæ & Thebani, cæteriq; Bœotij: præter Thespienses & Platęenses: cum quibus ij Græci Perræbij percusserant fœdus, qui bellū aduersus Barbarū sumpserant. Fœdus aūt ita habebat: Quicunq; Græci sese dedidissent Persæ, non adacti nēcessitate, eorū decimum quemq;, rebus bene cōstitutis, se deo qui Delphis est deuoturos: ita apud Græcos iusiurandum habebat. Xerxes neq; Athenas neque Spartā legatos terrā petitum miserat: ob id, q; quos antè Darius ad hoc ipsum misisset, eorum alios illi in barathrum, alios in puteum deiecerant, iubentes eos illinc terrā & aquā ferre ad regem. Hac de causa Xerxes nullos illuc ad petendum misit. Et Athenienses quidē quòd ita legatos tractarint, quid triste contigerit, non queo dicere, nisi quòd eorum soli cum urbe vastatū est: quod tamen ipsum non ea causa suspicor contigisse. Lacedæmonijs uerò ira Thalthybij, qui fuit Agamēnonis præco, incubuit. Est aūt Spartę Thalthybij tęplum, cū eius posteris, qui Thalthybiadæ nominantur, quib. honos legationis Spartanorū semper tribuitur. Itaq; post eā rem Spartiatæ cū læta extra eis non essent, idq; diu cōtingeret, pertæsi huius calamitatis Lacedęmoniorū, cœtu frequenter coacto hoc edictū ppo fuere: Si quis Lacedæmoniorū uelit pro Sparta occūbere. Tunc Sperthius Aneristi, & Bulis Nicolai filius, viri Spartiatæ, & natalibus & opibus inter primos, ultrò se obtulerunt ad satis faciendū sua pœna Xerxi Darij filio, ob legatos apud Spartam interemptos. Ita hos Spartiatę tanq; mortē obituros, miserūt ad Medos. Digna

Legati Darij in puteū eōiecti

Thalthybij ira.

gna admiratione cũ audacia horũ uirorũ, tũ uerba ab eis habita. Nã Susa tendẽtes, ad Hydarnẽ Persam Asiatæ oræ maritimæ præfectũ uenerunt, qui eos hospitaliter inuniñceq; acceptos, his uerbis interroganit: Viri Lacedæmonij, quid ita respuitis effici amici regis? Cernite enim ex me & meo statu, quẽ sciat honore prosequi rex uiros egregios, nos itidem honoraturos, si uos ipsi ei dederitis. Videamini modò apud eum esse uiri egregij: quoniã singuli uestrũ, rege donante, principatum Græciæ obtinebunt. Ad hæc illi respondẽtes: Hydarues, inquiunt, nõ ex equo consiliũ roũ ad nos spectat atq; ad te, qui conditionis q̃ suades expertus es, nostræ inexpertus. Nã seruitutẽ quidẽ nosti: libertatẽ aũt nondũ expertus es, utrũ sit dulcis an non. Quæ si tibi experta foret, non ut hastis, sed ut securib. pro ea dimicaremus, nobis suaderes. Hæc Hydarni respondẽrũt. Deinde ut ascenderunt Susa, & in conspectũ regis uenerant, principiò iubẽtib. satellitib. ac uim afferentib. ut procũbentes regẽ adorarent, & per capita eos ad id agendum impingentibus, negauerunt se unquã id esse facturos: neq; enim sibi esse cõsuetudinẽ hominẽ adorandi, neq; se ad id uenisse. Posteaq; in hoc repugnauerant, secundo loco hæc illis & his similia dixere: Rex Medorũ, nos miserunt Lacedæmonij ad luendam pœnã pro ijs legatis qui Spartæ interiere. Hęc illis dicẽtib. Xerxes præ magnanimitate negauit se fore Lacedæmonijs similẽ. Illos enim interimendis legatis, ius omniũ hominũ confudisse: se uerò, quod illis exprobraret, id non esse facturum: neq; eos occidendo, Lacedæmonios culpa solutũrũ. Hæc re per Spartiatas gesta, in præsens ira Thalthybij cessauit: sed Spartam reuersis Sperthio & Bulo, longo deinde tẽpore interiecto, excitatũ est inter Peloponnenses & Atheniẽses bellum, ut Lacedæmonij aiunt, quod mihi diuinitus maximè uideatur esse

Lacedæmoniorũ desectorũ responsum ad Hydarnẽ Persam Adorare regem.

Xerxis magnanimitas.

Legati nõ uiolandi.

tur esse gestum: quia ira Thalthybij nuncios corripuerit, nec prius quieuerit. Quòd aũt ira inciderit in eorum, qui ad regem asc̃derunt, filios, Nicolaũ Bulis, & Aneristũ Sperthy filiũ, qui piscatores Tirynthios in nauj onerarija plena uiris nauigantes cepit, manifestũ est apud me diuinitus id factum esse, ex ira dei, quòd nuncij qui in Asiam à Lacedæmonijs mittebãtur, pditi à Sitalce Tyrei Thracum rege, & à Nymphodoro Pythei filio, Abderita, excepti sunt iuxta Bisanthem, quæ est in Hellesponto: & abducti in Atticã ab Athenienſib. necati sunt: cumq; ijs Aristeas Admanti Corinthius. Verũ hæc multis post regis expeditionem annis gesta sunt. Quæ expeditio, ut ad superiorẽ orationẽ redeã, nomine quidẽ tendebat cõtra Athenas, re tamen uera contra cunctã Græciam. Ea diu ante Græci cũ audissent, non periade omnes affecti sunt. Nã ij q ui terram & aquã dederant Persæ, fiduciã animo præsumebant, tanquã nihil ingratũ passuri à barbaro: qui non dederant, magno ĩ metu uersabantur: quippe cum nulla tanta classis esset in Græcia, quæ posset accipere inuadentem, præsertim pleriſq; bellũ detrectantibus, & libenter ad partes Medorum inclinantib. Hoc ego loco necesse habeo ferre sententiã apud multos quidẽ homines inuidiosam, non tamen quod mihi uidetur uerũ dissimulabo. Si Athenienses formidantes periculum quod impendebat, patriam deseruissent, aut non deserentes, sed permanẽtes sese dedissent Xerxi, nihil omnino aduersus regem in mari quisquam conatus fuisset. Quod si in mari nemo Xerxi restitisset, idem in cõtinenti factum fuisset. Et quamuis multæ loricæ essent muris inductæ à Peloponnenſib. per isthmum, proditi à socijs Lacedæmonij, ijsq; non uolentibus, sed per urbes à classe barbara occupatis deserti fuissent: deserti uerò aut magna opera aggressi generose occubuissent.

aut

aut uidentes iam alios Græcos cum Medis sentientes, cum Xerxe depacti fuissent: atq; ita uniuersa fere Græcia fuisset. Nã mundi apud inhumanos mortalium, quænam utilitas fuisset regem mari portum aperire, quibus nec ipsi uti audire. Nunc autem si quis Athenienses Græciæ liberatores extitisse dicat, profecto non aberrauerit à uero. Nam utro se illi applicassent, hæ partes erant præponderaturæ. Cum uerò prætulerunt Græciam præsta re liberam, nimirum ipsi fuere, qui quicquid Græciæ reliquũ erat cum Medis non sentiens, erexerunt: quiq; secundum deos regem repulerunt: ne oraculis quidẽ horrendis ac terribilibus, quæ è Delphis ueniebant, in ducti ad Græciam deserendam: sed persistentes constituerunt excipere hostem sua inuadẽtem. Siquidem consultoribus Delphos missis, uti oraculo parati erãt: & nuncij factis apud templum quæ ritus postulabat, ædem ingressi consederunt. Quibus Pythia cui nomẽ erat Aristonice, ita respondit:

Athenienses Græciæ liberatores.

Pythia oraculũ ad Athenienses.

Quid statis miseri? extrema relinquite terræ
Tecta fuga, atq; urbis fastigia celsa rotundæ:
Nam caput & corpus minimè syncera manebũt
Extremitũ pedes poterunt superesse manusq;:
Aut medium, sed ea ignis edax deformia reddet,
Et Mars acer equis urgens Assygena curru.
Atq; alias pleraſq; tuas non solius arces:
Permultasq; desim sæuis dabit ignibus ædes,
Quas ego præuidi iam nunc sudore madentes,
Atq; metu tremere, & de laquearibus altis
Nigrantem cogente malo manare cruorem:
Ite, sed ex adyto atq; malis effundite mentem.

His auditis Athenienſium consultores maximo sunt mœrore affecti. Quibus inter sese agitantibus tam triste responsum, Timon Androbuli filius, uir apud Delphos illustris suasit hæc ferè, ut sumptis oleæ ramis de integrõ

Timon illustris.

integro reuerterentur ad consulendum suppliciter oraculum. Obtemperantes ei Athenẽses dixere: O princeps, redde nobis oraculum melius de patria in honorem horum palmitum, quos gestantes ad te uenimus, alioqui hinc abs te nõ abituri, sed in hoc adyto ad obitum usq; permansuri. Hæc dicentibus, antistes iterũ hoc modo respondit:

Pythiæ alterũ oraculum ad Athenienses.

Pallas Olympia cum multis hortatibus usa,
Et precibus blandita, Iouem placare nequiuit,
Hoc tibi fabor item responsum, adamãtina fata.
Nam captis reliquis quę limes Cecropis oræ
Intus habet, quodcunq; sacer penetrale Cithęrõ,
Iuppiter è ligno dat mœnia facta Mineruæ:
Quæ tibi sola tuisq; ferant inuicta salutem.
Tu uerò aduentum peditumq; equitũq; quietus,
Terrestresq; acies ne præstolare: sed hosti
Terga dato, ueniet tibi sic tamen obuius ille.
Diuina Salamis mulierum pignora perdes,
Vsquam uel Cerere sparsa, coeunte uel usquam.

Hæc legati ut erant ita arbitrati prioribus mitiora, postquam conscripserunt, Athenas rediere: reuersiq; ad populum recitauere: & cum aliæ multæ sententiæ essent oraculum interpretantium, & eę plurimum perplexæ: quidam è maioribus natu dixere, uideri sibi deum respondere saluam fore arcem. Olim enim Athenienssiũ arcem præseptam uallo fuisse. Et ij quidem interpretabantur uallum esse hunc ligneum murum. Alij uerò dicebant deum significare naues: easq; cæteris omissis ædificari iubebant. Verùm hos, qui aiebant naues esse ligneum murum, fallebant, duo ultima Pythiæ dicta:

Diuina ò Salamis mulierũ pignora perdes,
Vsquá uel Cerere sparsa, coeũte uel usquá.

Circa hos uersus confundebatur eorũ sententia, qui classem uolebant esse ligneum murum. Nam oraculum qui interpretaban-

reſpretabantur, in eam ſententiam accipiebant, fore ut ipſi inſtructa claſſe ad Salamitem pugna nauali ſuccumberent. Erat autem inter Athenienſes quidam, qui in primores recens peruenerat, nomine Themiſtocles Neoclis filius: qui negabat interpretes omnia recta coniectare: quòd diceret, ſi clades quæ prædicitur, ad Athenienſes ſpectaret ullo modo, non ita placidè nobis deum fuiſſe reſponſurum: ſed ſic, ô Salamis miſera, pro eo quod dixit, ô diuina Salamis, ſi circa eam ſui incolæ forent oppeciturí. Sed rectè coniectantibus ſentiendum à deo contra hoſtes editum eſſe oraculum, non contra Athenienſes. Itaq; ſuadebat ut ſeſe inſtruerent tanquam prælio nauali certaturi, & tanquã hic eſſet ligneus murus. Hanc Themiſtoclis ſententiã Athenienſes potiorem eſſe cenſuerunt, quàm illorũ, qui interpretantes oraculum, diſſuadebãt apparatum pugnæ nauali: ſed hanc eſſe in ſumma ſententiam dicebant, non leuandam in hoſtem manum, ſed ex Attica regione demigrandum, & aliam incolendam. Extitit & alia (ante hanc Themiſtoclis) ſententia ad temperas egregia. Cum magna uis pecuniæ è prouenta metallorum, quæ ſunt è Laurio, eſſet in ærario Athenienſium, æquè diuidunda uiritim denis in ſingulos pubetes drachmis: tunc Themiſtocles hanc diſſuaſit Athenienſibus diſtributionem, ſed ex pecunia claſſem ducentarum nauium compararent ad Aeginæticum bellum. Hoc enim bellum conflatum Græciæ ſalutem attulit, cogens Athenienſes nauticos fieri. Et quanquã hęc claſſis in eum uſum in quem cõparata fuerat, non uenit, tamen in utilitatem Græciæ ceſſit. Ipſa iam parata cum prætò eſſet, & alteram exędificari oporteret, placuit Athenienſibus, inito poſt oraculum conſilio, barbarum Græciam inuadentem cum nauibus opperiri uniuerſos deo obſequentes unà cum Græcorũ

Græcorũ de conſpirando cõſilium.

rum uoluntarijs. Et hæc quidem oracula Athenienſi-
bus ſunt reddita. Coactis autem in eundem locũ Græ
cis, qui per Græciam melius ſentiebant: interq; ſe col
locutis interpoſita fide ibi conſilio habito, miſſum eſt
ante omnia miſſas faciendum pecunias debitas, & in
imicitias, & hoſtilitates. Erant aũt cũ alia aliorum bel
la, tum uerò maximum inter Athenienſes & Aegine-
tas. Poſteaquam Xerxem cum exercitu Sardibus eſſe
audiere, Athenienſes decreuere cùm aliquot in Aſiam
mittendos ad res regis explorandas, tum nuncios par
tim Argos ad contrahendam aduerſus Perſam belli ſo
cietatem, partim in Siciliam ad Gelonem Dinomenis
filium: partim in Corcyram, partim in Cretam, iubẽ-
tes opem Græciæ ferri, eo animo, ut ſi fieri poſſet, om-
nis uis Græca unum eſſet: & ad idem agendum om-
nes incumberent, tanquam calamitate cunctis Græ-
cis impendente. Ferebantur autem res Gelonis magnæ
eſſe: nec multo minores quàm Græcorũ. Vbi hæc eis
placuere, & in gratiam inter ſe rediere, principio ſpe-
culatores in Aſiam tres uiros miſere. Qui cum Sardis
uenissent, in ſpeculãdo regis exercitu deprehenſi ſunt:
& à ducibus pedeſtrium copiarum torti deducebã-
tur tanquam periturj, lata in eos mortis ſententia. Id
ubi Xerxes audijt, reprehenſa ducum ſententia mittit
quoſdam è ſatellitibus, iubens ut ſi uiuos adipiſcerẽ
tur ſpeculatores, ad ſeſe deducerent. Eos adhuc ſuper-
ſtites, adepti ſatellites, prehenſos in regis conſpectum
adduxerunt. Sciſcitatus rex, qua de cauſa uenissent,
præcepit ſatellitibus, ut homines circunducerent pe
ditatum omnem equitatumq; oſtentantes: & eos ubi
contemplando illa expleti fuiſſent, ſine noxa dimitte
rent quocunq; locorum ire libuiſſet. Hoc Xerxes ea ra-
tiõe imperauit, quòd cogitabat fore, ut ſi ſpeculatores
decati fuiſſent, neq; Græci præſciſcerent potentiã ſuã

Xerxis fa-
ctum.

esse fama maiorem, neq; quippiam ipse læderet hostes
tribus uiris interemptis, sed ijsdem in Græciã regres-
sis, Græci ut se opinari dicebat, auditis rebus suis an-
tequam exercitum compararent, propriam libertatẽ
traderent: atq; ita non oporteret suscipere molestiam
de exercitu in eos ducendo. Hæc sententia Xerxis cum
altera quadam congruit. Nam cum Abydi ageret Xer-
xes, uidit naues cursum tenentes per Hellespontum,
quę frumentum è ponto in Aeginam Peloponesumq;
portabant. Quas ubi audiere eius assessores esse hostiũ,
Xerxis stratage-ma. sese ad eas corripiendas accingebant, intuentes in re-
gẽ, quãdo id agi præciperet. Xerxes eos interrogauit, quo
nam illæ tenderent: qui cum respondissent, ad hostes
tuos domine, & frumento onustæ: Tunc Xerxes exci-
piẽs, inquit, Nónne eõdem quò isti, & nos navigamus
tum rebus alijs, tum uerò frumento instructis? Quid i-
gitur hi officiunt nobis, quibus commeatum portãt?
Ita speculatores rebus inspectis dimissi in Europam re
diere. Post quorum reditum Græci, qui contra Persam
coniurarant, nũncios iterum Argos miserunt. Qui-
bus Argiui responderunt, res suas ita habere, audisse
se iam inde ab initio Barbarum excitasse aduersus Gre
ciam bellum: & cum accepissent intellexissentq; Gra
cos sese colligere, tentaturos Persæ obsistere, princip
fuisse mittendi Delphos, qui deum consulerent, quid
sibi optimè facientibus esset euenturum (Nuper enim
Argiorũ oraculum sex millia suorum fuisse interempta à Lacedæmonijs
& Cleomene Anaxandrida) eaq; de causa se misisse, &
ijs qui missi fuerant interrogantibus, sic Pythiam re-
spondisse:

Finitimis inuise, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens impune maneto,
Et tutare caput, nam mẽbra tuebitur illud.

Hæc illis Pythia prius responderat. Postea uerò quàm
annui

nuncij Argos nenerunt, ſenatumq; ingreſſi mandata retulerunt, Argiui reſponderunt ad ea quæ dicebantur ſe paratos eſſe in triginta annos pacificare cum Lacedæmonijs, percuſſo fœdere: ſed ea conditione imperij, ut dimidium imperij penes ſe eſſet, quanquam ius imperandi ipſorum ſit, tamen dimidio imperij ſe eſſe contentos. Hoc aiebant ſuam ſenatum reſpondere, quamuis diſſuadente oraculo ſocietatem contrahere cum Græcis: quod etſi formidarent, tamen cupere ut fœdus triginta annorum ferretur, intra quos annos liberi ſui in uirilem ætatem adoleſcerent: hac uidelicet ratione, ne ſi qua calamitas ad ſuperiorem accederet in bello Perſico, niſi fœdera forent, in poſterum ſubiecti Lacedæmonijs eſſent. His dictis à ſenatu, quidam è nuncijs Spartanorum ita reſpondit: Quod ad fœdera quidem attineret, ſe ad eos qui plures eſſent, relegare: quod autem ad imperium, id uerò ſibi demandatum eſſe, ut reſponderent, dicerentq; Spartanis duos eſſe reges, Argiuis unum, ideo non poſſe fieri, ut alterutro Spartæ regi abrogetur imperium: & nihil obſtare quominus cum ijs duobus rex Argiuus parem dignitatem obtineat. Ibi Argiui negare ſe perpeſſuros inſolentiã, ſed præoptare à Barbaro imperari ſibi, quàm Lacedæmonijs cedere. Atq; ita edixerunt nuncijs, ut priuſquà occideret ſol, ex agro Argiuo excederent, alioqui hoſtium loco futuri. hoc ipſi Argiui ſic ſe habere memorãt. Aliter tamen per Græciam narratur, Xerxem antequã bellum Græciæ inferret, miſiſſe Argos per caduceatorem: qui cum peruenit, ita fertur uerba feciſſe: Viri Argiui, Xerxes rex hæc uobis inquit: Nos arbitramur Perſen, ex quo nos progeniti ſumus, fuiſſe filium Perſei Danaes filij ex Andromeda genitum, quæ fuit Cephei filia: ita ex uobis oriundi ſumus. Quod cum ita ſit, nefas eſt & nos propagatoribus noſtris inferre bel-

Argiui Xerxi ſubdi maluntquã Lacedæmonijs eſſe inferiores.

lum, & uos alij opem ferendo nobis aduersarios fieri: sed potius domi uestræ uos considentes ocium tenere. Nam si mihi ex sententia succedit, nullos pluris quàm uos faciam. Hæc Argiui cum audissent, rem confecisse dicuntur, & à principio dissimulantes quod actum esset, nihil poposcisse Græcos: sed cum ab illis reprehenderentur, tunc partem imperij poposcisse, gnaros id Lacedæmonios non concessuros, ut hoc prætextu ocium agerent: cui rei competit, quod quidam Græcorum multis postea annis gestum fuisse memorant: Cum Susis Memnonijs alterius negocij gratia essent Athenienssium nuncij Callias Hipponici filius, & collegæ qui unà ascenderant, contigit ut Argiui & ipsi per id tempus Susa mitterent nuncios, qui Artaxerxem filium Xerxis interrogarent, an amicitiam quã cum Xerxe contraxissent, putaret adhuc durare, an ab illo pro hostibus haberentur. Quibus Artaxerxes, imò uerò maximè perdurare respondit: nullamque sibi ciuitatem amiciorem putare, quàm Argos. Verùm an ceducatorem Xerxes Argos miserit ad ea dicenda, & an Argiorum nuncij qui Susa ascenderunt, Artaxerxem de amicitia interrogauerint, pro comperto dicere non possum: nec ullam de his aliam proferre sententiam, nisi quam Argiui proferunt. Id demum scio, si omnes homines domestica mala in medium conferrent, & cum uicinis mutare uolentes, mala uicinorum intuiti fuissent, libenter reportaturos suum singulos ea quæ ipsi attulissent. Ita non turpissimè ab Argiuis actum. Ego uerò quæ dicuntur dicere debeo, attamen non omnino omnibus credere: quod in uniuersum à me dictum sit quoniam & hoc memorant Argiui exitisse, qui Persam in Græciam accersierint, postquam cum Lacedæmonijs male pugnasset, pro dolore Psaconi quidqui

Argiuorũ cũ Perſis amicitia.

his præoptantes: & de Argiuis quidem dictum est: In Siciliam autem ad agendum cum Gelone, tum alij nũcij à socijs iere, tum uerò à Lacedæmonijs Syagrus. Huius Gelonis progenitor fuit Oecetor: qui in Gela erat ex insula Telo, quæ ad Triopium sita: qui dum Gela conderetur à Lyndijs, qui erant è Rhodo & Antiophemo, assumptus non est. Interiecto tamen tempore, posteri eius deorum inferorum sacerdores illic perseuerauerunt, oriundi à Teline uno ex ea familia, qui eos illic collocauit hunc in modum: Quidam Gelonì per seditionem electi, in Mactorium urbem (quæ sita est super Gelam) profugerunt. Hos Telines Gelam deduxit nullis uirorum copijs adiutus, sed horum deorum sacris: quæ unde acceperit, an ipse possederit, id uerò dicere non possum. His sacris frerus, eò deduxit illos, ubi posteri sui deorum sacrificuli essent. Quæ res mihi admirationi fuit præterea quæ audio, tantum opus Telinem effecisse: qualia opera non à quolibet uiro effici consueuerunt, sed ab eo qui ingenij callì, robustæque præstantiæ. Quanquam fertur ab incolis Siciliæ, fuisse natura effœminatum ac uiro molliorem. Hunc in modum ille diuitarem hanc adeptus est, Cleandro Patareo, qui septem annos Gelæ tyrannide potitus est, uita functo: à Sabyllo autem Gelono fuit interfectus. Ibi frater eius Hippocrates suscepit imperium. Quo tyrannidem obtinente, erat illic Gelo prognatus Teline uate cum alijs multis, quorum unus erat Aenesidemus Pataici, satelles Hippocratis. Hic diu post, ob uirtutem declaratus est totius equitatus præfectus. Nam quibus in bellis Hippocrates obsedit Callipolitanos, Naxios, & Zanclæos, & Leontinos, pugnauitque cum Syracusanis & permultis Barbarorum, in ijs bellis Gelo exitit uir præclarissimus: ad-

Gela oppidum.

adeò ut nulla omnium (quas retuli) ciuitatum effugerit Hippocratis dominationem, præter Syracusanos. Quos pugna ad flumen Elorum superatos, Corinthij Corcyræiq; liberauerunt: sub hac tamen conditione, ut Syracusani Camarinam, quæ ipsorum quondam fuisset, Hippocrati traderent. Hippocrates cum totidem annos quot frater Cleander tyrannidem obtinuisset, illato Siculis bello, ante urbem Hyblam perit. Ita Gelon per causam tuendi liberos Hippocratis, Euclidem & Cleandrum, ubi ciues, quod abnuerent dicto amplius audientes esse, prælio vicit, ipse Gelonorum imperium adeptus est, liberis Hippocratis dominatu fraudatis. Post hoc commentum, quosdã Syracusanos qui Gamori uocabantur, à plebe suisque seruis qui Cyllyrij nominabantur, eiectos in patriam ex urbe Casmena reducendo, potitus etiam est ipsis Syracusis. Nam ei uenienti plebs Syracusana & urbem & seipsam dedit. Quam Gelo ubi accepit, Gelã quam tenebat minoris faciens, Hieroni fratri demandauit, sibique Syracusas habuit, & quidem pro omnibus urbibus. Ideoque ea ciuitas confestim aucta atque propagata est. Nam deductis eò Camarinæis Gelo ciuitatem dedit, Camarina euersa. Itemque dimidio & eo amplius Gelonorum itidem ut Camarinæis fecit. Necnon Megarẽsium qui sunt in Sicilia, cum obsessi ad deditionem uenissent, locupletissimos quosque qui bellum ei intulerant, & ob id se interfectum illi putarẽt, Syracusas traduxit, ac ciuitate donauit. Nam plebem Megarensem quę belli mouendi fuerat expers, quæque nihil mali se passuram spectabat, Syracusas adductam uenundedit, ex Sicilia asportandam. Idem hoc fecit Euboijs qui sunt in Sicilia, proceres à plebe distinguens. Hoc ideo de utrisque fecit, quòd arbitraretur contubernium plebis rem esse molestissimã.

Elorus fluuius.

Hybla urbs.

Ea ratione magnus tyrannus effectus est Gelo. Ad quē legati Græcorum posteaquàm Syracusas coramq; nenerunt, ita locuti sunt: Lacedæmonij & unà Athenienses, eorumq; socij nos misere ad te in societatem assumendum aduersus Barbarum, quem audisti prorsus bellum Græciæ inferre, iuncto pontibus Hellespon to, hominem Persam, secum omnes Eoas ex Asia copias ducentem, per simulationem belli Athenis inferendi nos inuadentem, cum in animo habeat omnē Græciā redigere in suam potestatem. Tu igitur cui magna potentia adest, nec minima Græciæ portio, Siciliæ princeps, ferro opem ijs qui Græciam à seruitute vindicant, eamq; unà cum illis liberato. Coacta enim cuncta Græcia, erimus magna manus, pugnaq; pares inuadentibus nos. Quod si è nobis alij proditores fuerint, alij ocioſi sedeant, id syncerū quod supererit Græciæ, exiguum erit, unde periculū est ne omnis Græcia pessū eat. Neq; enim speraueris Persam, si nos prælio superauerit, ad te non esse uenturū: quinimò hoc ante caueris, nobis nāq; opē ferendo temetipsum tutaris. Rei cō silio gestæ lætus plerunq; est exitus. Hæc legati dixere. Quibus respondens Gelo, multus in hac oratione fuit: Viri Græci, inquit, insolentē habetis orationē, qui ausi estis me adire hortātes ad ineundā aduersus Barbarū societatem: cū ipsi me prantē prius aduersus exercitum Barbaricū recusaueris sociū. Nam dū mihi erat cū Carthaginensib. certamen, incumbenti ad ultionē necis Doris Anaxandridæ de Aegestanis exigendā, offerebamq; me adiutorem ad liberāda emporia, unde uobis magna emolumenta atq; uoluptates prouenerāt, uos uenire noluistis, neq; mei adiuuandi gratia, neq; ultionis de nece Doriana exigendæ. Itaq; quantum in uobis est, omnia hæc à barbaris possidentur. Verū nobis hæc in melius recidunt. Nūc quoniā circūuenit

Græcorū legati ad Gelonem.

Gelonis responsio.

Doris Anaxandridæ

uos atq; attigit bellum, ita demum Gelonis memoria facta est. Sed contemptus à uobis, non ero uestri simi-
lis: sed paratus ad opem ferendam ducentarum tire-
mium, & uiginti millium armatorum, ac duûm mil-
lium equitũ, totidemq; ferentariorũ, totidẽq; leuis ar-
maturæ, totidẽ sagittariorũ, totidem funditorũ, ac rei
frumentariæ cunctis Græciæ copijs suppeditaturæ, do-
nec fuerit debellatum. Hæc me præstiturum recipio,
sed ea lege polliceor, ut ego sim aduersus Barbarũ Gra
corum imperator. Aliter neq; ipse ueniam, neq; alios
mittam. ea Syagrus audicus non tulit: Sed ô quã ciuila
ret, inquit, Pelopides Agamemnon, si audiret Spartia
tas imperium subdidisse Geloni atq; Syracusanis. Tu
uerò ne feceris huius rei mentionem amplius. Sed si ti
bi animus est opem ferendi Græciæ, esto sub imperio
Lacedæmoniorum. Si dedignaris subesse, non habes a-
nimum opem ferendi. Ad hęc Gelo, ubi uidit uerba
Syagri auersa, hanc ad extremum protulit orationem:
Hospes Spartiata, contumeliæ homini factæ solent irri
tare indignationem. Verũ tu contumelioſis in me ver
bis inuehens, non tamen induxisti me ad uicem con
tumelioſe reddendam. Sed quando uos ita imperium
amplectimini, multò me magis q̃ uos decet illud am-
plecti, qui multò maiorũ copiarũ ac plurium nauium
imperator sum. Cęterũ, quoniã ista oratio uestra in cõ
trariũ nititur, nos aliquantum à superiore nostra ora-
tione decedemus. Si uos terrestribus copijs præfueritis,
ego nauticis præero. Sin uos mari imperitare iuuat, e-
go terrestribus copijs imperitare uolo. Ex quo oportet
uos aut alterutra harum rerũ esse contentos, aut his so
cijs destitutos abscedere. Hanc Gelo conditionẽ offere
bat. Cui nuncius Atheniensis Lacedæmonios animad
uertens, ita respondit: Rex Syracusanorum, Græcia nos
ad te misit nõ imperatorum indiga, sed exercitus. Tu
uerò

Gelonis magna imperandi libido.

Atheniensis nuncij responsio.

però præ te fers non missurũ te exercitum, nisi sis Græciæ imperator: uidelicet ut illi imperes affectas. Itaque quantum ad eam partem pertinet, quòd cuncto Græcorum exercitui præesse postulas, sufficerit nobis Athenienſibus silentium agere, intelligentibus Laconẽ fore idoneum ad reddendam pro utrisque rationem. Quantum ad illud attinet, quod poscis ut universæ classi præsis, ita habeto: nos, etiam ut Laco permittat, non esse permissuros præesse te classi: nostrum munus hoc est, nisi Lacedæmonij id uelint: quibus præesse classi uolentibus, non contradicemus, alteri verò concedemus nemini. Nam alioqui frustra plus nauium q̃ cæteri Græci possideremus, si Syracusanis imperiũ cederemus, qui sumus Athenienses, & antiquissimæ originis, solisq; Græcorum, qui nunquam solum uertimus, è quibus uirum instrumendo ornandoq; exercitu aptissimum Homerus uersificator ait Ilium isse, ut nõ sit dedecus nobis hæc commemorare. His Gelo ista respondit: Hospes Athenienſis, apud nos qui præsint habetis, qui subsint non habetis. Quocirca cum nihil cedere, sed totum obtinere uelitis, quàm celerrimè hinc retro abscedatis, renunciaturi Græciæ, uer ex anno illi exaruisse. Cuius dicti sensus hic est: Cum constet probatissimam anni partem esse uer, talem esse suum exercitum innuebat, quo Græcia priuaretur, quasi quodam uere: quod illi exaresceret, non inita secum societate. Hoc responso Gelonis accepto, nuncij Græcorum profecti sunt. Post hæc Gelo, timens quidem ille Græcis, ne impares Barbaro essent, tamen indignũ atque intolerandum sibi ratus, ut profectus in Peloponnesum subesset Lacedæmonijs, qui Siciliæ tyrannus esset, omissa hac uia, aliam iniit. Nam ubi primum audijt Persam trãsmisisse Hellespontum, misit cum tribus biremibus Cadmum Scythæ filium,

Athenienses nũquam solum uertisse.

Coum,

Coum, multa cum pecunia ac placidis uerbis, ad obseruandum quò casura esset pugna: ut si Barbarus uinceret, ei pecuniam traderet, terramq; & aquam eorum locorum, quibus Gelo imperaret: sin uincerent Græci, rursus pecuniam reportaret. Hic Cadmus, ante id tempus cum tyrannidem Coorum à patre accepisset satis ualidam, nullo aduerso casu, sed ob iustitiam sua spõte eam in media urbe deposuit, atque in Siciliam abijt: ubi unà cum Samijs urbem Zanclam, cuius nomen in Messanam mutatum est, tenuit atque incoluit. Hunc Cadmum, atque hunc in modum eò profectum, Gelo ob iustitiam quam illi ex alijs rebus adesse nouerat, Delphos misit: cuius hominis inter alia quæ edidit opera iusta, hoc non in postremis ponitur, quòd tantum pecuniæ à Gelone commissum in teruertere cum posset, noluit: sed posteaquam Græci pugna nauali superiores extitere, Xerxesq; cum exercitu abijt, & ipse in Siciliam redijt cum omni pecunia. Fertur autem & hoc ab ijs, qui Siciliam incolunt, Gelonem inducto ad obtemperandum Lacedæmonijs animo fuisse laturum Græcis auxilia, nisi Terillus Crimopi filius eiectus ex Himera, ubi erat tyrannus, à Therone Aenesidemi filio, Agragantinorum principe, accersisset per id tempus Phœnicum, & Pœnorum, & Iberorum, & Ligyorum, & Elisycorum, & Sardonum, & Cyrniorum trecenta millia, duce eorum Hamilcare Hannonis filio Carthaginiensium rege: quos Terillus abduxerat cùm persuasos hospitij necessitudine, tum præcipuè prompta animi uolũtate Anaxilai Critenei filio, Rhegini tyranni, qui filios suos Hamilcari obsides dedit, ulciscendi soceri causa. Habebat enim Anaxileus in matrimonio Terilli filiam, nomine Cydippam. Ita Gelonem, cum nequiret auxilia Græcis ferre, Delphos misisse pecuniam. Præterea aiunt ijdem

Cadmi Iustitia.

contigisse,

contigisse, ut eodem die Gelo & Thero Hamilcarem Carthaginiensem in Sicilia superarint, quo Græci in Salamine Persam. Quinetiam Hamilcarem, qui à patre quidem Carthaginiensis, à matre verò Syracusanus erat, & ob uirtutem Carthaginiensium rex, cum conflixisset prælio, victum è conspectu fuisse ablatum audio, nec usquam gentium aut uiuum aut mortuum comparuisse. Omnia enim Gelonem indagando collustrasse. Apud ipsos autem Carthaginienses illius imaginem colentes, hæc fama est: Dum Barbari cum Græcis in Sicilia ab aurora ad crepusculum sine intermissione pugnarent, (tamdiu enim extractum fuisse prælium) interea Hamilcarem in castris permanentem sacrificasse, atque litasse, solida corpora aggerentem in ingentem pyram: sed conspectis suis in fugam uersis, ut erat in faciendis sacris occupatus, sese in ignem misisse, atque ita combustum è conspectu sublatum. Cui siue hoc modo, ut Phœnices, siue alio ut Carthaginienses & Syracusani memorant, ex oculis ablato, nunc Carthaginienses sacrificant, extructis monumentis, cum alibi in omnibus suis colonijs, tum præcipuè in ipsa Carthagine. Hactenus quæ ad Siciliam attinent. Corcyræi aliud nuncijs responderunt, aliud fecerunt. Nam cum eos ijdem nuncij qui in Siciliam ierant, adissent, & eisdem quibus Gelonem uerbis allocuti fuissent, polliciti sunt confestim se auxilia missuros, ac præsidio futuros, negantes sibi Græciam neglectui habendam de salute periclitantem. Quæ si collaberetur, nihil aliud sibi superesse, quàm ut primo quoque die seruirent. Ideoq; sibi quoad possent, illam esse adiuuandam. Hæc illi aspectu speciosa responderunt. At ubi ferre opem oportuit, aliud habentes in animo, sexaginta naues instruxerunt, atq; digressi, Peloponneso applicauere, ac circa

Pylon

Pylon ac Tænaron, quę terra est Lacedęmoniorum, naues in statione statuere: obseruantes & ipsi bellũ quò caderet, desperantes fore ut Græci superarent, sed opinantes Xerxem multò superiorem, victæ Græciæ imperaturum. Itaq; curauere ut hæc uerba apud Persam facerent: Adhortantibus nos Græcis ad hoc bellum rex, quod non minimum & copiarum & nauium, sed plurimum secundum Athenienses habemus, tamen aduersum te ire noluimus, aut quippiam tibi molestiæ facere. Hæc dicendo sperauerunt se plus aliquid quàm cæteros allaturos, quod etiam (ut mihi uidetur) contigisset. Ad Græcos autem excusationem parauere, qua etiam usi sunt. Accusantibus enim Græcis, quòd opem non attulissent, dixere sexaginta se triremes armauisse, sed per uentos etesias superare Maleam nequisse. Atque ita ad Salaminem se non contulisse, nec ulla malitia à pugna nauali abfuisse. Et illi quidem ita Græcos à se summouerunt. Cretes postquã editi sunt ab ijs Græcis, quibus hoc negocium datum erat, hoc sibi faciendum putarunt, ut certos homines publicitus Delphos mitterent deum consultu ros, num sibi expediret Græciam defendere. Quibus Pythia respondit: Oistulti, imputate uobis quascunque lachrymas ob ultionem Menelai uobis Minos iratus immisit. Quoniam illi quidem non sunt ulti cædem Minois, in Camico factam. Vos autem ulti estis illis mulierem è Sparta à uiro Barbaro raptam. Hęc Cretes allata ubi audiere, ab auxilio ferendo supersedere. Siquidem fertur Minoem, cum Dædalum uestigans in Sicaniam, quæ nunc Sicilia dicitur, peruenisset, ui eius uitæ allata occubuisse. Interiecto deinde tempore, omnes Cretes præter Polichnitanos & Præsios diuinitus instructos, cum magna classe in Sicaniam traiecisse, & quinquennio obsedisse Camicũm,

Gorgus rex ꝓ oratio ad Xerxẽ.

Cretensiũ oraculũ.

Minois cædes.

eum, quam (ut mea fert opinio) Acragantini incolunt. Ad extremum cum neque illam expugnare possent, neque permanere fame enecti, ea relicta abijsse: & dum circa Iapygiam cursum tenerent, ingenti cos tempestate adortą, in terram fuisse ejectos: lacerati sq; nauibus, cum nullus in Cretam receptus ostenderetur, illic subsidentes urbem Hyriam condidisse: & mutato nomine pro Cretib. Iapyges Messapios esse effectos, & pro insulanis continentes: & ab urbe Hyria alias incoluisse. Quas diu pòst Tarentini cum exercuissent, magnam in ruinam deuenere, ut hæc maxima cædes omnium (quas nouimus) extiterit, tum ipsorum Tarentinorum, tum Rheginorum: qui à Micytho Chœri filio ad tria millia ciuium adacti opem ferre Tarentinis, interiere. Ipsorum uerò Tarentinorum qui cæsi sunt, numerus non est initus. Micythus, qui Anaxilei famulus erat, & procurator Rhegij relictus, ubi ex ea urbe excidit, Tegeam Arcadum incoluit: complures q; statuas in Olympia consecrauit. Sed mihi Rheginorum & Tarentinorum excessus ab oratione factus est. In Cretam igitur desolatam Præsij aiunt cùm alios homines, tum præcipuè Græcos immigrasse: tertiaq; ab excessu Minois ætate, res Troianas gestas fuisse, in quibus non deterrimos extitisse Cretẽses Menelai defensores: & ob id cos Troia reuersos unà cum suis omnibus fame pestilẽtia q; correptos, iterumq; desolatam Cretam cum reliquis, nunc à tertijs Cretensib. habitari. Harum rerum memoriam refricando, Pythia illos ad ferenda Græcis auxilia animatos cohibuit. Ad Thessali necessitate subacti, circa initia Medorum partes foucrunt, cum expectarent non placere illis, quæ Alcmadæ excogitassent. Nam cum primum audiere, Persam trajicere in

Europam

Europam, nuncios ad isthmum mittunt: ubi prouisores Græciæ delecti è ciuitatibus, coacti erant ad rebus Græciæ prospiciendum. Ad quos postquam uenere nuncij Thessalorum, ita uerba fecere: Viri Græci, Olympiacum ingressum custodiri expedit, ut Thessaliæ pariter atq; omni Græciæ sit belli tutamen. Nos equidē ad custodiendum præparati sumus, sed uos quoq; debetis multum illuc mittere copiarum: quas nisi miseritis, scitote nos pactionem inituros esse cum Persa. Neque enim oportet nos adeò ante cæteram Græciam positos, pro uobis solos occumbere. Quibus ferre opem si recusatis, nullam potestis iniungere necessitatem. Nulla namque fortior necessitas est quàm imbecillitatis. Itaq; per nosmet aliqua ratione salutem nobis comparare conabimur. Hæc Thessali. Ob quę Græci illuc mittendum decreuere exercitum pedestrem, ad maris ingressum custodiendum. Exercitus ubi coactus est, per Euripum nauigauit. Qui postquam ad Algas Achaiæ peruenit, egressus illic relictis nauibus, in Thessaliam contēdit, & ad Tempe peruenit, ad ingressum qui ab inferiore Macedonia Thessaliam fert, iuxta amnem Penęum, inter Olympum & Ossam montes. Ibi castra posuere Græci, ad decem millia armatorum coacti, quibus aderat Thessalorum equitatus, ducibus è Lacedæmonijs quidem Euenero Carnui delecto ex polemarchis, quanquam non esset è regio genere: ex Athenientibus autem, Themistocle Neoclis filio. Verùm paucos illic dies morati sunt. Aduenerunt enim ab Alexandro Amyntæ filio Macedone nuncij, suasum eis, ut illinc decederent, ne ingressu perstantes, ab exercitu irrumpente proculcarentur, uidelicēt multitudinem terrestrem nauticamq; indicando. Horum consilio Græci (nam & bene sibi consuli, & bono erga ipsos animo Macedo esse uidebatur) obtemperauerūt.

Quanquam

Quanquam mihi uidentur meru quoq; id suasisse, qđ audierant alium etiam esse in Thessaliam ingressum per Peræbos, in superiori Macedonia, iuxta urbem Gõnon, quam & transiuit exercitus Xerxis. Ita Græci ad naues regressi, rursus ad isthmum se receperunt. Hæc fuit in Thessaliam sumpta expeditio, dum rex in Europam ex Asia transiturus erat, sed Abydi iam agebat. Thessali à socijs deserti, iam nihil ambigentes, ita prõpti ad Medos transiere, ut in rebus gerendis sese regi præstiterint utilissimos. Græci ad isthmum reuersi, ob ea quæ ab Alexandro dicta erant, consultabant & qua ratione bellum gerendum statuerent, & quibus in locis. Euicitque hæc sententia, ut præsidio aditum Thermopylarum custodirent: quippe qui uidebatur & angustior quàm ille Thessaliæ, & solus ipsorum terræ propinquior. Nam semitam qua Græci intercepti postea fuere apud Thermopylas, haud nouerant prius, quàm ducibus Trichinijs ad Thermopylas hostis peruenit. Hunc igitur aditum ut tuerentur decreuere, ne Barbarus transiret in Græciam, utque classis peruehereiur Histiæotidem oram super Artemisium. Hæc enim loca inter se uicina sunt, ut audiri utrinque possint, quæ apud alteros gerantur: quæ loca ita se habent: Artemisium quidem à pelago Thracio, ex laxitate in arctum cogitur traiectum, qui est inter insulam Sciathum & continentem Magnesiæ. Ab angustijs autem Euboiæ, iam Artemisium excipit littus, in quo est Artemidis, id est, Dianæ templum. Ingressus uerò in Græciam per Trichinum, ubi arctissimus, dimidij iugeri est, quanquam ad dexteram regionem non est hic locus arctissimus, sed ante postque Thermopylas, iuxta Alpenos tergo sitos, tantummodo ad agendum uehiculum patet: anterius iuxta flumen Phœnicem, prope urbem Anthelam,

Histiæotis ora.

thelam, solum agendo uehiculo sufficit. Thermopylarum quod mõtis ad hesperum uergit, inaccessum est, & præalti præcipitij protentum usq; ad Oetam. Quod aũt uię uergit ad auroram, id à mari excipitur ac uadosis. In hoc ingressu sunt calida lauacra, quæ ollas indigenæ uocãt: & desuper ara Herculi extructa. Ad hos ingressus murus est ædificatus, super quem olim portæ erant. Eum autem ædificauerãt Phocenses metu Thessalorum, ex quo illi ex Thesprotis terram Aeolidem iere habitatum, quam nunc possident. Et quia Thessali conabantur eos subigere, præsidio impositio turabantur: aquamq; calidam ingressuri induxere, ut esset lacunosus locus: omnia excogitantes, ne in suam terrã Thessali incursarent. Hic tamen murus quondam extructus, maiori ex parte iã uetustate erat collapsus: quo rursus excitato, uisum est illis faciendum ut illic Barbarum arcerent à Græcia. Est autem proxime uiam uicus nomine Alpeni, unde frumentari Græci statuerãt. Et hæc quidem loca uisa sunt Græcis opportuna. Cũ ista enim timati atq; ratiocinati sunt, ut ubi Barbari neque multitudine neque equitatu uti possent, ibi illos Græciam inuadentes excipierent. Postea uerò quã Persam in Pieria esse audiere, ex isthmo digressi sunt: peditatus ad Thermopylas insidendas, cæteri mare ad Artemisium. Dum Græci (ut cuiq; præceptum erat) properè ad succurrendum tendunt, interea Delphi deum consuluere, de seipsis pariter & de Græcia soliciti. His responsum est, ut uentos precarentur: illos enim maximos fore Græciæ auxiliatores. Delphi quod accepere oraculum, cũm ijs primum Græcis communicauere, quibus libertas cordi erat: quo uũicio illos, quod Barbarum magnopere timerent, immortali beneficio demeruere. Deinde statura uentis ara in Thyia, ubi fanum est Thyiæ Cephisi filiæ, à qua & locus hic habe-

Ventorum ara.

bet nomen, hostias illis immolauere: propter quod ora culum etiam nunc Delphi uentos propiciant. Nauticus Xerxis exercitus ex urbe Therma mouens, decem ex omnibus nauibus uelociſſimas rectà miſit in Sciathum, ubi erant tres præſidiariæ naues Græcorum, Trœzenia, Aeginetica, Attica: quæ præuiſis Barbarorum naulbus, in fugam ſe proripuerunt. Sed ex ijs Trœzeniam, cui præerat Praxinus, inſecuti Barbari, continuò excipiunt. Deinde ſtrenuiſſimum quenque propugnatorum eius ad portam adductum, deinceps mactant. Eorum qui capti mactatique ſunt, & primo & ſtrenuiſſimo nomẽ erat Leoni, quod nomen nonnihil fortaſſe nocuit. Aeginetica uerò, cuius trierarchus erat Aſonides, nonnihil tumultus hoſtibus præſtitit, quod eius epibata erat Pythius Iſchenoi filius, uir eo die præſtantiſſimus: qui capta naui, tamen eouſque pugnando reſtitit, donec totus dilaniatus eſt: quem collapſum non mortuum, ſed ſpirantem, Perſæ qui nauim ceperant, admiratione uirtutis, magnum operæprecium putauerunt ut ſeruarent, uulneribus myrra medentes, ſpongijsque byſſina & faſcijs ea obligantes: ac rurſus in caſtra ſua reuerſi, hominem uniuerſo exercitui oſtentabant admirabundi, ac probè obſeruantes: cum alios quos in eadem iam naui ceperant, tanquam mancipia adſeruarent. Duabus nauibus interceptis, tertia, cui præerat Phirmus uir Athenienſis, dum fugit ad hoſtia Penei, impacta eſt: qua ſine uiris Barbari potiti ſunt. Nam Athenienſes ſimulatque nauem impegerunt, ab ea deſilierunt, & iter Theſſaliam intẽderunt, ſeſe Athenas receperunt. Huius rei per ignes è Sciathoeduos, facti certiores Græci, qui ad Artemiſium caſtra habebant, & ob id perterriti, illinc Chalcidem conceſſerunt ad Euripum tutandum, relictis per edita

Bubolæ loca diurnis ſpeculatoribus. Ex decem Barbarorum nauibus tres ad Herma, quod eſt inter Sciathũ & Magneſiam nomine Myrmeca, proiectæ ſunt. Quæ locum ubi tenuere Barbari, lapideam illic columnam impoſuere. Qui ex Therma ſoluerunt, ubi littus oculos effugit, cum omni claſſe nauigabant undecim diebus, ex quo rex à Therma diſceſſerat, inter ſe diſſipati: ſed eos Herma ducebat, quod erat in traiectu ferè Scyrias Pammorum. Hinc totũ diem nauigantes Barbari oram Magneſiã tenuerũt ſuper Sepiadẽ, & littus quod eſt inter urbem Caſthançam & orã Sepiadem. Ad hũc uſq; locũ Thermopylas, exors malorum Xerxis exercitus fuit: & adhuc claſſis, quemadmodum ego ſupputando inuenio, mille ducentatum ſeptem ex Aſia nauium. In quibus à principio è ſingulis nationibus erant millia ducenta & quadraginta unum ac quadringenti, ducenos ſupputando uiros in ſingulis: & præter indigenas propugnatores, addendo Perſarũ Medorumq; ac Sacorum tricenos epibatas. Reliquus autem hic exercitus conſtabat ex triginta ſex millibus, ducentisq; ac decem. Adijciam huic & ſuperiori numero eos qui ſunt ex biremibus: in quarum ſingulis plures fecerim octoginta potius quã pauciores uiros. Quarũ tamen uium ſumma, ut ſuperius dictum eſt, trium millium fuit. Ita in eis fuerunt uirorum uigintiquatuor myriades, id eſt, ducenta & quadraginta millia. Hæc igitur erat claſſis ex Aſia, unius & quinquaginta myriadum uirorum in uniuerſum: & præterea ſeptem millia ſexcenti decem. Pedites fuit decies ſepties centena millia: equites octoginta millia: quib. addo Arabes, qui camelos: & Pœnos, qui currus agitabant, quæ facio uiginti millia. Quæ copiæ claſſiariæ & terreſtres in ſummam redactæ, ſunt ter & uicies centena, & præterea decem & ſeptem millia, ſexcenti & decem. Has copias

Xerxiana claſſis.

Copiarum Xerxianarũ ſumma

ex

ex ipsa Asia fuisse contractas dictum est, præter seruitia quæ sequebantur, & eos qui in frumentarijs nauibus uehebantur. Huic omni enumerato exercitui adijciẽdus est ille ductus ex Europa, de quo ex opinione dicere oportet. Ii Græci, qui sunt è Thracia, ex insulis Thraciæ obiacentibus adduxerunt naues centum uiginti, quarum uiri fiunt triginta quatuor millia. Terrestres copias adduxerunt Thraces, & Pæones, & Heordi, & Bottiæi, & genus Chalcidicũ, & Brygi, & Pieres, & Macedones, & Perræbi, & Enieẽses, & Dolopes, & Magnetes, & Achæi, & qui maritima Thraciæ habitabant. Harum nationum reor trecenta millia hominũ fuisse, quæ myriades illis Asiaticis adiectæ, fiunt in summam uirorũ pugnantiũ ducentæ sexaginta quatuor, & præterea mille sexcenti ac decem. Hoc tanto pugnatorum numero nõ pauciora, sed plura fuisse arbitror, qui hos comitabantur seruitia, & eos qui frumentarijs in nauigijs erant, & in alijs nauibus unà cũ militaribus uiris uehebantur: quos neq; plures neq; pauciores facio, sed totidem. Ita æquati numero pugnatorũ, explebunt totidem myriadas: fientq; quingẽtæ & uiginti octo myriades, & tria millia ducenti & uiginti uiri, quos Xerxes Darij filius duxit ad Sepiadẽ, & usq; ad Termopylas. Hic fuit uniuersus copiarũ Xerxis numerus. Nam mulierũ pinsentiũ & pallacũ & eunuchorũ armerũ, nemo pro cõperto queat dicere: ac ne impedimentorũ quidem, aliorũq; iumentorũ sarcinariorum, ueq; canũ Indicorũ exercitũ comitantiũ. præ multitudine quisq; inire numerũ possit. Quo minus miror, prodiũ esse, fluenta quædam non suppeditauisse: magis miror unde tot myriadib. cibaria suppetierint. Nã subducta ratione cõperio, si singuli quotidie singulas frumẽti chœnicas, id est, semodia non amplius accepissent, absumpta fuisse singulis diebus centum millia medimnorũ.

& trecentos ac quadraginta medimnos, qui singuli cũ
stant è senis modijs, haud annumerando mulieres eu
nuchosq́, & iumẽta, atq; canes. In quo exercitu cũ tot
Formæ in Xerxe dignitas. uirorum millia essent, nemo aut specie aut magnitudine corporis erat, qui cũ Xerxe ipso posset contendere, tanq̃ dignior qui illud imperium obtineret. Nauales copiæ, postq̃ è statione soluerunt, prouectæq; orã terræ Magnesiæ tenuerunt, quæ est inter urbem Casthanæam & orã Sepiadẽ, primæ quoq; naues ad terrã habuere stationem, aliæ deinceps in ancoris stetere, ad octauũ usq; ordinem intra mare procedentes, utpote angusti ore littore quã ut classem caperet: atq; ita per noctẽ stetere. Sub ipsum uerò diluculũ, ex sereno cœlo & tranquillo, cũ mare efferuescceret, incidit in eam atrox tem
Hellespontias uẽtus pestas, ac uehemens uentus subsolanus, quẽ Hellespõtiam nuncupant, qui circa illa loca habitabant. Eum uentum quicunq; angescere animaduerterunt, & quibus per conditionẽ stationis licuit, ij tẽpestatẽ præuenerunt, reuulsisq; nauib. sese atq; illas incolumes præstiterunt. At quas naues uentus exteriores nactus est, earũ alias ad loca quæ dicuntur furni, quæ sunt in Pelio, extulit, alias in littus, alias in ipsam Sepiadẽ illisit, alias in urbẽ Casthanæam, alias in Meliboeã expulit: erat enim intoleranda uis eius. Enimuerò ferũtur Athenienses Boreã inuocasse ex oraculo alio, quod eis redditũ est, ut generũ suũ ad sibi opitulandũ inuocarẽt. Habet aũt (ut apud Græcos fertur) Boreas in matrimonio Orithytam Atticam Erichthei filiã. Ex hoc coniugio, ut fama est, Athenienses inducti sunt ad coniectandum Boream sibi generũ esse: & dum in Chalcide pro Europa excubarent, cum intelligerẽt augeri tempestatẽ, aut etiã ante, inuocauere Boream, cui prius sacrificauerant, & Orithyiã, ut sibi auxilio essent, & Barbarorũ naues corrumperent, quemadmodum prius fecerant

circa

circa Athon. Num ob id Boreas ingruerit in Barbaros apud ſtationem agentes, non quod dicere certè Athenienſes aiunt & ante fuiſſe ſibi auxilio Bo cã, & tunc illud effeciſſe. Atq; digreſſi illinc, delubrum Boreæ extruxere ad amnẽ Iliſſum. In hac tẽpeſtate qui pauciſſimas naues, ij non pauciores quadringẽtis periſſe aiũt, uiros quoq; innumerabiles, ac uim pecuniarũ immenſam: ut Aminocli Cratineo Magneti maiorem in modum fuerit fructuoſum hoc naufragium: qui aliquanto pòſt, dum circa Sepiadem humũ fodit, multa pocula aurea ciecta, multa argentea percepit, theſaurosq; Perſarum inuenit, affatimq; aliarũ ex auro rerũ lucratus eſt, & cum alioqui nõ eſſent fortunatus, è rebus repertis mirificè eſt ditatus. uexabatur enim is quoq; ingrata quadam calamitate, uidelicet liberis orbatus. Nã uiũ autẽ onerariarum, aliorumq; nauigiorũ quæ perierunt, numerus iniri non poteſt. Itaq; præfecti claſſis uenti ne ſibi poſt acceptam calamitatem Theſſali incurſarent, excelſum ſibi uallum è naufragijs circundederunt. Triduo enim tempeſtas perſtitit. Quarto tandẽ die Magi inciſiones faciendo, & ueneficijs incãtando uentum, ad hæc Theti ac Nereidibus ſacrificando, tẽpeſtatem compeſcuerunt, ſiue alioquin tempeſtas ipſa ſua ſpõte ceſſauit. Theri aũt ideo Magi ſacrificauere, q ab Ionib. acceperant Thetim ex eo loco raptam fuiſſe à Peleo, omnemq; eam oram Sepiadem illius eſſe, aliaſq; Nereidum. Et uentus quidem quarto die cõquieuit. Atq; Græcis diurni ſui ſpeculatores, ex Euboicis uerticibus decurrẽtes, altero ab exorta tempeſtate die indicarunt omnia quæ circa naufragium contigerãt. Quæ illi ubi audiere, fuſis prius liberatori Neptuno libamentis, celerrime rurſus ad Artemiſium reuehuntur, ſperantes ſibi paucas aliquas naues fore contrarias. Ita ad Artemiſium profecti, iterum ſtationem habuere

Aminoclis fortuna.

Xerxis naues cccc. ſubmerſæ.

Neptunus liberator.

habuere ad templum Neptuni cognomine Liberatoris: quod nomen ab illis inditum, ad hoc usq; tempus perdurat. Barbari posteaq̃ uentus conquieuit, & fluctus constrati sunt, reuulsis nauib. ad continentẽ enauigabant, circũuehentesq; promontoriũ Magnesiæ, rectum cursum in sinum, qui ad Pegasæa fert, tenebant.

Hercules ab Iasone relictus. Apheta locus.

In hoc Magnesiæ sinu locus quidam est, in quo fertur Hercules, cum è naui Argo aquatũ missus esset, derelictus fuisse ab Iasone atq; à socijs, dum in terrã Colchidẽ ad uellus nauigarent. Illinc enim aquati in pelagus erant abituri, eaq; de re nomẽ loco fertur esse Apheta, id est, dimissæ. Hoc in loco Xerxianę naues stationẽ habuerũt: quarũ quindecim, quæ lõgæ ultimę appellabãtur, prospectis Græcorum ad Artemisium nauibus, ratæ suas esse, in mediũ earum & ad hostes delatæ sunt, quarum dux erat Sandoces Thaumasij filius, Cumæ Aeolidis præfectus: quẽ ante Darius ob hanc causam captum cruci affixerat, quòd cũ è regijs iudicib. esset, iniquam sententiam ob pecuniam tulerat. Sed eius in cruce suspensi Darius reputans plura peccatis esse beneficia, in domum regiam collata, hoc reperiens, agnoscensq; properãtius se quã prudẽtius egisse, hominem soluit. Ita regem Darium elapsus, ac uitæ restitutus, tunc in Græcos delatus, non iterum erat elapsurus. Hos ad se cursum tenentes Græci ubi uidere, cognito hominum terrore, aggressi repentè cepere. In quarum nauium unà captus est Aridolis, Alabandensium, qui sunt in Caria, tyrannus: in altera Penthylus Demonoi, dux Paphius, qui è Papho 12 naues cũ duxisset, amissis earum undecim tempestate, quæ ad Sepiadem extiterat, cum unà quæ superabat, tendens ad Artemisium, captus est. Hos Græci quæ uolebãt de Xerxis exercitu sciscitati, uinctos ad Corinthiorum isthmum dimiserunt. Cætera Barbarorum classis, præ

ter quindecim naues, quibus præfuisse Sandocem dixi, ad Aphetas peruenit. Xerxes cum terrestribus copiis per Thessaliam & Achaiam iter faciens triduo, cuasit in Melienses: cum in Thessalia certamen curule fecisset, suas equas experiendi gratia, quod illic optimas Græcarum equas esse audiebat. In eo certamine multo inferiores fuere Græcę. Huiorum qui sunt in Thessalia, solus Onochonus potanti exercitui non sufficit. Xerxi ad littoralia Achaiæ tendenti, perductores sui cuncta referre cupientes, enarrabant id, quod de templo Iouis Aphlystij ab indigenis enarratur: Athamantẽ Aeoli filium, inito cum Ino consilio necẽ Phryxo machinatum. Deinde Achæos ex oraculo tale certamen illius posteris proposuisse, ut qui ex eo genere maximus natu esset, huic aditu curiæ, id est, prytanei (quam leitum Achæi uocant) interdicerentur: ipsis excubias agentibus, si quis adisset, non prius exire posset, quàm mactandus esset. Ita multos, cum iã mactandi essent, eo metu in aliam profugisse regionẽ. Interiecto deinde tempore, cum reuersi essent, & in prytaneum ingressi, si essent deprehensi, toto corpore cooperto, & cum pompa eductos mactari consuesse. Hoc posteros Cytissori Phryxo geniti ob id pati, quod cum Achæi expiationem loci facientes, ex oracculo Athamãtem Aeoli filium essent immolaturi, Cytissorus iste cũ è terra Colchide uenisset, illũ liberauit: eoq; facto posteris eius iram dei fuisse iniectam. Hæc cum audisset Xerxes, ubi ad lucum adfuit, & ipse ab eo abstinuit, & idem suis copijs imperauit: domumq; itẽ propugnatorũ Athamantis ac fanũ ueneratus est. Hæc in Thessalia Achaiaq;, à quibus locis processit Xerxes in Melidẽ iuxta maris sinum, ubi totũ diẽ æstus atq; reciprocatio fluctus fit. Huic sinui circunie&tus est locus cãpester, alibi spacios⁹, alibi arctus admodũ. Et ipsi campo circunie&ti

Thessalię equæ.

Onochonus defecit Xerxi.

cuniecti montes edito atq; inacceſſi, omnem Meliadē cingentes regionem, quæ petræ Trechiniæ nominantur. Prima in ſinu urbs ab Achaia euntibus eſt Anticyra, quā amnis Spherchius præterlabens, ex Dorienſib. in mare defluit. A quo alter amnis xx. fermè ſtadijs abeſt, cui nomen inditum eſt Dyras: quem fama eſt emerſiſſe ad ferendā Herculi opē. Ab hoc totidē ſtadiorū interuallo alius amnis eſt, qui uocatur Melas, id eſt, niger. Vnde urbs Trechis quinq; ſtadia abeſt, ſita in amplißimo regionis ſpacio, à montibus ad mare, utpote duobus & uiginti millibus iugerum planicie montis, qui terram Trechiniam circundat. Ad Trechinis meridiem anfractus eſt, per quē Aſopus circa radices mōtis defluit: ad cuius meridiem alius non magnus amnis eſt, nomine Phœnix, ex his montibus in Aſopum defluens. Iuxta Phœnicē angußißimum uiæ eſt: quippe qua muri coarctata modo, plauſtrū agi poteſt. A flumine Phœnice ad Thermopylas quindecim ſtadiorū eſt interuallum, in quo uicus eſt nomine Anthela: quem præterfluens Aſopus, in mare inuoluitur: & ei locus ſpacioſus eſt circuniectus, ubi templum Cereris Amphyctionidis extructum uiſitur, & ſedilia Amphictyonibus, & ipſius Amphictyonis delubrum. Rex Xerxes quidem in Trechinia Melidis caſtra habebat, Græci uero in tranſitu, qui locus à pleriſq; Græcorum uocatur Thermopylæ: ab indigenis autem atq; accolis Pylæ. Hæc erant utrorunq; caſtrorum loca, Xerxe omnibus quæ ad uentum boream ſpectant uſq; ad Trechinem potito: Græcis, quæ per hanc continentem ad auſtrum & meridiem ferunt tenentibus. Qui hoc in loco Perſam Græci opperiebantur, hi fuere, Spartanorum trecenti armati, Tegæitarum & Mantinenorū mille, totidem ex utriſq;. Ex Orchomeno Arcadiæ centū uiginti, ex reliqua mille. Tot quidem ex Arcadia. A

Cereris Amphyctionidis fanum.

Amphictyonū ſedilia

Græcorū Perſam opperientū enumeratio.

Corintho

Corintho autem quadringenti. A Phlyunte ducenti, & Mycenæorum octoginta. Hi Peloponneſo aderant à à Bœotijs: Theſpienſes ſeptingenti, Thebani quadringenti. Præter hos euocati erant Locrenſes Opuntij cũ omni copia, & Phocẽſium mille. Ipſi enim Græci eos euocauerunt, miſſis nuncijs, qui dicerent ſe quidem præcurſores aliorum uenisſe, cæteros autem ſocios propediem expectari: tutelam uerò maris eſſe in Athenienſium præſidio Aeginetarumq́, & eorum quibus res naualis iniuncta eſſet: nec ſibi quippiam eſſe formidoloſum. Non enim deum eſſe qui bellum Græciæ inferret, ſed hominem: nec mortalem quempiam aut eſſe aut fore, qui ex quo natus eſt, malorum ſit: & ut quiſq; maximus eſt, ita ei deberi maxima. Itaq; cum mortalis ſit qui bellum inferat, ab opinione eſſe caſurum. Hæc illi audientes, in Trechinem auxilio iere. Erant his cũ alij duces ſuæ quiſq; ciuitatis, tũ uerò pe nes quẽ ſumma imperij eratque maximè admirabãtur Lacedæmonius Leonides Anaxandridæ filius, qui Leõ Leonidis
tis, qui Eurycratidæ, qui Anaxãdri, qui Eurycratis, qui regis Spar
Polydori, qui Alcamenis, qui Telecli, qui Archelai, qui tiatarũ ge
Egeſilai, qui Doriagi, qui Leobotis, qui Echeſtrati, qui nealogia.
Hegeſis, qui Euryſthenis, q Ariſtodemi, qui Ariſtomachi, qui Cleonidæi, qui Hilli, qui Herculis filius fuit, adeptus ex in opinato regnũ. Nã cũ duo forent ei fratres natu maiores, Cleomenes & Dorieus, aberat à cura regni. Verùm Cleomene ſine uirili ſobole defuncto, & Dorieo iam non ſuperſtite, ſed & ipſo in Sicilia uita functo, ita regnũ ad Leonidem peruenit, qui Cleõbroto maior natu erat. Is enim nouiſſimus fuit Anaxandridæ liberorũ, habebatq; in matrimonio Cleomenis filiam: qui dum ſe ad Thermopylas contulit, delegerat trecentos è primoribus uiros, & quibus filij erant: aſſumpſeratq́ue eos Thebanos, quorum de numero
fecit

feci mentionem, quorum dux erat Leontiades Eurymachi filius. Hac de causa Leonides dedit operam, ut ex Græcis sumeret eos solos, quòd eos maximè insimulabat, quòd cum Medis sentirent. Euocabat igitur eos ad bellum, sciendi cupidus, an unà mitterent auxilia, an manifestò renunciarẽt Græciæ societatem. Sed illi aliud sentientes, tamen auxilia miserunt. Eorũ qui cũ Leonide fuere, primos miserunt Spartiatę: ut his insp
ctis, alij socij in militiam proficiscerentur, neue cum Medis sentirent, si eos superari audirent. Ipsi autem ce
Carnia festa. lebratis Carnijs (hæc enim sacra morabantur eos) relictis Spartæ custodibus, erant cum omni copia illuc celerrimè ituri auxilio. Reliqui etiam socij ad id agendum itidem animati (nam tẽpus Olympiadis in hæc negocia inciderat) haud suspicati tam citò apud Thermopylas bello decernendũ, præcursores miserant. Ita illi sibi faciendũ statuerant. At ij Græci, qui apud Thermopylas erant, ubi ad ingressum Persa aduẽtabat, metu perculsi, de decedendo consultabant. Cæteri Peloponnenses censebant faciendum, ut reuersi in Pelopõnesum, isthmi custodiam agerent. Huic sentẽtię cum Infensi essent Phocenses & Locrij, Leonides suadebat illic perstãdũ, & nuncios ad accersendas subsidio ciuitates dimittendos, tanquam se pauciorib. quã ut Medorum exercitum arcerent. Hæc istis consultantibus, Xerxes equitem quẽdã ad speculandũ, quot illi essent, & quid agerent, mittit. Audierat enim iam tum cum in Thessalia esset, eò loci contractam esse exiguam copiam, eiusq; duces esse Lacedæmonios, atq; Leonidã è genere Herculis. Eques ubi ad stationem Græcorum successit, contẽplatur, aspicitq; non ille quidẽ omnes milites (nã eos qui cõtra murũ, quẽ excitauerant, excubabãt, intueri nequibat) sed eos qui extra murũ agebãt. Erant aũt eo tempore, exterius munendi in Lacedæmoniorum

niorum

siorum statione uices. Eos animaduertit partim sese lu do gymnastico exercentes, partim comam pectentes. Hæc cum admiratione intuitus, corũ numero, ac cæte ris omnib. planè cognitis, per ociũ sese recipit. Nemo enim illorũ insequebatur, sed hominẽ magno contẽ ptui habebant. Regressus ad Xerxem, cuncta quę inspe xerat refert. Quæ Xerxes audiens, non poterat coniectu re eos ad id sese præparare: ut pro uirili & perirẽt & per derent. Sed cum ridiculam rem sibi facere uiderentur, accersit ad se Demaratum Aristonis filiũ, qui in exerci tu erat: quem, ut uenit, interrogauit horũ singula, cu piens nosse quid ab Lacedæmonijs ageretur. Et ille: An diisti, inquit, antea me, dum aduersus Græciã proficis ceremur, de his uiris. Et cũ audisses loquentẽ hæc quæ euentura prouidebam; derisui habuisti. Quanq̃ mihi summũ discrimen est aduersus te rex ueritatẽ euenti, audias tamẽ nunc quoq; ueritatẽ: Hi uiri ad nobiscũ pugnandũ de ingressu uenere, atq; hoc apparãt. Nã ita sese apud eos habet cõsuetudo: Quoties adituri sunt animæ periculũ, capita comunt: ac scito si hos, & qui Spartę manserunt, subegeris, nullã hominũ gentẽ aliã esse quæ contra te rex audeat tollere manus. Etenim nunc aduersus regnum inter Græca pulchetrimũ, atq; uiros præstantissimos tendis. Xerxe, quòd hęc ei admo dũ incredibilia uiderentur, interrogante, quo pacto tã tillę copię cum suis pugnaturę essent: rursus, inquit, pro uano me ducas, nisi hoc tibi ut ego annũo, usu uenerit. Hęc dicens, rameu Xerxi nõ persuasit. Itaque quatriduum Xerxes supersedit, ratus eos illinc fugam esse facturos. Quinto die cum putaret impudentiam illorum atq; temeritatem esse in permanẽdo, irá per citus, Medos in eos ac Cissios mittit, imperãs ut illos caperent uiuos, & in conspectũ suum abducerent. Me dijubi facto impetu in Græcos impressionẽ fecerunt,

multi

multi cadebant, alijsq; superuenientibus nihil tamen promouebant, etsi uehementer ingruebant: palam facientes cùm alijs omnibus, tum uerò ipsi regi, se quidem multos homines esse, at paucos uiros. Fuit autem hic pugnæ congressus interdiu. Post ubi Medi se ægre tutabantur, tum uerò ipsi se subduxere: Persæq; subeũtes excepere ij, quos immortales rex appellabat, quorũ dux erat Hydarnes, tanquam facilè hostem profligaturi. Vbi & hi cum Græcis congressi, nihilo plus q̃ Medi proficiebant, sed eodem modo pugnabant, utpote lon gioribus hastis quàm Græci utentes, & in locis angustis, ubi nullus multitudinis erat usus. Ibi Lacedæmonij dignam memoratu pugnam edebant, cum alijs in rebus ostentantes se perire inter imperitos pugnare, tum uerò quod quoties terga uertebant, conserti fugiebant. Quos Barbari, dum fugiẽtes cernerent, cum uociferatione & strepitu ingruebant. At Græci rursus se conuertentes, aduersis pectorib. eos excipiebant: actũ innumeram Persarum multitudinẽ prostrauerunt, cũ eodem ex Spartiatis quoq; pauci aliquot occubuere. Persæ, posteaq̃ & cateruatim & uniuersis copijs iter occupare conati, nihil tamen promouebant, iterũ sese receperunt. Fertur Xerxes cum ad spectaculũ adesset, in ipso congressu pugnandi ter è solio resilijsse, quòd uidelicet exercitui suo timeret. Postero die nihilo melius Barbari præliati sunt. Nam sperantes fore ut illi, qui pauci essent & saucij, nequirent manus leuare ad pugnandũ, cũ cõflixissent, eos Græci excepere, instructis ordinib. & in suo quisq; loco ac per nationes digesti; præter Phocenses, qui in mõte ad iter obsidendũ locati erãt. Persæ ubi nihil aliud q̃ pridie agi uident, abscedunt. Ibi regẽ aucipirẽ, quodnã in re præsenti cõsiliũ capesseret, Epialtes Eurydemi filius allocuturus adijt; tanq̃ magna aliqua re ab illo remunerandus, & indica-

Persarũ cũ Lacedæm. cõgressio.

uit ei

bit ei tramitẽ, qui per montẽ ad Thermopylas ferebat: qua re Græcos qui illic cõstiterant, euertit. Is postea Lacedæmoniorũ metu in Thessaliam profugit: cuius profugi Pylagoræ Amphyctiones apud Pylæ congregati, caput pecunia proscripserunt: qui interiecto deinde tẽpore, ab Athenade uiro Trechinio, Anticyræ (nam illuc redierat) interemptus est. Quẽ etsi ob aliã causam quam ego in sequentibus reddam, Athenades hic interemit, nihilo tamen secius ab Lacedæmonijs præmio affectus est. Hunc in modum Epialtes postea interijt. Est & alia quæ fertur fama: Onetem Phanagoræ filiũ, Caristium, & Corydalum Anticyrensem, fuisse qui ea dixerint regi, & circum montem Persas deduxerint: quod apud me prorsus fide caret. Nam hinc licet coniecterimus, primum, quod Græcorum Pylagoræ, non Onetæ & Corydali, sed Epialtę Trechini caput pecunia proscripserunt, quòd scilicet eum compertissimũ haberent: Deindé quòd Epialtem ob hanc causam scimus se fuga proripuisse: Postremò, quod Onetes qui non erat Meliensis, ita demum tramitem illum nouisset, si in ea regione permultũ diuersatus fuisset: ideoq; Epialtæ culpam ascribo, quod Persas per montem circunduxerit, & ad tramitem perduxerit. Xerxes ea quæ Epialtes se confecturum spondebat probans, maiorẽ in modum lętus, sine mora Hydarnem cum ijs, quibus prærat, copijs misit. Ille circa lucernarum incensionem, id est, sub crepusculum, è castris profectus est, & tramitem ingressus, quem tramitem indigenę Melienses uestigauerunt: eoq; inuestigato Thessalos deduxere aduersus Phocenses eo tempore, quo Phocenses intersepto muris transitu, ad arcendum bellum in præsidio erant. Extrinsecus nihil admodum prępeptus transitus erat, cum nihil esset utilis Melienſibus. Etenim sic sese habet ille callis. Ab Asopo fluuio, qui per mons

Thermopylarũ callis.

montis meat anfractum, incipit, cui monti ac uiæ idē nomen eſt inditum Anopæa. Hæc Anopæa per dorſum montis extenta, deſinit iuxta Alpenum uibem, quæ prima eſt ex Locridibus, Melienſes uerſus, ac iuxta lapidem nomine Melampygum, id eſt, nigrum fontem, ac iuxta Malitioſorum ſedes: ubi anguſtiſſimus callis eſt. Hac uia atq; ita ſe habente, Perſæ Aſopo traiecto, iter tota nocte fecerunt, à dextra Octæos montes, ad ſiniſtram terram Trechiniorum habentes: ac ſub exortū auroræ in cacumen montis euaſerunt: quo in loco (ſicut ſuperius oſtenſum eſt) mille Phocenſium armatorum præſidium excubabat, tum ad ſuam terram, tum ad uiam tutandam. Nam tranſitus inferior, à quibus dictum eſt cuſtodiebatur. Illam uerò per montem uiam Phocenſes ſua ſponte Leonidæ cuſtodiebant: atq; hoc modo Perſas aſcendiſſe animaduerterunt. Cum eos illi toto monte conſcendendo propter frequentiā quercuum latuiſſent, tamen edito multo ſtrepitu (ut res poſtulat) frondium ſubter pedes conſtratarum (erat enim cœli tranquillitas) Phocenſes recurrerunt: & dum ſibi arma induunt, confeſtim Barbari adfuere: qui conſpicati uiros arma ſibi circundantes, obſtupuere: quippe qui (ut in exercitu aſſeruatum fuerat) neminem ſibi ſperabant occurſurum. Ibi Hydarnes perterritus, ne Phocenſes Lacedæmonij forent, Epialtem percontatus eſt, quiſnam ille eſſet exercitus. Mox certior rei factus, Perſas tanquam in aciē inſtruxit. Quorum miſſilibus multis crebriſq; Phocenſes cum ferirētur, fugam fecerunt in uerticem montis, quari aduerſum ſe ab initio illos ueniſſe, & ſe præparabant tanquā perituri. Ita illi ſentiebant. Verùm eis ſpretis, ij qui circa Epialtem & Hydarnem erant Perſæ, rapidi de monte deſcendunt. At ij Græcis, qui apud Thermopylas erant, primum uates Megiſtias extis inſpectis, indica-

Megiſtiæ extiſpicia.

uit

bit mortem illis pariter & sibi impendere. Deinde trā sfugæ notum fecere, Persas mouem circuire: sed hi ad huc per noctis tempus. Tertio loco significauere speculatores diurni, quia uerticibus montis decurrerunt iā die illucescente. Hic inter se consultantes Græci, sententijs discrepabant. Alij enim stationem non deserendam suadebant, alij ab eis dissidebant. Postea separati partim discedunt, dilapsiq; in suam quisque urbem se recipiunt: partim, qui cum Leonide erant, ad illic perstandum se accingunt. Fertur autem ipse Leonides eos qui abscessere, dimisisse, de illorum uita solicitus. Se uerò & Spartiatas, qui adessent, non facturos è sua dignitate, si stationem desererent, ad quam tutandam ab initio uenissent. Exterùm ego magis illi opinioni accedo, Leonidem posteaquam animaduertit socios ignauos, & inuitos esse ad periculum subeundum, ueniam eis abeundi dedisse, sibi uerò decedere inhonestum putasse: permanenti autem illic, ingentem gloriam futuram, & Spartæ nunquam defuturam felicitatem speraſſe.. Siquidem iam inde ab initio moti belli Spartiatis à Pythia redditum erat oraculum, fore, ut aut Sparta euerteretur à Barbaris, aut rex eius occumberet. Quod oraculum hexametris illa uersibus reddidit, in hæc uerba: Spartiatarum oraculum.

Vobis, amplinagæ colitis qui mœnia Spartæ,
Aut urbs clara dabit Persa uictore ruinam,
Aut si non erit hoc, orinndus ab Hercule quidā,
Flebitur extinctus rex in Lacedæmonis ora.
Nam neq; taurorum, neq; uim feret ille leonum:
Sed Iouis, & cuius reor haud tolerabile robur,
Alterutrum donec passim discerpserit horum.

Hæc reputantem Leonidē, cupidumq; gloriæ compatandę, crediderim solum ex Spartiatis remisisse socios

potius, quã illos qui abierunt in sententijs dissidentes tam deformiter abisse. Cui rei non minimo id mihi testimonio est, quod uatẽ Megistiã huius expeditionis comitem, qui ferebatur Acarnas esse, & à Melampode oriundus, prælocutum ex exitis ea, quæ erant euentura: uoluit propalã Leonides dimittere, ne secum periret, sed ille noluit abscedere filium modo, qui ei unicus erat, unà militantem dimisit Ita socij quos Leonides remittebat, ei obtemperantes abiere. Thespienses tantum atq; Thebani perstitere cum Lacedæmonijs. Thebani quidem inuiti ac nolentes, quippe quos Leonides loco obsidum distinebat: Thespienses uerò libẽtissimi, qui negauerunt se Leonide, & qui cum erant desertis, abscessuros: permanentesq; unà cum illo occubuerũt, quorum dux erat Demophilus Diadromei. Xerxes sub exortum solis libaminibus factis, tantisper moratus, dum tempus esset, quo forum solet maximè frequens esse hominibus, è castris mouit. Etenim ita ab Epialta erat mandatum. Nam descensus à monte erat compendiarius magis, ac breuioris multò spacij, q̃ circuitus montis atq; ascensus. Barbari qui circa Xerxem erant, ad Leonidem & ad Græcos, qui cum eo erant, accessere: & illi tanquam ad necem iam multò magis, quam à principio fecerãt, progressi sunt ad fauces introitus laxiores. Nam munitiones muri eos tutabantur. Et cum superioribus diebus in loca arctiora prodeuntes dimicassent, tunc extra angustias facto concursu permulti Barbarorum cadebant. Nam duces à tergo sui quisq; agininis, uerberibus, quæ gestabant, unumquenq; cædebant, assiduè ad procedendũ adhortantes. Multi eorum in mare decidentes, absumebantur, multo plures tamen uiui proculcabantur, cum nulla pereuntis ratio haberetur. Cumq; scirent impendere sibi necem ab ijs qui montem circuiissent,

Spartiatarũ cædes ad Thermopylas.

rent, qd roboris habebant, id omne in Barbaros ostẽ debant, ingruentes, ac sese intrudentes. Quorum plerisq; cum iam lanceæ diffractæ essent, nonnulli gladijs Persas obtruncarent, tunc Leonides in hoc labore cecidit, nauata strenuissimè opera, & cum eo alij in signes Spartani: quorum ego tanquam strenuorum uirorum nomina audiui, & quidem trecentorum omnium. Persarum quoque illic cum multi alij tam celebres ceciderunt, quàm incelebres: tum uerò duo Darij filij, Abrocomes & Hyperanthes: quos Darius & Phratagona Atarnis filia tolerat, Atarnes autem erat Darij regis frater, Hystaspisq; Arsamæi filius: qui, dum Dario filiam nuptum dedit, omnem insuper ei domum tradidit, ut qui esset unicæ pater. Hi duo Xerxis fratres super cadauer Leonidæ pugnantes occubuere, adeò ut hementi Persarum Lacedæmoniorumq; conflictu, ut Græci, ter hostibus in fugam uersis, cadauer Leonidæ uirtute subtraxerint; & eousque perstiterint, dum ij, qui cum Epialte erant, adfuere: quos ubi audiere Græci, tum uerò pugnandi ardor immutatus est. Nam ad angustias uiæ sese recepere: & introgressi murum, tumulum quendam occupantes, addensati insedere cuncti, præter Thebanos. Est autem tumulus in ingressu, ubi nunc super Leonidem stat lapideus leo. Hoc in loco defensantibus sese gladijs, qui adhuc eis supererant, Barbari circunfunduntur, & manibus & uocibus incessentes. Alij ex aduerso urgentes, & munitionem muri subruentes, alij undiq; circunuenientes ac circunstantes. Lacedæmoniorum atq; Thespiensium, cum tales extiterint, præstantissimus tamen extitisse fertur Dieneces Spartanus: quem antequã cum Medis confligeretur, hoc dixisse aiunt, cum à quodã Trachinio audisset Barbaros præ multitudine sagittarum, quas emitterent, solẽ obducere, tantam esse copiam,

Leonidæ mors.

Græcorũ uirtus.

Leo lapideus.

Dieneces præstantis.

copiam, adeò non expauefactus est, ut parui faciens Medorum turbam, respouderit: Omnia sibi bona Trichinium hospitem nunciare: si Medi solem obducerent, se sub umbra cum illis, non in sole pugnaturos. Hæc & alia huiusmodi dicta memoratu digna, aiunt Dieneecem Lacedæmonium reliquisse. Secundum hũc è Lacedæmonijs duo fratres præstantissimi feruntur fuisse, Alpheus & Maron, Orsiphanto geniti. E Thessalis Dithyrambus Harmatidei. His eo loco ubi ceciderunt sepultis, & ijs qui primus, quã socij à Leonide remissi sunt occubuerant, epigrammata his uerbis inscripta sunt:

Terdecies centum hic certarunt millib. olim
E Peloponneso bis modò mille uiri.

Hęc uniuersis superscripta sunt, illa peculiariter Spartiatis:

Nos Lacedæmonijs refer hic peregrine iacentes,
Exhibito illorum uocibus obsequio.

Megistiæ epigrãma.

Hoc Epigrãma inscriptũ est Lacedæmonijs, illud uatis:

Nobilis hoc bustum est (Medi occidere) Megistæ
Sperchion ad fluuiũ, non sed inultus obit.
Qui uates obitum quamuis præsciret adesse,
Spartæ haud sustinuit deseruisse duces.

Qui hos epigrammatis & cippis exornarunt, Amphictyones fuere, præter epigramma uatis Megistæ, quod Simonides Leoprepis filius, propter hominis familiaritatem inscripsit. Ex his trecentis duo, Eurytus & Aristodemus, feruntur ob extremam lippitudinem è castris ab Leonida remissi, & in Alpenis decubuisse: & communicato inter se consilio, cum liceret aut salutem sibi parare Spartam uersus, aut si reuerti recusarent, unà cum alijs occumbere, in neutro horum quæ licebat eis facere, inter se conuenisse: sed cum sententijs discreparent, Aristodemus quidem præ ignauia remansisse: Eurytus uerò audita Persarum circuitione,

tione, petisse arma: seq; eis indutum iussisse seruum ut ad pugnantes deduceret. Ille ubi deduxit, fugę se mandasse: hic dato in agmen impetu, occubuisse. Quod si uel Aristodemus solus redirę Spartam neglexisset, aut si ambo reduces fuissent, uidentur mihi Spartiatæ nullam ijs pœnam irrogaturi fuisse. Nunc altero eorũ extincto, in hũc, qui habens eandem occumbendi occasionem, tamen occumbere noluerit, necessario debuisse magnopere irasci. Quidam hunc in modum; & ob hanc causam Aristodemum sospitem redijsse Spartam aiunt. Alij enim, cũ ab exercitu pro nuncio mitteretur, & posset pugnę quæ fiebat adesse, tamen recusasse, sed moratum in uia, fuisse superstitem: sociumq; eius qui una mittebatur, in pugnam profectum oppetisse. Aristodemus Lacedęmonem regressus, probro & ignominia notatus est: probro, quòd cum nemo neq; igni neq; alloquio impertiuit: ignominia, q Aristodemus fugax appellatus est. Verùm hic omnem sibi obiectam culpam, in pugna apud Platæas gesta delenit. Ferunt item alius ex eisdem trecentis superfuisse, in Thessaliam pro nuncio missus, cui nomen erat Pantitæ: sed Spartam reuersus, cum opprobrio esset, sese strangulasse. Thebani quorum dux erat Leontides, ui retenti aduersus regis copias, tamen à patribus Græcorum è quibus erant, dimicauerunt. At ubi res Persarum superiores esse animaduerterunt, ibi à Græcis qui cum fuerant, ad tumulum ire properantibus se dissociantes, manus ad Barbaros protenderunt, ad eosq; que propius accesserunt, referentes (quod uerissimum erat) sese cum Medis sensisse, terramq; & aquam regi inter primos dedisse, ac ui coactos ad Thermopylas uenisse, & à culpa cladis illatæ abesse. Hæc regi allegantes, quorum etiam Thessalos testes habebant, seruati sunt: non tamen usquequaque fortunati. Nam Barbari

Thebani manus protendunt.

bari qui eos cepere, aliquot ut accedebant obtruncauerunt: pluribus iussu Xerxis regias notas inusserunt, à duce Leontida exorsi. Cuius filium Eurymachum postea Plataeenses quadringentorum Thebanorum ducem, quod urbem ipsorum occupasset, interemere. Hunc quidem in modum Graeci ad Thermopylas dimicauerunt. Xerxes autem accitum Demaratum interrogauit, hinc orsus: Demarate, uirum te bonum esse indicio ueritatis experior. Quae enim dixisti, ea omnia perinde euenere. Nunc hoc mihi pandito, quotnam sunt Lacedaemonij, quotue eorum tales in re bellica, an & uniuersi? Cui Demaratus: Multitudo rex, inquit, Lacedaemoniorum omnis magna est, & urbes multae. Quod autem discere uis à me, scies: Est in Lacedaemone urbs Sparta octo millium fermè uirorum, qui omnes his qui hic pugnauere sunt similes: ceteri Lacedaemonij non illi quidem similes, sed tamen uiri sunt strenui. Ad hunc Xerxes: Demarate, inquit, agedum expone quo pacto hos uiros minima eum difficultate subigamus. Tu namque calles quò tendant eorum consilia, utpote quorum rex fuisti. Cui Demaratus: Cum tu, inquit, me rex libenter consulas, aequum est me tibi quod optimum sit expromere. Id quod uis hoc pacto fiet, trecentas naues cum suis propugnatoribus in oram Lacedaemonicam mitteris. Adiacet autem illi insula nomine Cythera: quam obrui mari quàm extare conducibilius esse Lacedaemonijs Chilon aiebat, uir apud nos sapientissimus: uidelicet expectans semper ab ea aliquid tale futurum, quale nunc ego expono: non ille quidem tuam classem praeuidens, sed quamcunque similiter extimescens. Ex hac igitur insula proficiscentes tui Lacedaemonios territent. Ita illi domestico occupati bello, neq; tibi erunt infesti: neq; ceteraeGra-

Thebanis stigmata regia inuruntur.

Cythera insula.

rit, cum à tuis pedestribus copijs expugnabitur, auxilia ferent. Subacta reliqua Græcia, Laconici per se reddentur invalidi. Quod nisi feceris, hoc fore expecta: Est Peloponnesi arctus isthmus: quo in loco Peloponnesibus omnibus coactis, alia tibi prælia superioribus atrociora futura prospicio. At si illud feceris, & isthmus hic citra prælium, & cæteræ urbes ultro tibi se dedent. Post hunc Achæmenes Xerxis frater, classis præfectus, cum ei colloquio interesset, veritus ne Xerxes ad id agendum induceretur: Animaduerto, inquit, te rex uerba admittere uiri, qui tibi prospere agenti inuideat, aut etiam res tuas prodit. His enim moribus uti Græci gaudent, ut & fortunato inuideant, & meliorem oderint. Quod si è præsenti conditione, cum naues quadringentæ naufragium fecerint, trecentas alias è cætera classe miseris ad obeundam Peloponnesum, profectò fient nobis aduersarij pares ad decertandum. At si cõiuncta classis fuerit, inexpugnabilis redderur, & ante omnia nobis illi impares erunt: simulq; omnis exercitus nauticus terrestri, & inuicem terrestris unà iter faciens, nautico erit auxilio. Quos si distraxeris, neque tu illis usui eris, neque illi tibi. Tu verò tua ipsius bene constituueris, si aduersariorum res apud te non agitaueris. Hic illi bellum sistent, hæc agent, tot numero sunt. Illi enim per sese ad sibijpsis prospiciendum sufficiunt, & nos itidem ad prospiciendum nobis. Quod si Lacedæmonij aduersus Persas in pugnam ibunt, impendentem sibi cladem haudquaquam dęuitabunt. Ad hæc subijciens Xerxes: Rectè, inquit, Achæmenes mihi uideris dicere, quod & faciam. Demaratus quod optimum ille quidem mihi sperat esse, id suadet: eius tamen sententia à tua superatur. Neque verò illud admitto, eam uolle rebus meis bene consultum, ut ex ijs quæ antea ab hoc dicta sunt, &

Achæmenis consilium.

Græcorum mores.

ex ipsa re coniecto. Quoniam ciuis quidem ciui in secundis eius rebus inuidet, cumq; malè odit: ac ne consulenti quidem se ciui, ciui ea subiecerit quæ putet optima, nisi singulari uirtute præditus, quales pauci sunt. Hospes autem hospiti prospera fortuna utenti, omnium est beneuolentissimus, eiq; consultanti optimè consulit. Quapropter ab infectatione, qua in Demaratum uteris hospitem meum, posthac abstinere te iubeo. Hæc Xerxes locutus, inter cæsos transijt, ubi erat Leonides: quem cum audisset Lacedæmoniorum regem eundemq; ducem fuisse, iussit abscisso capite in crucem tolli: ut mihi cùm alijs multis indicijs, tum hoc præcipuè manifestum sit, regem Xerxem maximè omnium excanduisse in Leonidam uiuentem. Nam alioqui nunquam in defunctum hoc genere deliquisset: cum ex omnibus (quos ego noui) hominibus Persæ solcant uiros in re militari præstantes, honore afficere. Illi quibus imperatum erat, id executi sunt. Redeo ad eam narrationem, unde mihi discessum est. Lacedæmonij primi regem aduersus Græciam tendere acceperunt, atque ita Delphos ad oraculum miserunt. Vbi responsum est id redditum, cuius paulo antè memini. Acceperunt autem mirum in modū. Demaratus enim Aristonis, qui profugit ad Medos, nō ille quidē Lacedæmonijs benevolus, ut & ego arbitror & ratio dictat: tamen hoc fecit, siue in hoc bene illis consultum uolebat, ut conjectare licet, siue quòd insultaret. Nam posteaquam Xerxes statuit aduersus Græciam sumere expeditionem, id Demaratus qui Susis erat, cum accepisset, censuit Græcis esse indicandum, sed cum aliter nequiret, quippe periculosum erat, ne deprehenderetur, hanc rem commentus est: Sumptis duarum tabellarum pugillaribus, ceram illinc eradit. Deinde in eorum ligno consilium regis exarat. Quod literis

Leonides in crucem tollitur.

Demarati pugillares

literis exaratum, rursus cera inducit, ne quid negocij apud viarum custodes exhiberent pugillares, qui ferrentur. Qui ubi Lacedæmonem allati sunt, non poterant eos Lacedæmonij interpretari, antequam (ut ego accipio) Cleomenis filia, eademq; Leonidæ uxor Gorgo, illos admonuit, ipsam rem interpretata, iubēs ceram effringi. Fore enim ut literas in ligno reperirent. Ita ei auscultantes Lacedæmonij, literas repertas relegerunt, easque deinde ad Græcos dimiserunt.

Literarum mira occultatio.

730

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARUM Liber VIII.

Qui inscribitur

VRANIA.

Græcorũ classis aduersus Xerxem.

ATQVE hæc quidem ita gesta dicuntur esse, Græci autem, quibus res classiaria delegata erat, hi fuere: Athenienses, qui naues centum nigintiseptem præbuere, iunctis sibi Plataeensibus: qui etsi rei nauticæ inexperti, tamen strenuè alacriterq; pro se illorum naues armauerant: Corinthij præbuere naues quadraginta: Megarenses viginti: Chalcidenses totidem sibi ab Atheniensibus præbitas armauerunt: Aeginetæ undevigenti: Sicyonij duodecim: Lacedæmonij decem: Epidaurij octo: Eretrienses septem: Troezenij quinque: Styreenses duas: Chij totidem, cum totidem penteconteris, id est, nauigijs quinquagenũm remorum, quibus auxiliares erant Locri: Opuntij cum septem penteconteris. Hæ naues ad Artemisium in statione erant: quarum quot quisq; præbuerint, mihi dictum est. Vniuersarum verò, præter penteco̅teres, ad Artemisiũ coactarum numerus fuit ducentarũ septuaginta unius. His ducem, penes quẽ summa imperij esset, Spartiatæ præbuerunt Eurybiadem Euryclidæ filium. Nam socij negauerunt se, nisi Lacon esset imperator, secuturos esse

Atheniẽses

Athenienſes ductores, ſed exercitũ qui futurus erat ſoluturos. Etenim iam inde ab initio, antequã in Siciliã ad ſocietatem ineundam mitteretur, agitatum ſermonibus erat, tanq̃ expediret rem nauticam Athenienſibus permittere. Cæterùm recuſantibus ſocijs, eſſere Athenienſes, quòd magnifacerent Græciã ſupereſſe, q̃ intelligebant eſſe periturã, ſi de principatu contenderent, rectè ſentientes. Nam inteſtina ſeditio tanto deterior eſt bello, quod concorditer geritur, quanto bellũ deterius eſt pace. Hoc itaq; ipſum intelligentes, non repugnandũ putauerunt, ſed tãtiſper concedendũ, quoad magnopere illis indigebant, quemadmodũ conſtituerant. Siquidem poſteaq̃ expulſo Perſa iam de illius terra decertabant, ſuperbiam Pauſaniæ cauſati, Lacedæmonios ducatu abdicauerunt. Verũ hæc poſterius geſta ſunt. Tunc autem ij Græci qui ad Artemiſium ſe contulerant, ubi uiderunt & multum nauium ad Aphetas eſſe contractum, & omnia plena exercitu hoſtili, percuſſi metu, quod præter opinionem ſuam expectatione emꝫ res Barbarorum ſuccederent, conſultabãt de facienda fuga ex Artemiſio interiorem in Græciam. Quorum conſultatione cognita, Euboei obſecrabant Eurybiadem, ut aliquantulum temporis præſtolaretur, dum ipſi liberos atq; domeſticos ſubducerent. Vbi non perſuadent, ad ducem Atheniẽſuum Themiſtoclem tranſgreſſi, paciſcuntur cum eo triginta talentis, ut tamdiu ante Euboeam perſtarent, donec pugna nauali decerneretur. Themiſtocles hac ratione Græcos retinuit. Eurybiadem ex hac, tanquam ex ſua ipſius pecunia, quinq; talentis impertit. Hoc perſuaſo, Adimantum Ocyti Corinthiorum ducem, qui ſolus reluctabatur, negans ſe permanſurum, ſed ab Artemiſio profecturum, ita allocutus eſt iurciurãdo interpoſito: Tu uerò haudquaquam nos deſeres, quem ego ma-

Themiſtoclis corruptela.

Adimantus

ioribus donabo muneribus, quàm quæ rex Medorum tibi mitteret socios deserenti. Hæc locutus, statim ad nauem Adimanti tria misit argenti talenta. Illis pecunia corruptis, cum Euboicis gratificatus est Themistocles, tum reliquum pecuniæ quam acceperat lucrifecit: quam eum interuertisse ideo latuit qui acceperãt, quod putabant eam ab Atheniensibus ad hoc ipsum uenisse. Ita in Euboea perstitere, ac prælium fecere, qd ita gestum est: Barbari cum ad Aphetas circa diluculum uenissent, cumque id quod etiam ante audierãt cernerent, paucas Græcorum naues ad Artemisium stationem habere, libidine tenebantur aggrediendi, si fortè eos intercipere possent. Cęterùm ex aduerso inuadendũ non uidebatur, ne se conspectis obuiam tendentibus Græci fugam capesserent, noxq; fugientes exciperet. Sed euenire oportebat ut hi effugerent, & illorum insidiantium ne igniferquidem euaderet. Igitur ad hanc rem transigendam hoc sunt machinati: Ducentas ex omnibus nauibus delectas extra Sciathum circumagunt, iuxta Capharea, & Gerestum ad Euripum, ne circumuehentes Euboeam ab hoste cernerentur, sed eum circumuenirent: ducentis quidem nauibus quæ hàc irent, uiam (quæ retrò ferębat) obsepientibus, reliqua uerò classe ex aduerso ingruente. Hoc capto consilio quas constituerant naues seruarunt, non habentes in animo ipsi eo die Grę cos adoriri: nec priusquam signum quòd conuenerat cum ijs qui circumuehebantur, ab illis ederetur iã de suo aduentu. His circummissis nauibus, reliquarum apud Apheras numerum ineunt. In quibus recensendis dum occupati sunt, Scyllias quidam Scionæus, qui ijsdem in castris erat, omnium ea tempestate hominum optimus urinator: qui etiam in naufragio ad Pelium facto, multam pecuniam Persis seruauit,

Scyllias urinator.

multa

multa & sibi lucratus est : hic Scyllias iampridem in animo habuerat ad Græcos transire: sed cum ad eam diem non fuisset nactus occasionem, tunc ad Græcos transfugit, sed incertum quonam modo illinc transierit. Demiror tamen, si verum est quod refertur. Refertur enim cum ex Aphetis mare subisset, non prius emersisse, quàm ad Artemisium peruenit, octoginta fermè maris stadia emensus. De hoc viro & alia memorantur, partim mendacijs similia, partim vera: de quo mihi ea probatur opinio, eum navigio ad Artemisiũ peruenisse. Is ubi eò peruenit, Græcos certiores fecit & naufragij facti, & navium ad circumeundam Euboeam dimissarum. Hoc illi audito inter se collocuti sunt: & cum multæ essent sententiæ dictæ, illa evicit, ut eum diem illic maneretur, & in statione persteretur: dehinc media nocte solventes proficiscerentur, & classi hostium quæ circumageretur, occurrerent. Post hæc ubi nemo ex adverso ferit, observato diei crepusculo, ipsi feruntur in Barbaros, animo experiundæ fortunæ cum in pugnando, tum in perrumpendo. Quos Xerxiani milites duces{que} paucis cũ navibus venientes in se conspicati, magnæ hoc illis dementiæ dantes, & ipsi naves educunt, sperantes facile se illos ire interceptum. Meritò sanè sperantes, quod viderent paucas esse Græcorum naves, suas verò multo plures atq; velociores. Itaq; præ contemptu illos in medio concludũt. Ex Ionibus verò ij qui Græcis bene volebant, invidi miserabant: magnæ calamitatis loco ducentes, quòd viderent circumveniri illos, quorum neminem animadverterent esse rediturum. Adeò eis infirma res Græcorum esse videbatur. At ij Iones quibus id quod fiebat voluptati erat, p se quisq; adnitebatur, ut ipse primus aliqua navi Atheniensium capta, donum ab rege acciperet. Nam apud exercitum plurimus erat per hos de

Athenien-

Nauallo pugna Græcorũ cum Perſis.

Athenienſibus ſermo atq; reſpectus. Græci, ubi eis data eſt, primum conuerſis in Barbaros proris, puppes in medium coëgerunt. Deinde ſecundo ſigno dato opus capeſſunt: quanquam in exiguo ſpacio deprehenſi. & à fronte mox triginta Barbarorum naues excipiũt, in quibus & Philaonem Cherſis filium, Gorgi Salaminiorum regis germanum, & in eo exercitu virum eximium. Græcorum autem primus nauem hoſtium cepit Athenienſis Lycomenes Aeſchrei filius, idemq; palmam rei bene geſtæ retulit. In hac pugna cum inuicem nunc hi, nunc illi ſuperiores eſſent, interuentu noctis diremti ſunt: & Græci quidem ad Artemiſium reuecti, Barbari uerò ad Aphetas, multo maius opinione ſua certamen experti. In hoc prælio ſolus è Græcis qui cum rege erant, Antidorus Lemnius ad Græcos transfugit: quem Athenienſes ob eam rem tracto ſoli in Salamine donarunt. Vbi nox aſſuit (erat autem anni tempus mediæ æſtatis) immenſa uis aquarum exitit per totam noctem, & dira tonitrua à Pelio. Cadauera quoq; ac naufragia ad Aphetas efferebantur, & circa nauium proras excipiebantur, & remorum palmulas perturbabant. Hæc audientes qui illic erant milites, metu conſternebantur, credentes ſe eſſe utique perituros, ut qui in tantum malorum deueniſſent. Quippe quos antequam reſpiraſſent è naufragio & tempeſtate, quæ ad Pelion extiterat, excepiſſet atrox pugna nauali, ex pugna nauali uehemẽs imber & ualidi aquarum in mare diſcurſus, ac dira tonitrua. Et iſtis quidem huiuſmodi nox contigit. At iis quibus negocium datum erat ut Euboeam circumirent, quanquam eadem nox, tamen multo etiam atrocior erat: tanto quidem, quanto maius eſt, quod eos dum in pelago ferrentur inuaſit, & triſtior exitus fuit. Vt enim eos curſum tenentes tempeſtas ac

Græcorũ victoria.

pluuia

pluuia adorta est, cum essent ad concana Eubœæ, ac flatu ferrentur, ignari quo efferebantur, ad petras impingebantur. Et id omne à deo fiebat, quò Græcæ classi par redderetur id nauium quod supererat, nec multo plus foret. Atque hi quidem circa Eubœæ concana periere. Barbari verò qui apud Aphetas erant, vbi ipsis libentibus dies illuxit, naues suas stabilierũt, satis habentes, cum malè rem gessissent, quietem agere in præsens. At Græcis auxilio tres & quinquaginta naues Atticæ superuenere: quæ suo aduentu illis tum animum addiderunt, tum nuncium attulerunt, eos Barbaros qui Eubœam circumuehebantur, tempestate illa quæ extiterat, cunctos interisse. Itaque Græci eadem qua pridie obseruata hora, profecti, naues Cilicum inuasere. Quas ubi corrupere, & nox aduenit, iterum se ad Artemisium receperunt. Tertio die Barbarorum duces tum indigne ferentes, à tantula se classe uexari, tum à Xexe supplicium timentes, non expectandum sibi amplius censuerunt, ut Græci priores pugnam capesserent, sed instructas naues circa meridiem eduxerunt. Contigit autem, ut per hos eosdem dies & hæc naualia prælia, & illa in Thermopylis terrestria gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de Euripo, quemadmodum illis qui cum Leonida erant, de transitu arcendo. Græci quidem sese adhortabantur, ne Barbaros intrare Græciam sinerent: Barbari uerò, ut Græcorum copijs profligatis, transitu potirentur. Procedente Xerxianorum classe in aciem ordinata, dum Græci se apud Artemisium immotos tenerent, tunc eos Barbari ut comprehenderent, lunata classe circundabant. Ibi Græci ex aduerso prodeuntes, conflixere. Qua in pugna pari Marte pugnatũ est. Nam Xerxiana classis præ magnitudine & copia sua in se incidebat, perturbatis nauibus,

uibus,& mutuo incurſantibus: reſiſtebat tamen, neq; cedebat. Indigna enim res uidebatur, à paucis nauibus in fugam conuerti. Itaq; multæ Græcorum naues interibant, multi etiã uiri, ſed multo plures Barbarorum & naues & uiri: atque ita dimicantes, utriq; ab alteris abſceſſere. Hoc in prælio Xerxianos inter milites optimam Aegyptij nauauerunt operam, cũ alijs magnis editis operibus, tum hoc quod quinque Græcas naues cum ipſis propugnatoribus cepere. E Græcis eo die præſtantiſſimi extitere Athenienſes, & inter Athenienſes Clinias Alcibiadis filius: qui domeſtico ſumptu ac propria naui, cum ducẽtis uiris militabat. Vbi utrique libenter in diuerſum abiere, ad ſuas ſtationes ſeſe recepere. Græci dirempto prælio reuecti, etſi eorum corporibus ac naufragijs potiti erant, tamen quòd malè affecti eſſent, præcipueq; Athenienſes, quorum dimidium nauium uulneratum erat, de fuglendo in ulteriora Græciæ deliberabant. Themiſtocles, reputans ſi ab amicitia Barbari Iones & Cares abducerent, fieri poſſe ut reliquos ſuperarent: dum Eubœi pecora ad mare propellunt, illuc duces contraxit: eiſq; dixit ſe aſtutiam quandam habere, qua ſperaret, optimos quoſque ſociorum ab rege abductum iri. Hactenus rem enudauit, addiditq; ad eam tranſigẽdam hoc ab illis agendum eſſe, ut Eubœicorum pecorum quantum uellet quiſque mactaret. Satius enim eſſe ſuorũ copijs illos potiri, quàm hoſtem. Ac monuit, ut ſuis quiſque popularibus præciperet ignem accendere: ſibi autem de diſceſſu ſub tempus opportunum curæ fore, ut ſine noxa abirent. Hoc illis probatum cum eſſet, acceuſis ignibus ad pecora eſt itum. Nam Eubœi contempto Bacidis oraculo tanquam nihil dicente, neque exportauerant quicquam neque importauerant, uelut impendente eis bello, res ſibi quoque ipſis detrimentoſas

Themiſtocles commentum.

detrimentosas effecerant. Ita enim habebat de his oraculum Bacidis:

Dum iuga Barbaricus canabacea iactat in equot
Eubœa capræ mugientes fac procul absint.

His uersibus cum nihil illi niterentur, tametsi mala tũ aderant. tum impendebant, fiebat, ut in plerisq; aduersa fortuna uterentur. Dum hæc isti agebant, aduenit ex Trechine speculator. Nam ut erat apud Artemisium speculator Polyas, genere Anticyrensis, cui datum erat negocium cum expedito nauigio actuario, ut renunciaret his qui apud Thermopylas erant, an classis discessisset. At Abronychus Lysiclis filius Atheniensis, apud Leonidam, paratus cum lembo ad nunciandum ijs, qui ad Artemisium agebant, si quid noui pedestribus copijs contigisset: hic inquam Abronychus aduenies indicauit ea, quæ circa Leonidam & eius exercitum gesta erant. Qua illi re audita, non iam sibi differendum abitum putauerunt: sed ut quique locati erant, abscesserunt: primi Corinthij, postremi Athenienses. Quorum Atheniensium uelocissimis nauibus delectis, Themistocles ad aquas potabiles se conferens, in lapidibus literas incidit: quas postero die Iones ad Artemisium uenientes legerunt in hæc uerba: Viri Iones, haud iustè facitis, militantes aduersus patres, & Græciam redigentes in seruitutem. Sed quod præcipuum fuerit, state à nobis. Sin hoc facere non potestis, saltem nunc sitis in medio: quod & ipsi facite, & Cares nunc faciant obsecrate. Quod si horum neutrum agere licet, & maiori necessitate estis obstricti, quàm ut possitis desciscere, in re gerenda, dum pugnam conserimus, sponte agatis instrenuè, memores à nobis uos esse oriundos, & inimicitiarum nobis cum Barbaro principium à uobis extitisse. Hæc Themistocles (ut arbitror) ancipiti consilio scripsit, ut

Literæ Themistoclis ad Iones lapidibus incisæ

si literæ regem laterent, Ionas induceret ab rege ad se deficiendum: sin ad eum deferrentur, darentur q; crimini, infidos eidem redderet Iones, ut à prælijs naualibus summouerentur. Postquam hæc Themistocles inscripsit, extemplò uir quidam Histiæus nauigio adnectus, Barbaris nuncium attulit, Græcos ab Artemisio profugisse. Illi homine quod fidem non haberent, seruari iusso, naues ueloces ad rem explorandam miserunt. Qua per illos renunciata, ita simulatq; refulsit sol, omnis classis addensata ad Artemisium contendit. Vbi ad meridiem usque immorata, mox ad Histiæam processit. Eò appulsi, urbe Histiæorum potiti sunt, & optimam portionem agri Histiçi, maritimosq; uicos omnes percursauerunt. Dum illi hoc in loco agunt, Xerxes præparatis quæ ad cæsos pertinebant, præconem ad classiarios mittit. Hæc autem præparauerant: Quicunque è suo exercitu apud Thermopylas cæsi (erant autem uiginti millia) eorum mille fermè relictis, cæteros depressa fossa humauit: & ne à classiario exercitu cerni possent, eam humum exagitauit, foliisque constrauit. Præco ubi ad Histiçam peruenit, facto totius exercitus cœtu hæc dixit: Viri socij, rex Xerxes dat ueniam cuicunque libet, relictis ordinibus ire uisum, quemadmodum pugnatur cum amentibus hominibus, qui se superaturos speraucrant copias regis. Hæc ubi denunciauit præco, mox nihil infrequentius quàm nauigia fuit, ita multi uisere cupiebant. Profecti eò, omnes Lacedæmonios esse ac Thespienses credebant, qui strati iacebant, cũ etiam seruos cernerent. Neque uerò eos qui eò transierant, latuit quid Xerxes circa suorum cadauera feciſſet. Etenim ridiculum erat quod mille iacentes extarent, cæteri uerò conferti eundem in locum quatermilleni comportati sitiq; essent. Atq; hunc quidem diem in

Histiæa urbs capitur.

Xerxis ridiculum.

em in ſpectaculo conſumpſerunt. Poſtero autem claſ ſarij Hiſtiæam ad claſſem remeauerunt. Reliqui qui cum Xerxe erant, iter ingreſſi ſunt, ad quos pauciqui dam ab Arcadia perfugæ uenerunt, uictus inopes, & operam ſuam præſtare cupientes: qui in conſpectu re gis adducti, interrogatiq; cũ ab alijs Perſis, tum uerò à quodam præcipuè de Græcis, quidnam illi agerent? re- ſponderunt eos agere Olympia, & ſpectare certamen gymnicum atque equeſtre. Rurſus eodem percontan te, quidnam illis præmium eſſet propoſitum, propter quod certarent? Oleaginam coronam inquiunt eſſe qua donarentur. Ibi Tigranes Arrabani filius, genero- ſiſſimam dixit ſententiam, quę apud regem pro timi da eſt habita. Audiens enim præmium illis coronam eſſe, non pecuniam, ſilentium tenere non potuit, quin coram omnibus diceret: papę Mardoni, in quos uiros induxiſti nos ad pugnandum: qui non pecuniarum certamen agitent, ſed uirtutis? Hoc ille dixit. Eo interim tempore poſt acceptam apud Thermopylas cala- mitatem, confeſtim Theſſali caduceatores ad Phocen ſes mittunt, utpote ijs infenſi, cum ſemper antea, tũ præcipuè poſt nouiſſimã cladem. Etenim non multis ante hãc regis expeditionẽ annis, cũ ipſi Theſſali & eo rum ſocij omni cũ copia bellũ Phocenſibus intuliſ- ſent, à Phocenſibus fugati ſunt ac malè mulctati. Nam cum ad Parnaſum uſq; proceſſiſſent Phocenſes, ſecũ habentes Telliam uaticinum illum Helæum, ibi Tel- lias hic huiuſmodi rem eis cõmentus eſt: Sexcẽtos ui ros è Phocenſibus præſtantiſſimos gypſo, tam ipſos q̃ arma illinit: eosq; ſub noctem in Theſſalos dimiſit, da to præcepto, ut quemcunq; albicantem non cerneret, eum obtruncarent. Hos primũ Theſſalorũ excubito- res, aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, deinde ipſe exercitus adeò exhorruerunt, ut tribus milli-

Olympicũ præmium Tigranis dictum.

Certamen non pecuniarũ, ſed uirtutis.

bus cęſorum atq; ſcutorum Phocenſes potiti ſint: quo
Abæ oppi. rum ſcutorum dimidium apud Abas, alterum dimidi
um apud Delphos dedicauerunt: & ex decima pecuni
arum huius pugnæ factæ ſunt ſtatuæ grandes, quæ cir
ca tripodem è regione delubri Delphis uiſuntur: & al-
teræ eiuſmodi, in Abis repoſitæ. Hoc Phocenſes in pe
ditatum Theſſalorum, à quibus obſidebantur, egerũt.
Equitatum quoq; eorundem, qui in ſuum agrum in-
curſauerat, inſanabili clade afflixerunt. Ad ingreſſum
enim qui eſt iuxta urbem Hyampolim, depreſſa ingẽ-
ti foſſa, amphoras illic inanes depoſuerunt, humiq;
deſuper iniecerunt, camq; reliquo ſolo exæquauerunt:
ubi cum Theſſalos expectarent incurſuros, in eos Theſ
ſali impetu dato, tanquam rapturi in amphoras inci-
derunt, ibiq; equorum crura confracta ſunt. Ob hæc
ambo Phocenſibus infenſi Theſſali, miſſo caduceato
Theſſali ad Phocẽ ſes. re ita dixere: Num diſſimulatis amplius Phocenſes a-
gnoſcere non eſſe uos nobis pares, qui & antehac in-
ter Græcos, quandiu partes illorum nobis placuerunt
ſemper uobis antecelluimus, & nunc apud Barbarũ
adeò pollemus, ut penes nos ſit & agro uos exuere, &
in ſeruitutem redigere? Quam facultatem etſi obtine
mus, tamen iniuriarũ non ſumus memores, niſi ut eo
nomine quinquaginta talenta rependatis: & nos uo-
bis recipimus, omnia nos ab agro ueſtro damna auer
ſuros. Hæc Theſſali Phocenſibus denunciabant, quòd
ſoli Phocenſes inter eius loci homines cum Medis nõ
ſentiebant: idq; nulla alia cauſa, ut ego coniectura
comperio, quàm Theſſalorum odio, partes Medorum,
ut mihi uidetur, ſecuturi, ſi Theſſali partes Græcorũ
fouiſſent. Hæc deferentibus Theſſalis, negarunt ſe Pho
Phocẽſes ad Theſſa los. cenſes pecuniam dàturos: & ſibi itidem ut Theſſalis,
facultatem eſſe ſentiendi cum Medis, ſi aliter ſentire
uellent: ſed nequaquam fore ut ſponte eſſent prodito

rec

res Græciç. His uerbis renunciatis, adeò Theſſali ſunt in Phocenſes indignatione perciti, ut Barbaro duces itineris extiterint, & ex Trechina Doridem regionem incurſauerint. Nam eius regionis podion anguſtus illic, octoginta non amplius ſtadia in latum protenditur. Inter Melidem ac Phocenſem regiones ſitus urbis olim Dryopiæ erat. Hæc aũt regio, Dorum, qui ſunt in Peloponneſo, metropolis eſt. Hãc igitur Doridẽ regionẽ ingreſſi Barbari, nihil admodũ læſerũt: cũ Medis enim erũ Theſſalis non uidebatur, ſentiębant. Poſteaq; è Doride in Phocidem ingreſſi ſunt Barbari, ipſos quidem Phocenſes non ſunt adepti: quorum nonnulli cacumina Parnaſi conſcenderant (qui uertex eſt iuxta urbem Neonem illic ſitã nomine Tithorea) eoq; ſe receperant: ſed plures ad Locros Ozolas in urbẽ Amphiſſam, quæ ſupra Criſęũ ſita eſt campũ: omnẽ tamẽ agrũ Phocenſem incurſauerũt (ſic enim ducebãtur à Theſſalis) & omnia quæ nacti ſunt, igni ferroq; uaſtarũt. Vrbes etiam ingreſſi, ignes in ſacras ædes iniecerunt. Nã peragrantes eam iuxta Cephiſſum amnem, cuncta populati ſunt, & hinc urbem Drymon incenderunt, illinc Charadrã, & Erochum, & Tethroniũ, & Amphicæam, & Neonẽ, & Pedicas, & Triteas, & Elateã, & Hyampolim, & Parapotameos, id eſt, fluminis accolas, & Abas, ubi delubrum Apollinis erat locuples, & theſauris donarijſq; compluribus exornatũ: in quo ut tunc, ita nunc redduntur oracula. Hoc delubrum poſteaquã diripuere, incenderunt. Phocenſium etiam quoſdam per montana inſecuti ceperunt, & mulieres aliquot, quas præ multitudine ſtuprantium extinxerũt. Prætergreſſi quoq; fluminis accolas, peruenere ad Panopeas. Vnde bifariam copiæ iam diuiſæ fuerunt: quorum plurima pars ac ualidiſſima, cum ipſo Xerxe Athenas uerſus tendens in Bœotios, in agrum Orchomenio-

Podio Doridis.

Criſæus campus.

Mulieres ſtuprando extinctæ.

chomenorum ingressa est. Bœotij cum Medis uniuersi sentiebant: quorum urbes uiri Macedones in eis collocati, qui ab Alexandro missi fuerant, seruauerūt, uolentes planum facere Xerxi, Bœotios sentire cum Medis. Et hi quidem Barbari hāc iter intenderunt. Cæteri uerò cum suis ducibus Parnassum à dextra præstringentes, ad templum quod est Delphis processerunt, quicquid agri Phocensis nanciscebantur, id omne fœdantes. Nam & Panopeorum oppidum cremauerunt, & Daulioru, & Aolidensium. Ideo autem hāc ab alijs seiuncti pergebant, ut direpto, quod Delphis est, tēplo, pecunias repræsentarent Xerxi regi: qūi omnia quæ in eo tēplo erant memoratu digna, melius norat (ut ego audio) q̄ quæ in ædibus suis reliquerat, permultis assiduè referentibus cum alia, tum præcipuè Crœsi Haliattis filij donaria. Hoc Delphi cū audissent, in extremā prorsus deuenere formidinē. Quā attoniti, deum de sacra pecunia consultarunt, num eam humi defoderent, an alium in locum transportarent? Eam deus illis interdixit, ne amouerēt: se enim suffecturum esse ad res suas tuendas. His auditis, Delphi de semetipsis curandum putauerunt, liberis uxoribus q̄ in Achaiam traiectis. Plerique uertices Parnassi superauerunt, & ad Corycium antrum, quidam ad Amphissam Locridem se subduxerunt: denique omnes Delphi urbem deseruerunt, præter sexaginta uiros, ac prophetam, id est, uaticinū. Postea uerò quā Barbari subeuntes appropinquabant, templumq̄ cernebant, interim ꝓpheta, cui nomē erat Aceratos, inspicit ante delubrū sacra arma prolata è conclaui, quæ intus proposita fuerant, quæ nefas erat cuiquam mortali contingere: quod ostentum ijs Delphis qui aderant perrexit nunciatum. Vbi Barbari properantes peruenere ad fanum Minerue, quod est ante templum, tum uerò etiā

Aceratus propheta.

maiora

maiora quã superius prodigia repræsentata sunt: res p fectò hæc valde miranda. Nam arma Martia, sua spon te extra delubrũ posita apparuerunt. Quod tamẽ se cundo loco actum est, ex omnibus miraculis, maxima est admiratione dignum. Cũ enim Barbari ad sacellũ Mineruæ, quod est ante templum, accederent, interea è cœlo fulmina in eos deciderunt: & à Parnasso duo abscissi uertices, magno cum fragore sunt deuoluti, permultosq; eorum interceperunt. Atq; ex ipso sacello Mineruæ uociferatio iubilatioq; extiterunt. Quibus omnibus pariter ingruentibus, terror incussus est Barbaris, ut fugæ se mandarent. Ea re cognita, Delphi descendentes magnam eorũ stragẽ edidere. Qui superfuere, recta ad Bœotios effugerunt: & cum rediissent, referebant (ut ego accipio) alia se præter ea quã dixi miracula, uidisse duos armatos humana natura angustiores institisse, sibi cædẽ facientes atq; insequentes. Hos duos Delphi aiunt indigenas heroas esse, Phylacon & Autonoum, quorum fana uisuntur. Phylaci quidem, secundum ipsam uiam super ædem Mineruæ: Autonoi uerò prope Castaliam sub Hyampeo uertice. Saxa quæ à Parnasso deciderunt, adhuc ad nostram usq; memoriam integra extant in fano Mineruæ protemplaris locata, ad quod per Barbaros deuoluta peruenere. Atq; hic receptus à templo horum uirorum fuit. Græcorum classis ab Artemisio profecta, rogatu Atheniensium ad Salaminẽ substitit. Quod ut facerent, ideo rogauerant Athenienses, tum ut liberos atque uxores ex Attica subducerent, tum ut consulerent quid sibi agendum esset. Nam in rebus quæ contigerant, consilium capiendum habebant, tanquam opinione frustrata: quippe qui putassent inuenturos se Peloponnẽses, ad excipiendum Barbarum in Eubœa subsidẽtes; horũ nihil inuenerãt, sed audiebãt illos isthmũ muro

Delphorũ indigenæ heroes.

Protẽplaria Mineruæ.

sepire: hoc ante omnia curantes, ut ipsi supereſſent, & terram suam obtinentes tutarentur, omissis cæteris. Hęc Athenienses cum audissent, ita socios obsecrarũt, ut ad Salaminem sisterent classem. Quò alijs appulsis, Atheniẽses in terram suam profecti proposuere edictũ, ut qua quisq; Athenicnsium ratione posset, seruaret liberos atq; domesticos suos. Ibi plurimi eorum suos in Trœzenẽ miserunt, quidam in Aeginam, nonnulli in Salaminem, pro se quisq; properantes sua pignora exportare, quòd uellent oraculo obsequi: & ante omnia, quod Athenienses aiunt, ingentem anguem arcis custodem in templo fuisse obseruatum. Et tanquã re uera essent quæ dicunt, serpenti menstrua non cessant libamina proponere, quæ sint è melle confecta: quæ cum semper superioribus temporibus depascerentur, tunc illibata manserant. Id cum ipsa templi antistes indicasset, eo magis Athenienses eo q; promptius deseruere arcem, tanquã à deo etiam destitutã. Exportatis itaq; rebus omnibus, ad castra nauigauerunt. Posteaquam eos qui ab Artemisio soluerant, ad Salaminẽ subsitisse audierant, reliqui classiarij qui ad Trœzeniam erãt, eôdem cõfluxere. Nam ut in Pogonem Trœzeniorum portum coiretur, erat edictum. Pluresq; multo contra ętæ sunt naues, quàm ad Artemisium decertauerãt: & à pluribus ciuitatibus eodem, quàm ad Artemisiũ duce Eurybiade Euryclidis filio, uiro Spartiata, non tamen è genere regio: quarum multo plurimas ac maximè ueloces obtinebant Athenienses: quæ classis ex his constabat: Ex Peloponneso Lacedæmonij sedecim naues præstabant: Corinthij totidem quot ad Artemisiũ præstiterant: Sicyonij quindecim: Epidaurij decẽ: Trœzenij quinq;: Hermionenses tres. Hi Dorici generis ac Macedoniæ gentis, Hermionensib. exceptis, ex Erineo & Pindo & Driopide nouissimè profecti. Hermionen-

Serpẽs Athenienſis custos.

Pogõ portus.

Quæ gẽtes Græcæ naues præbuerint ad classem.

seq

ſes Dryopes ſunt, ab Hercule & Melienſibus, è regione quæ Doris nunc uocatur, abducti. Hæ copiæ Peloponenſiũ erant. Eorum qui ſunt in exteriore continẽte, Athenienſes ſupra quã cæteri naues præſtabant ſoli cẽ tum octoginta: quippe quibus non aſſuerunt in pugna ad Salaminem geſta Platæenſes, ob hanc cauſam, quòd cũ Græci ab Artemiſio digreſſi ſunt, ubi ad Chalcidem peruenerunt, Platæenſes deſcenderunt in ulteriorem regionem Bœotiæ, & ad recipiendos domeſticos ſuos ſe conuerterunt. Ita dum in ſuis conſeruandis occupantur, relicti fuere Athenienſes ſub Pelaſgis, eam, quæ nunc Græcia nuncupatur, tenentibus. Pelaſgi erant Cranai nominati: ſub rege uerò Cecrope, Cecropidæ cognominati. Erechtheo aũt adepto imperium, immutato nomine Athenienſes appellati: deinde Iones ab Ione Xuthi filio, qui dux extitit Athenienſis exercitus. Megarenſes tantundem copiarum, quantum ad Artemiſium attulerunt. Ampracij ſeptẽ cũ nauibus auxilio uenerunt: Leucadij cum tribus, Dorica gens, & à Corintho orinnda. Ex inſulanis Aeginetæ triginta naues exhibuerunt, quibus aliæ quoq; erant naues inſtructæ, ſed ijs oram ſuã tutabantur. Verũ cum triginta omnino nauib. præcipuæ uelocitatis, ad Salaminem dimicauerunt. Sunt autem Aeginetæ Dores, ab Epidauro. Cui inſulæ nomẽ antea fuerat Oenone. Poſt Aeginetas eaſdem, quas ad Artemiſiũ, uiginti naues Chalcidenſes, & ſeptem Eretrienſes. hi Iones ſunt. Deinde Chij eaſdem adduxere, gens ab Athenienſibus Ionica. Naxij naues adduxere quatuor, quemadmodũ & cæteri inſulani, à popularibus ad Medos dimiſſi: ſed illorum iuſſa aſpernati, tranſiere ad Græcos, diſceſſu Democriti, uiri inter ciues illuſtris, & tunc trierarchi. Naxij Iones ſunt, ab Athenienſibus ducentes originẽ. Styreẽſes quoq; eaſdem quas in Artemiſio naues præ-

 buere.

buere. Cynthij unam omnino, & unum penteconterem. Horum utrique Dryopes sunt. Seriphij etiam & Siphnij & Melij fuere in partibus. Hi enim soli ex insulanis terrâ Barbaro & aquam negauerunt. Intra Thesprotos hi omnes, & amnem Acheronrem incolunt. Siquidem Thesproti cum sint conterminі Ampracio tis ac Leucadijs, ex ultimis regionibus in militiam uenerunt. Eorum qui extra hos habitant, soli fuere Crotoniatæ, qui Græciæ periclitanti auxilium unà nauі tulere: cui præerat Phayllus, is qui ter Pythico certamine uicerat. Sunt aũt Crotoniatæ genere Achæi. Et cæteri quidem ex hac classe triremes præbuerunt. Melij aũt & Siphnij & Seriphij penteconteres, id est, biremes: Melij duas, Siphnij Seriphijq; biremem utrique. Melij ab Lacedæmone genus ducẽtes: Siphnij & Seriphij ab Athenięsib. Iones. Sũma nauiũ præter biremes, fuit trecẽtę quinquaginta octo. Quę posteaq̃ ex iis quas dixi urbibus ad Salaminẽ cõuenerunt, inter earum duces consultabatur, Eurybiade rogante, ut qui uellent, sententiam dicerent, ubinam ex iis locis quibus ipsi potirentur commodissimum foret pugna naualі decernere. Iam enim Attica pro derelicta erat: itaq; de cæteris deliberabatur. Pleræque illorum sententiæ in hoc congruebant, ut profecti ad isthmum, ante Peloponnesum decertarent, hac uidelicet ratione: quòd si male pugnassent, ad Salaminẽ quidẽ sibi in insula obsessis nullum subsidium ostendebatur: ad isthmum uerò, dabatur ad suos effugium. Hæc ratio cum à ducibus Peloponnensium redderetur, aduenit quidam Athenienſis, nunciatum iam Atticam Barbarum esse ingressum. eamq; omnem igne uastare. Nam copiæ quæ cum Xerxe erant, Bœotiam peragrantes, incensa tum Thespiensium, qui in Peloponnesum discesserant, tum Platæensium urbe, Athenas peruenerant, &

Naulum Græcarũ summa ad Salaminẽ.

Thespia urbs uastatur.

omnia

omnia illa ꝑeruastabant. Ideo autem Thespiam & Plateam incenderunt, quòd à Thebanis acceperant illas ciuitates non consentire cum Medis, A traiectu Hellesponti, ex quo iter ingredi cœpere Barbari, unum mensem triuere transeundo in Europam, tres alios dū in Atticam peruenere, Calliade summum Athenis magistrate gerente: urbemq; desertam cepere, paucis quibusdam Atheniensibus in templo repertis, necnon quæstoribus ærarijs, & hominibus egenis, qui præsepta foribus atq; lignis arce, subeuntes arcebant, qui non exierant illinc ad Salaminem simul præ inopia uictus, simul opinione oraculi cōprobandi, quod redditerat eis Pythia, murum ligneum inexpugnabilē fore: id interpretantes ex oraculo effugium esse, non naues. Hos Persæ, castris ex aduerso arcis positis in prominenti colle, quem Areium pagum Athenienses uocant, hunc in modum obsederunt: Sagittas stupa circundatas ubi incenderant, emittebant in illorum uallum. Athenienses, quanquam obsessi, & ad ultimum malorum deducti, etiam cōscenso uallo tamen resistebant: ac ne uerba quidem Pisistratidarum conditionem deditionis offerentium, admittebant: & cum alia ad repugnandum excogitarunt, tum uerò hoc, quod in Barbaros portis subeuntes deuoluebant saxa molaria: adeo ut Xerxes perdiu inops consilij fuerit, quòd eos expugnare non posset. Tandem ex difficultatibus, accessus quidam apparuit Barbaris. Necesse enim erat secundum oraculum, omnem Atticam, quæ in continente est, subijci Persis. Igitur à fronte arcis, à tergo autem portarum & ascensus, qua parte nemo excubabat, quaq; nemo credebat quempiam hominum ascensurum, hac parte (etsi loco prærupto) quidam conscenderunt iuxta templum Aglauriæ filiæ Cecropis: quos ubi in arcem ascendisse uiderunt Athenienses,

Atheniensiū uirtus in propugnanda arce.

nienſes, partim è muro ſeſe præcipitauerunt, atq; exti-
cti ſunt, partim in ædem refugerunt. At Perſæ qui
aſcenderunt, primum ad portas contenduut, eisque
patefactis ſupplices trucidant. Atq; ubi omnium ſtra-
gem fecerunt, direpto templo arcem incendunt. A-
thenis omnino Xerxes potitus, equitem quendam Su
ſa ad Artabanum mittit, nunciatum res bene geſtas,
ac præſentem ſtatum. Poſtero die quàm nuncium mi
Athenarũ exules incẽſa ſerat, conuocatis Athenienſium exulibus expeditio-
nis ſuæ comitibus, iuſſit ut conſcenſa arce, hoſtias
ſuo ritu immolarent: ſiue aliquo in ſomnijs uiſo, ſiue
ſua ſponte facti pœnitens, quòd templum concremaſ
ſet. Exules Athenienſes id quod iuſſi erant, executi
ſunt. Cuius rei cur mentionem fecerim, exponam.
Eſt in arce hac Erechtheios (qui fertur fuiſſe terrige-
na) templum, in olea eſt & mare, ut apud Athenien-
ſes prædicatur, Neptuno & Mineruæ in teſtimonium
poſita, quòd de regione decertaſſent. Hanc igitur
Olea in ar oleam unà cum cætero templo contigit ut Barbari
ce Atheni exurerent, quam Athenienſes qui ab rege iuſſi erant
enſium. rem diuinam facere, altero ab incenſione die cum in
templum aſcendiſſent, aſpexerunt fruticaſſe, edito à
ſtipite uirgulto, cubiti inſtar. Et hæc quidem illi
narrauerunt. At Græci qui apud Salaminem erant,
ubi nunciatum eſt, uti res circa Athenienſium arcem
haberent, eo perturbationis deuenere, ut nonnulli è
ducibus non expectarent, dum propoſitum negoci-
um conſtitueretur, ſed in naues irruerent, ac uela tol
lerent tanquam profecturi. Cæteriq; qui relinque
bantur, ſtatuerent ſibi ante iſthmum prælio nauali
decernendum. Et cum nox adfuiſſet, digreſſi è con-
cilio, naues conſcenderunt. Ibi Themiſtoclem per-
gentem ad nauem ſciſcitatur Mneſiphilus, uir Athe-
nienſis, quidnam ab ipſis decretum eſſet, & cum ab

eo

eo audisset decretum esse, ut ad isthmum proficiscerentur, & ante Peloponnesum dimicarent: Si isti, inquit, à Salamine proficiscantur, iam tu pro nulla amplius patria dimicabis. Ad suam enim quisque patriam remeabunt: ut nec Eurybiades, nec alius hominum quispiam cohibere possit, quo minus copiæ dilabantur: Græciaq; peribit consilij inopia. Quare si quid comminisci potes, age, quod decretum est, conare irritum reddere, & Eurybiadem à sententia revocare, ut hic perstet. Themistocles, cum hæc admonita ei admodum probarentur, nullo reddito responso, ad Eurybiadis nauem perrexit. Vbi hominem conuenit, ait uelle se de negocio communi cum eo colloqui. Hunc ille in nauem ingressum iubet loqui quę uellet. Cui Themistocles assidens, quæcunque à Mnesiphilo acceperat, tanquam à semetipso refert, & alia adijcit multa, donec Eurybiadem à sententia renocauit: persuasisq; ut è naui prodiret, & duces ad consilium contraheret. Ii posteaquam congregati sunt, prius quam ad eos Eurybiades referret id, cuius gratia ipsos coēgerat, Themistocles multis agebat uerbis, prout magnopere expediebat. Quem interfatus Corinthiorum dux Adimantus Ocyti: Themistocles, inquit, in certaminibus ij, qui ante alios urgent, colaphis cæduntur. Eum refellens Themistocles: Atqui, inquit, reliqui non coronantur. Comiter Corinthio cum respondisset, ad Eurybiadem conuersus, nihil eorum dicebat quæ dixerat prius: illos posteaquam à Salamine profecti fuissent, dilapsuros. Præsentibus enim socijs, non putabat sibi decorum quempiam accusare: sed aliunde oratione sumpta: In te nunc, inquit, situm est seruare Græciam, si mihi accedens, nauale hic prælium facias, & nō horum quibusdam credens, classem ad isthmum abducas: utrunque eorum audieris,

Adimanti dictum.

Themistoclis consilium.

audieris, inter se comparato. Si ante isthmum confligges, in patenti pelago dimicabis, ubi nobis minimum expedit, naues habentibus & grauiores & numero inferiores. Ex quo etiamsi in alijs feliciter nobiscum agatur, tamen amittes Salaminem & Megara & Aeginam. Nam illos unà comitabitur suus pedester exercitus: atque ita tu eos in Peloponnesum ages, omnemq; Græciam in discrimen adduces. Sin autem id feceris quod suadeo, hæc in eo reperies commoda: Primum si in arcto conflixerimus nos paucæ naues cum multis, profectò si æqua belli contingent, multo superiores erimus: quoniam in arcto pugnare, pro nobis est: in spacioso, pro illis. Præterea Salamis seruatur, ubi nostri nunc liberi collocati sunt & uxores. Est & alia hic causa, propter quam item debes præcipuè hic manere, quòd pro Peloponneso & isthmo pugnabis: quò caue (si sapis) ne istos ducas. Si id quod spero continger, ut classe uincamus, Barbari neque ad isthmum nobis aderunt, neque usquam longius ab Attica procedent, sed nullo ordine abibunt: unde nobis lucrifaciemus quæ seruauerimus Megara, Aeginamque, atque Salaminem, apud quam credibile est nos hostibus fore superiores. Credibilia enim suadentibus hominibus ferè prosperè cedit. Secus facientes, ne deus quidem ullus adesse, & humanæ sententiæ indulgere. Hæc dicentem Themistoclem, rursus interpellans Adimantus, iubebat silere eum, cui patria non esset: quinetiam Eurybiadem non sinere uirum exorrem sententiam dicere: & ita demum id sinere, cum urbem Themistocles haberet: uidelicet exprobrans, quòd Athenæ captæ essent, tenerenturque ab hoste. Tunc Themistocles, & ille Corinthijs multa ingerens probra, ratione ostendit, sibi esse & solum & urbem multo maiorem, quàm illis,

Salamis Atheniensium pro fugium.

unde

unde naues fermè ducentæ essent armatæ, quas nulli Græcorum inuadentes possent propellere. Hæc cum ratione significasset, ad Eurybiadem transiens, maiori cum acrimonia loquebatur, inquiens: Tu uerò si hic manes, uir eris egregius: sin minus, Græciæ euersor (totum enim belli momentum nobis naues sustinent) sed mihi crede, nisi hoc feceris, nos sicuti sumus, ubi domesticos receperimus, in Sirin quæ in Italia est, profecturos, quæ olim iam nostra est: quanquam (ut ora cula aiunt) à nobis condi oportet. Vos autem talibus socijs destituti, meorum uerborum reminiscemini. Hæc dicente Themistocle, Eurybiades edocebatur: & ob id edocebatur, ut mihi uidetur, quòd maximè formidabat, ne si ad isthmum classem reduxisset, ab Athenicnsibus desereretur, quibus deserentibus iam reliqui non essent in pugnando hostibus pares. Ita sententiam eam probauit, ut illic parmanentes, pugna naual decernerent. Quod ubi Eurybiadi placuit, ij qui altercationibus uelitati fuerant circa Salaminem, cum illic sese appararent tanquam prælium naual facturi, dies illuxit: & simul oriente sole, extitit terræ motus & maris, propter quod uisum est faciendum, ut Aeacidas in auxilium inuocarent. Id ubi fecerunt, & omnibus qui illinc è Salamine sunt dijs uota fecerunt, & Aiacem Telamonis filium inuocauerunt: nauemq; ad Aeacum & ad alios Aeacidas inuocandos Aeginam miserunt. Narrabat autem Dicæus Theocydis, uir Athenicnsis, atque idem exul, & apud Medos factus illustris, per id tempus, quo Attica regio Athenicnsibus desolata, à pedestri Xerxis exercitu uastabatur, se fortè fuisse uuà cum Demarato Lacedæmonio apud campum Thriasium, uidisseque pulueream triginta fermè millium uirorum capacem ab Eleusine: & cum demirarentur, quorumnam hominum

Alax Telamonius.

Thriasius campus.

hominum esset ille pulvis, statim se audisse vocem, quæ vox ipsi videretur Iacchus mysticus: & Demaratum, ut qui esset sacrorum quæ fierent in Eleusine ignarus, interrogasse quidnam esset quod ita sonaret? sciscitasse dixisse: Demarate, non aberit quin grandis aliqua clades contingat regis copijs. Hoc autem palam est, cum Attica sit desolata, numen ab Eleusine resonans, venire auxilio Atheniensibus ac socijs. Quod si in Peloponnesum incumbat, periculum regi erit, eius copijs quæ sunt in continente: sin ad classem quæ ad Salaminem est convertetur, periculum adibit rex, ne nauticum amittat exercitum. Hæc solennia Athenienses quotannis celebrant Cereri atq; Proserpinæ: & his sacris, quicunque vult & Atheniensium, & aliorum Græcorum, initiatur: & vox quam audis, est in hoc festo Bacchantium. Et ad hæc dixisse Demaratum, sile, neve alteri cuiquam hoc verbum dixeris: quòd si ad regem referatur, capite plectaris, ut nec ego te, nec alius quispiam hominum queat eripere. Quamobrem tene silentium de hac expeditione: dijs cura erit. Hoc Demaratum admonuisse aiebat. Ex illo autem pulvere ac voce factam esse nubem, eamq; in sublime elatam, Salaminem versus ad Græcorum exercitum fuisse delatam. Ita se didicisse, nauticas Xerxis copias esse perituras. Hæc dicens Theocydis filius referebat, Demaratum atq; alios testes citans.

Bacchantium vox.

Classiarij autem Xerxis copiæ, ubi conspecta strage Laconicorum, ex Trechinia in Histiæam traiecerunt, triduum illic moratæ, per Euripum navigabant, totidemq; diebus ad Phalerum præsto fuerunt. Nec enim minori, ut mihi videtur, numero, vel pedestres copiæ vel nauticæ Athenas promotæ sunt, quàm ad Sepiadem atq; Thermopylas. Nam in supplementum eorum, qui aut tempestate ad Thermopylas, aut in navalibus ad Artemisium prælijs interierunt, eos substituam, qui nondum

noddum regem assecuti fuerant, Melienses, Dorienses, Locros, Bœotios: qui cum omni copia aduenerũt, exceptis Thespiensibus & Plataeensibus: necnon Carystios, Andrios, Teniòs, ac cæteros omnes insulanos, præter quinque ciuitates, quarum nominum superius habui mentionem. Nam quò magis penetrabat in Græciam Persa, eò plures eum nationes sequebantur. Qui omnes, exceptis Parijs, postquã Athenas deiere, & ad Phalerum (Parij autem in Cythno rẽlicti, quò bellum caderet spectabant) ibi Xerxes ipse ad classem descendit, animo eorum classiariorum faciendi, & eorum audiendi sententias. Eò profectus ubi præsedit, assidentibus, qui accitu eius ideràt, suæ quoq; gentis tyrannis, ac nauium præfectis, ut cuiq; rex honorem dederat, quorum primus erat Sidonius rex, tum Tyrius, deinceps alij gradatim: misit ad eos Mardonium tentandi gratia, scisciturum singulos, prælium nauale faceret, necne? Posteaquam Mardonius à Sidonio exorsus, singulos circuiens interrogauit, cæteri quidem eandem dixere sententiã, iubentes fieri prælium. Artemisia uerò: Hæc, inquit, Mardoni quæ dico regi referas, me neq; in prælijs ad Eubœam gestis ignauissimam extitisse, neque minima contulisse in te domine. Ideo cum talis sim, æquum esse, ea quæ in rem tuam maximè esse sentio, demonstrare. Itaque hoc tibi suadeo, ut nauibus parcas, nec prælium nauale facias cum ijs uiris, qui tanto sunt tuis in mari præstantiores, quanto fœminis uiri. Quid enim necesse habes omnino uenire in discrimen pugnæ naualis? Nonne Athenas habes, quarum gratia expeditionem sumpsisti? nonne reliquam Græciam? Nemo tibi obstitit. Qui tibi obsistebãt, ita summoti sunt, ut eos decebat. Quo autem ego recasuras hostium res arbitrer, id exponam. Si non instabis pugnæ nauali commit-

Sententiæ rogãtur à Xerxe de classica iterunda pugna.

Artemisiæ consilium

tendæ, sed classem perges hic continere ad terram, ac tendere ipse in Peloponnesum, tunc tibi domine succedent ea quorum gratia uenisti. Neq; enim diu tibi resistere Græci possunt, sed dilabentur, & abs te ad suas quisque urbes defugient. Quorum neque commeatus est eis in hac insula, ut ego audio, neque esse credibile est: neque si tu in Peloponnesum pedestres copias duces, hic eos perstituros qui illinc huc aduenerunt, neque de pugna pro Atheniensibus faciendæ curaturos. Quod si pugnam nauale m gerere properabis, uereor ne copiæ nauticæ malè re gesta, pedestribus sint exitio. Præterea hoc etiam rex in animum dimitte, ita uenire ut bonis quidem hominibus mali serui sint, malis autem boni. Ideoq; tibi (qui virorum es optimus) serui sunt mali, qui numero sociorum censentur: Aegyptij, Cyprij, Cilices, Pamphylij, è quibus nulla utilitas est. Hæc loquente Artemisia, quicunque ei benevolebant, noxiam illi rebantur ipsius orationem, tanquam aliquid mali passuræ ab rege, quē uetaret pugnam facere nauale m. At ij quidem qui malè ei consultum uolebant, inuidebantq;, utpote cui inter primos sociorum omnium honos haberetur, gaudebant eius (quam dixerat) sententia, tanquā perituræ. Xerxes, postquā ad eum sunt relatæ sententiæ, magnopere delectatus est Artemisiæ sententia: & cum iam antea officiosam esse sensisset, tunc multo impensius collaudauit: Nihilominus ut plūribus staretur, iussit, ratus ad Eubœam suos sponte malè pugnasse, quòd uidelicet ipse abfuisset. Itaq; cōstituit spectaculo pugnę nauali s interesse. Classiarij, ubi nuncia tum est illinc esse soluendum, classem Salaminem uersus ducunt, & per ocium in aciem sunt digesti. Sed cū eos dies defeciſſet, quo minus prælium committerēt (nox enim interuenit) in posterum diem sese instruebant:

Sententiæ plures uin cūt melio ris.

bant: cum interim Græcos metus formidoq; cepit, cũ alios, tum uerò Peloponnenſes: quòd ipſi deſidentes in Salamine, pro Athenienſium terra eſſent certaturi. Qui ſi ſuperarentur, in inſula deprehenſi forent obſidendi, ſua terra ſine præſidio relicta. Per eandem noctem pedeſter exercitus Barbarorum contendebat in Peloponneſum: quanquam cuncta quæ poterant, excogitata erant, ne Barbari per continentem ingrederẽtur. Nam ubi Leonidam cum ſuis apud Thermopylas occubuiſſe accepere Peloponnenſes, celerrimè ex urbibus concurſu facto, iſthmum inſederunt, duce Cleombroco Anaxandridæ filio, Leonidæ fratre. Ibi conſidentes, primum uiam Scironidem obſtruxerũt, deinde conſilio inito iſthmum muro inædificabant, opusq; perficiebant: quippe nemine (cum tot millia uirorum eſſent) ceſſante. Nam & lapides, & lateres, & ligna, & ciſtas ſabulo plenas afferebant, nullo temporis momento opus intermittẽtes, neq; diurno neq; nocturno. Qui è Græcis ad iſthmum auxilia cum omni copia uenerunt, hi fuere Lacedæmonij, & Arcades, & Helei, & Corinthij, & Sicyonij, & Epidaurij, & Phliaſij, & Trœzenii, & Hermionenſes. Hi fuerunt qui auxilio uenerunt metuentes periclitanti Græciæ. Cæteris enim Peloponnenſibus id nihil admodum curæ erat, & Olympia iam & Carnia præterierant. Incolunt autem Peloponneſum gentes ſeptem: quarum duæ indigenæ, eundem quem habitarunt olim locum nunc habitant, Arcades & Cynurij. Vna Achaia, quæ nunquam quidem è Peloponneſo exceſſit, ſed priſtino loco egreſſa alienum incolit. Reliquæ quatuor è ſeptem aduentitiæ ſunt, Dorienſes, Aetoli, Dryopes, Lemnij. Dorienſium multæ ſunt & inſignes ciuitates: Aetolorum ſola Helis: Dryopum Hermiona, & Aſina, quæ ante Cardamy-

Cleombrotus.

Scironis uia.

Peloponneſi gentes ſeptem.

lam Laconicam ſita eſt. Lemniorum omnes parorcitæ dii. Cynurij, cum ſint indigenæ, ſoli putantur Ioues eſſe, ſed effecti ſunt Dores, ipſa die ſub imperio Argiuorum impoſiti, cum eſſent Ornearæ & Periœci. Harum igitur ſeptem gentium, cæteræ præter eas quas recenſui, è medio ceſſerunt. Et, ſi ingenuè loqui fas eſt, in medio ſedentes cum Medis ſentiebant. Apud iſthmum quidem in tali labore iſti occupati erant, utpote pro omni iam curſu, quod nulla ſpes è claſſe effulgeret, currentes. Quæ audientes illi qui in Salamine erant, formidine afficiebantur, non tam pro ſeipſis quàm pro Peloponneſo ſoliciti: adeò ut alius alium audiens, ſummiſſa uoce admiraretur in Eurybiade cõ filij inopiam. Tandem res erupit in medium, conciliumq; contractum eſt, & multa de hoc ipſo dicebantur, ab his quidem oportere in Peloponneſum nauigare, & pro illa adire periculum, non autem pro regione captiua manentes pugna naual decernere. Ab Athenienſibus uerò & Aeginetis & Megarenſibus, ſatius eſſe illic manentes dimicare. Ibi Themiſtocles, poſtquam ſententia Peloponnenſium euicit, clanculum è concilio egreſſus, miſit ad claſſem Medorum nauigium, cuna quodam iuſſo dicere quæ oporteret; cui nomen erat Sicino, contuberuali ſuo, atque eodem pædagogo liberorum ſuorum: quem poſt has res geſtas ipſe Theſpienſem fecit, (ubi Theſpienſes in ciuitatem ſunt recepti) atque locupletem. Is tunc nauigio ad duces Barbarorum profectus, hæc inquit: Dux Athenienſium, quod partibus regis fauet, præoptatq; res ueſtras quàm Græcorum eſſe ſuperiores, miſit me iam clam alijs Græcis indicatum uobis, illos metu perculſos fugam facere uelle, & nunc offerri uobis occaſionem exequendi rem omnium præclariſſimam, niſi per negligentiam eos dilabi ſinatis. Na

Themiſtoclis commentum.

aeq

neque inter se consentiunt, neque uobis amplius obsistent, quum cernatis inter se dimicantes eos qui uobiscum, & eos qui contra uos sentiũt. Hac re Sicinus indicata, ab illis abscessit. Cui fidem habentes Barbari tum in insulam paruam nomine Psyttaleam, quæ inter Salaminem & continentem sita est, multos Persarum traijciunt: tum mediam circa noctem cornu qd ad uesperam spectabat, producunt Salaminem uersus, eam circumiturl. Producunt item qui circa Ceon & Cynosuram instructi erant, occupantes omne fretum Munychia tenus. Ideo autem & naues producebant, ne qua Græcis liceret effugere: sed circumuenti pœnas darent præliorum ad Artemisium gestorum. Ad insulam uerò Psyttaleam traijciebant aliquot Persas, ut commisso nauali certamine, cum plurimum & uirorum & naufragiorum eò efferretur (erat enim insula in traiectu pugnæ futuræ sita) ij Persæ suos seruarent, alienos interimerent. Hoc ne hostis sentiret, clanculum egere, nulla noctis parte concessa somno. In has ego res intuens, non habeo aduersari oraculis tanquam non ueris, uolens euidenter loquentia conari refellere:

Auriçomæ postquam Dianæ littora iungent
Nauales pontes cum littoribus Cynosuræ,
Spe stolida fortes, quod Athenas Marte subegit,
Cõpescet iuuenẽ meritissima pœna superbum,
Instinctum furijs, sibi cedere cuncta putantem.
Nam miscebitur ęs æri, Mars sanguine pontum
Inficiet: Graijs tunc libera tempora reddęt
Saturno genitus, simul & uictoria pollens.

Bacidis oraculum.

Cum ita euidenter in his à Bacide dicatur, profectò neque ipse de fide oraculis deroganda ausim dicere, neque ab alijs dici sustinebam. Inter duces qui in Salamine erant, ingens conflatus est tumultus nondum scie-

ges à Barbarorum nauibus se circumueniri. Vbi autem orto sole inspexerunt hostem instructum, censuerunt ibidem sibi manendum. Quibus congregatis, applicuit ex Aegina Aristides Lysimachi filius, Atheniensis quidem, sed in exilium à populo ectus, quem ego (ut eius mores accepi) uirum optimum Athenis atq; iustissimum fuisse censeo. Hic uir concilio assistens, Themistoclem euocauit, non amicum sibi, sed in primis inimicum. Verùm præmagnitudine præsentium malorum oblitus simultatum, euocauit hominem colloquendi gratia: præsenserat enim Peloponnenses maturare ad isthmum classem reducere. Qui, cum prodisset Themistocles, ad eum inquit: Nos & alio tempore, & hoc ipso contendere debemus inter nos hac de re, uter nostrùm de patria præclarius mereatur. Te uerò certiorem facio, peræquè esse Peloponnensibus multa uerba facere, aut pauca, de abducẽdis hinc nauibus. Ego tibi quod ipsemet uidi, refero: nunc, ne si uelint quidem, Corinthios atque ipsum Eurybiadem enauigare posse, quoniam circundati ab hostibus undique sumus. Quare ingressus ad eos, hoc indicato. Cui respondens Themistocles: Iucunda sanè, inquit, iubes, bonum afferens nuncium. Nam quod ego precabar ut fieret, id ipse tu conspicatus fieri, uenisti nunciatum. Vt enim scias, quæ fiunt à Medis, propter me fiunt: quoniam opus facto fuit, ut Greci qui nolebant sua sponte ad pugnam descendere, descenderent inuiti. Tu verò, quandoquidem iucunda nunciatum uenisti, per teipsum nunciato. Quæ si ego retulero, uidebor rem commentitiam dicere, nec ipsis persuadebo, tanquam non hoc agentibus Barbaris. Itaque tute ingressus, uti res habet ipse referas. Quod ubi feceris, si tibi fidem habebunt, optime habet: sin minus, perinde nobis erit. Neque enim si undique

Themistoclis cũ Aristide simultas & colloquiũ

si undique circundati sumus, ut tu ais, amplius ista defugient. Aristides concilium introgressus, eadem retulit, dicens se ex Aegina uenisse, & agrè elapsum, quod latuerit stationem hostium. Omnem enim classem Græcorum, à Xerxis classe circumuentam. Ideoque hortari se, ut ad defensionem sui, illi sese præparareut. Hæc locutus Aristides, retro abijt. Rursus inter duces altercatio orta, plerisque eorum fidem nuncio non habentibus: quibus non credentibus, aduenit triremis transfuga Teniorum, cui præerat Panetius Sosimenis filius, quæ omnem ueritatem attulit. Cuius facti nomine, Tenij in tripode qui Delphis dedicatus est, inter eos qui Barbarum debellarunt, scripti fuere. Ex hac naui quæ ad Salaminem, & altera, quæ ad Artemisium transfugit, expleta est Græcorum classis trecentarum & octoginta nauium. Duæ nanque prius ad explendum numerum defuerant naues. Græci, ubi eis uerba Teniorum fecerunt fidem, sese apparauerunt tanquam dimicaturi. Et sub diluculum cum propugnatorum cœtum fecissent, Themistocles ex omnibus quæ expedirent, præcipiebat; cuius orationis summa erat, meliorum cum peioribus comparatio, quæcunque in hominis natura atque industria existunt, exhortatus, ut meliora eligerent. Vbi peroravit, iussit illos ingredi naues. Quibus ingressis, redijt ab Aegina triremis, quæ profecta ad Aeacidas erat. Moxque omnes naues Græci soluerunt. In quos mouentes, continuò Barbari sunt inuecti. Ibi cæteri quidem Græci cum inhiberent remos, cessimque irent. Aminias Pallenius, uir Atheniensis, euectus naui in hostilem incurrit: cui implicitus cùm hæreret, nec abstrahi posset ita cæteri uenientes auxilio conserti sunt. Hunc in modum aiunt Athenienses extitisse initium pugnæ,

Græcorũ classis summa.

Pugnæ in ſtiũ ad Salaminem.

Aeginetæ uerò nauim, quæ ad Acacidas abierat, fecisse ipsi tium. Quanquam etiam referunt, simulacrum mulieris fuisse eis oblatum: & cum apparuisset, ita illos exhortatum, ut omnis Græcorũ exercitus exaudierit, sed prius his uerbis conuiciatum: Heus uos, quousq; remos inhibebitis? Aduersus Athenienses instructi erant Phœnices. Nam ij cornu tenebant, quod ad Eleusinam hesperumq; uergebat. Aduersus Lacedæmonios instructi erant Iones. Hi cornu tenebant, quod ad auroram spectabat & Piræum, quorum pauci admonitu Themistoclis, de industria ignauiter agebãt, plerique minimè. Enimuero complurium trierarchorum nomina commemorare possem, qui Græcas naues expugnarunt, sed neminem nominabo præter Theomestorem Androdamantis, & Phylacon Histiæi filium, ambos Samios. Quorum duntaxat ideo mentionem non facio, quod Theomestor ob hanc nauatam operam à Persis tyrannus Sami creatus: Phylacus, inter bene de rege meritos ascriptus est, & multo tractu soli donatus. Benemeriti autem de rege, Persica lingua Orosangæ uocantur. De his quidem ita res habet: Multitudo autem regiarum nauium ad Salaminem expugnabatur, partim ab Athenientibus corrupta, partim ab Aeginetis, ut pote Græcis seruato ordine ac loco certantibus, Barbaris & incompositè & inconsulte agentibus: ut non mirum fuerit talem eis rem contingere, qualis contigit: quanquam eo die fuerunt atque exiterunt longè sese præstantiores, & quàm ad Eubœam exiterant, pro se quisq; aduitentes, ac Xerxem reformidantes, quod ab eo singuli conspici arbitrabantur. Et de aliis quidem uel Barbarorum uel Græcorum singulatim, quomodo dimicauerint, non possum pro comperto referre: circa Artemisiam uerò hoc rei gestum: Ex quo impensius illa regi commendata

data est (nam posteaquam regiæ res in multum tumultuationis degenerant, hoc interim tempore Artemisia cum nauem eius Attica insequerentur, nullum habẽs effugium, quia ante ipsam naues amicorum, sua uerò proxima hosti erat) hoc sibi putauit faciendum, quod & fecisse profuit. Nam ut fugiebat Atticam nauem, in nauem sociam, quæ erat uirorum Calyndensium, impegit, quaꝰ rex Calyndensium Damasithymus uehebatur. Cum quo etsi huic iam inde dum essent in Hellesponto, contentio intercesserit, tamen incertum, an consultò id fecerit, an fortuito nauis Calyndensium oblata fuerit. Eam Artemisia ubi incurrit, pariter demisit, prospero casu usa, & duplex hinc sibi bonum adepta. Nam trierarchus Atticæ nauis eam conspicatus incurrisse Barbarorum nauem, existimans hanc aut Græcam esse nauem, aut è Barbaris profugisse, & à Græcis pugnare, ab hac ad alias se conuertit. Ita ex hoc facto contigit Artemisiæ tum ut pestem euitaret, tum ut è malo opere præcipuè se probatam Xerxem redderet. Si quidem fertur, cum rex spectans animaduertisset hanc nauem alteri incurrisse, quendam eorum qui aderant dixisse: Cernis Artemisiam domine, ut bene prælietur, utꝙ nauem hostilem depressit. Et regem interrogasse, nunquid uerè id opus Artemisiæ esset: & illos qui planè nosscent insigne nauis Artemisiæ, ita rem habere adfirmasse, ratos eam nauem quæ corrupta esset, hostilem fuisse. Nam præter cætera quæ mulieri (ut dictum) prosperè cesserunt, hoc quoque accessit, quod è naui Calyndensi nemo seruatus est, qui existeret accusator. Vnde Xerxem ferunt ad ea quæ narrabantur, dixisse: Viri quidem extiterunt mihi fœminæ, fœminæ autem uiri. Hæc aiunt dixisse Xerxem. In eo prælio cum alij multi & illustres uiri, tam Persarum

Artemisiæ pugna gloriosa.

Medorumq; quàm aliorum ſociorum occubuere, tum uerò dux Ariabignes Darij filius, Xerxisq; frater, è Græcis pauci. Quippe qui gnari erant natandi, cum ſuæ naues corruptæ eſſent, nec ipſi pugna periſſent, ad Salaminem enatabant: cuius rei quia imperiti erant Barbarorum plerique, in mari periere. Poſteaquam eorum primæ naues in fugam uerſæ ſunt, tum uerò plurimæ corrumpebantur. Nam quæ in poſterioribus locatæ erant, dum earum propugnatores conantur præterire, ut & ipſi aliquam operam regi nauarent, undiq; in ſuorum naues incidebant. Quo in tumultu etiam hoc actum eſt, ut quidam Phœnices quorum naues corruptæ fuerant, regem adeuntes, inſimulauerint Ionas tanquam proditores, quòd propter eos amiſſæ naues eſſent. Vnde id contigit, non ut Ionum duces interficerentur, ſed ut ij Phœnices qui illos inſimulabant, eam acciperent mercedem. Etenim illic adhuc ea loquentibus, Samothracia nauis Atticæ impacta, eam demerſit: & in hanc Aeginetica impulſa, ipſam depreſſit. Verùm Samothraces ut qui iaculatores eſſent, epibatas nauis quæ ſuam depreſſerat, iaculorum ictibus deturbarunt: eorumq; conſcenſa naui potiti ſunt: q factum Ionas liberauit. Nam Xerxes ubi id egregium facinus Ionum aſpexit, conuerſus ad Phœnices, ut erat ſupra modum mœſtus, & omnes arguens, iuſſit eorum capita præcidi, ne cum ipſi imbelles eſſent, meliores criminarentur. Quoties autem ſuorum quempiam aliquod opus edentem cernebat, de eo homine percontabatur, ſedens ſub monte qui eſt è regione Salaminis, nomine Aegaleo, & ſcribæ trierarchum illum à familia & urbe ſcripto annotabant. Et cladi Phœnicum qui aderant, addictus eſt Ariaramnes Perſa, quanquam amicus regis. Et illi quidem in Phœnices conuertebantur. Barbaris autem in fugam uerſis, &

ſonũ præſtantia.

ad

ad Phalerum elabentibus, Aeginetæ in freto subsistentes, operam memoratu dignam ediderunt. Nam Atheniensis quidem in tumultuatione naues sibi obsistentes fugientesq; expugnabant, Aeginetæ uerò eas quæ elabebantur: ac quoties aliqua effugiebat Atheniensis, eo ipso cursu in Aeginetas incidebat. Cum interim conflixerunt naues duæ, unà Themistoclis insequens aliam, altera Polycriti Crio geniti, Aeginetæ, dum nauim Sidoniam inuadit, illam uidelicet, quę speculatoriam in Sciatho Aegineticam ceperat, qua uehebatur Pytheas Ischenoi: quem Persæ feminecem plagis, tamen admiratione uirtutis seruatum in naui habebant: Sidonia quæ hunc circumferebat nauis, unà cum Persis est intercepta, ut Pytheas ita sospes redierit in Aeginetam. Polycritus ubi inspexit Atticam nauem, agnito signo nauis imperatoriæ, inclamans Themistoclem, iocatus est, exprobrans Aeginetis, quod cum Medis sentirent. Hoc Polycritus sua naui incurrens, in Themistoclem iaculatus est. Barbari, quorum naues supererant, fuga se proripuerunt in Phalerum ad pedestres copias. In hac pugna nauali è Græcis optimè audierunt Aeginetæ, secundo loco Athenienses: è uiris Polycritus Aegineta, Atheniensisq; Eumenes Anagyrasius, & Aminias Pallenæus, qui & Artemisiam est insecutus, non prius desiturus, quàm aut illam cepisset, aut ipse captus esset, si Artemisiam ea naui uehi animaduertisset. Quippe trierarchis Atheniensium præceptum erat, ut eam caperent: propositumque præmium decem millium drachmarum ei, qui uiuam cepisset. Indignè enim ferebant mulierem aduersus Athenas militare. At illa (antea dictum est) aufugit. Fuerunt & alij, quorum naues incolumes in Phalerum euaserunt. Adimantum Corinthiorum ducem, Atheniensis ferunt statim inter

Aeginetarum strenuitas.

Præmium capiendæ Artemisiæ

ter initia concursus nauium expauefactum, atque perterritum sublatis fugæ se dedisse: Corinthiosq; inspecta fuga nauis imperatoriæ, itidem abijsse. Et cum fugiendo uenissent ad templum Mineruæ Sciradis, quæ est in Salamine, occurrisse eis celocem diuina cum pompa: quem quisnam misisset cum non constaret, scirentq; neminem suæ classis ad ipsos misisse, eos ob id coniectasse rem diuinam esse: & illos qui in celoce erant, ubi propiores fuerunt, ita locutos fuisse: Adimante, tu quidem conuersis in fugam nauibus abscedere uis Græcorum proditor, at illi quantum potis conceperunt, uictores hostium euadent. Et cum his uerbis fidem non haberet Adimantus, hæc iterum dixisse: ipsos posse pro obsidibus ductos mortem obire, nisi constaret Græcos esse uictores: ita conuersa naui, Adimantum cum cæteris ad classem suorum, re iam ab alijs nauata, uenisse. Hic de illis apud Athenienses rumor extitit, quod ipsi Corinthij negant, seq; inter primos pugnatores extitisse affirmant, pro quibus testimonium dicit reliqua Græcia. Aristides Lysimachi filius, Athenien sis, cuius paulo antè ut uiri optimi mentionem feci, per eum tumultum, qui circa Salaminem fiebat, hoc rei gessit: Permultis eorũ qui ad littus Salaminis locati erant sumptis, genere Athenien sibus, & in Psyttaleam insulam traductis, omnes Persas qui in ea insula erant, interemit. Defuncti nauali pugna Græci, reductis in Salaminem nauibus, potiti sunt naufragijs, quæ illic superauerant: parati ad aliam dimicationem, quod sperarent regem ijs, & quæ ei relinquebantur, nauibus usurum. Porrò naufragiorum plerasq; uentus zephyrus ex Attica moliens, asportauit in oram nomine Coliadem: ut impletũ sit oraculum, cùm de cæteris quæ ad pugnam nauale pertinent, faciens mentionem, tum uerò de naufragijs il

Sciradis Mineruæ templum.

Aristidis facinus.

luc

luc euectis, à Bacide & Musæo multis annis antea prædictum, ac redditum Lysistrato Atheniensi, uiro fortilego, quod omnes Græcos latuerat:

Horrebunt temis mulieres Coliadenses.

Hoc autẽ futurum erat in expeditione regis. Cognita sua clade Xerxes, ueritus ne quis Ionum à Græcis subornatus, aut sua sponte, ad soluendos pontes in Hellespontum nauigaret, unde ipse in Europa deprehensus de salute periclitaretur, de fugiendo consultabat: uoleas tamen neque à Græcis neque à suis detegi, aggerem in Salamine tentabat educere, navesq; Phœnicum onerarias, ut pro rate ac muro essent, innectebat: & se tanquam aliam pugnam navalem facturus, ad bellum instruebat. Quę agentem uidentes cæteri, pro certo habebant cum manendi animo atque belłandi illa apparare: sed nihil eorum Mardonium latebat, ut probè gnarum ingenij illius. Xerxes & hæc fecit, & simul in Persidem misit qui præsentem cladem nunciarent. His nunciis nihil pernicius transcurrit in rebus humanis, quod negocium hunc in modum est à Persis excogitatum: Quot ex diebus tota uia constat, totidem equos ac uiros ferunt esse distinctos ad singulorum dierum iter faciendum, quos neque uis nivium, neque imber, neque æstus, neque nox distinet, quin propositum sibi cursum celerrimè conficiant. Quorum cursorum primus mandata tradit secũdo, secundus item tertio: & ita deinceps illa mandata in alium atque alium pertranseunt, quemadmodum apud Græcos fax, quam Vulcano per uices ferre cursores perseuerant. Hanc equorum cursitationem Persæ angarcion appellãt. Et primus quidem nuncius Susa perlatus, Xerxem Athenis potiturũ esse, tanta Persas qui relicti erant, uoluptate affecit, ut omnes uias myrto constraucrint, & per eas odores incenderint, & ipſi

Tabellionũ Persarũ cursus & modus.

Pax Valesii.

ipſi in ſacrificijs ac gaudijs uerſarentur. Secundus autem ita eos conſternauit, ut uniuerſi ueſtes dilaniarẽt, uociferationeq; & eiulatu irrequieto uterentur, culpam in Mardonium refundentes, non tam de claſſe quàm de ipſo Xerxe ſolliciti: idq; tamdiu, dum Xerxes illos ita affectos redeundo ſedauit. Mardonius cum uideret Xerxem magnam è pugna nauali iacturam feciſſe, ſuſpicans agitare fugam ex Athenis, pro ſeipſo anxius erat, tanquam pœnas daturus, qui regi perſuaſiſſet inferre Græciæ bellum: putabatq; ſibi conducibilius eſſe periclitari aut ſubigere Græciam, aut magna opera aggreſſum honeſtè uita defungi: quanquam opinio eius de ſubigenda Græcia propenſior erat. Hoc cum ſecum agitaſſet, regem hac oratione eſt allocutus: Domine, noli mœrorem ob hanc rem geſtam capere, aut pro ita magna hoc iactura ducere. Non enim certamen, quo omnia noſtra conſtant, in lignis eſt, ſed in uiris & equis. Itaq; nemo tibi aut horum qui tibi uidentur omnia confeciſſe, egreſſus è nauibus, conabitur obuiam ſe ferre, aut ex hac continente: unde qui ſe obuios tulere, pœnas dedere. Quod ſi tibi uidetur faciendum, ut Peloponneſum tẽtemus, continuò tentemus: ſin uidetur ſuperſedendum, ſuperſedeamus licet, nec animo conſterneris. Neq; enim ulla poſſunt ratione ſubterfugere Græci, quo minus rationẽ dent eorum, quæ & nunc & antea perpetrarunt, tuiſq; ſint ſerui. Et hoc quidẽ præcipuè tibi agendũ puta. Quod ſi tibi conſtitutũ eſt, ut ipſe cũ exercitu reuertaris, aliud quoq; habeo ex hac re conſilium: Rex, ne cõmittas tu, ut Perſæ Græcis ludibrio fiant. Non enim res Perſarũ afflictæ ſunt: neq; tu, ubinam uiri fuerimus ignaui dicere potes: quales ſi Phœnices & Aegyptij & Cyprij & Cilices fuere, nihil iſta ad Perſas attinet culpa. Quare, quoniam Perſæ huius rei inſontes ſunt, iam mihi credito,

dito. Si tibi non uidebitur permanendum, remea ipſe ad ſolum natale cum pleraq; parte copiarum. Ego cũ delectis de exercitu trecentis millibus militum, debeo Græciam in tuam redigere ſeruitutem. His auditis Xerxes, ut ex malis, gauiſus eſt, uoluptatemq; cepit: & ad Mardonium inquit, ſe, ubi ad concilium retuliſſet, reſponſurum, utrum eorum eſſet facturus. Et cum in concilium uocaſſet delectos Perſarum proceres, placuit ei Artemiſiam quoque ad conſultandum accerſi: quam ſolam conſtabat antea quæ facienda eſſent intellexiſſe. Quæ ubi aduenit, eam Xerxes ſummotis aliis Perſarum conſiliarijs atque ſatellitib. hunc in modum allocutus eſt: Iubet me Mardonius hic permanere ad tentandum Peloponneſum, negans ullam eulpam huius damni eſſe penes Perſas atq; pedeſtres copias, ſed eis uolentibus hoc tentari debere. Itaq; aut hoc me facere hortatur, aut ſibi tradere trecenta millia delectorum militum, ad ſubigẽdam mihi Græciam: me uerò ad patrias ſedes cum reliquo exercitu reuerti. Tu igitur, quæ de pugna nauali non gerenda probè conſuluiſti, utrum mihi ſuades horum, quod eligendo bene mihi conſuluero. Hæc Xerxi conſultanti reſpõdens Artemiſia: Arduum, inquit, rex, me dicentem tibi optima, proſperum conſilium dare: tamen à ſtatu rerum præſentium mihi uidetur eſſe faciendum, ut tu ipſe domum remees: Mardonium uerò hic relinquas cum ijs quos uult, ſi modò uelit ille, atque recipiat ſe iſta facturum. Nam ſiue ea quę ait ſe uelle, ſubegerit, & hæc ei ex animi ſententia ſuccedant, tua res domine agitur, quia id tui ſerui effecerint: ſiue Mardonio contra opinionem ſuam contigat, non magna ſanè calamitas erit, ſaluo & te & rerum domeſticarum ſtatu. Etenim ſi incolumis es & domus tua, profectò Græci ſæpenumero pro ſeipſis multa certamina

Xerxes ad Artemiſiã

Artemiſiæ conſilium

ramina cursitabunt. At si quid contingat Mardonio cladis, id nullius erit momenti, Græcis uincendo nõ uicerint, seruo tuo interempto. Tu uerò Athenas incensas (cuius rei gratia expeditionem sumpsisti) reddes teris. Delectatus eo cõsilio Xerxes, quod idem illa suaderet quod ipse haberet in animo: quippe qui (ut ego opinor) non remansisset, si uel cuncti atque cuncta id ei suasissent, adeò perterritus erat: Artachæam laudans dimisit, ducentem secum liberos regios Ephesum. Nã aliquot eum filij nothi comitabantur, cum quibus ad eorum custodiam misit Hermotimum, genere quidẽ Pedasensem, sed apud regem inter eunuchos nulli secundum. Incolunt autem Pedasenses super Halicarnassum: apud quos hoc rei fertur contingere, ut quoties Amphictyensibus (qui circa eam urbem habitãt) aliquid aduersi certum intra tempus est euenturum, tunc antistiti, quæ illic Mineruæ est, grandis barba nascatur: quæ res bis apud eos accidit. Ex his Pedasensib. Hermotimus erat, cui maxima ex omnibus (quos quidem ipsi nouimus) ultio contigit acceptæ iniuriæ. Siquidem eum captum ab hostibus ac uenalem mercatus est Panionius Chius, ex hoc impurissimo quæstu quem factitabat, uitam ducens. Nam quos pueros forma præditos coëmerat, eos castrabat: ductosq; aut Sardis aut Ephesum, magna pecunia uendundabat. Apud Barbaros enim precio siores cunuchi sunt quàm qui non sunt castrati, in omni genere, fidei gratia. Atque ut alios permultos, ita hunc quoq; Panionius exercuit, ut qui ex hac re uitam tolleret. Sed non usque quaq; infelix Hermotimus, è Sardibus ad regem cum alijs muneribus deductus est, progressuq; temporis ex omnibus cunuchis maximo in honore apud regem Xerxem est habitus. Cum autem rex aduersus Athenas moueret è Sardibus, per id tempus Hermotimus cuiusdam

Xerxis uoluntas.

Barba sacrificæ ominosa.

Eunuchi in precio habiti.

cuiusdam negocij gratia descēdit in agrum Mysium, qui à Chijs incolitur, sed Araneus uocitatur. Ibi iuuentum Panionium atque agoitum allocutus est, & multis & communibus uerbis primùm recensens ei, quòd per illum esset assecutus bona, deinde pollicēs, quam gratiam illius meriti foret relaturus, si homo cū suis domesticis illuc commigrasset. Ea oratione libenter audita, Panionius contulit se illuc cum uxore & liberis. Quem postcaquam cum omni re familiari adeptus est Hermotimus, his uerbis affatus est: O omniū post homines natos scelestissime, qui ex nefandissima negociatione quæstum facis: quid aut ipse ego, aut meorum quispiam, uel tuorum cuipiam mali fecit, ꝙ ex uiro neutrum me reddidisti? putabas fore, ut quæ tuuc machinabaris, laterent deos? qui iusta lege utentes, te infandorū opificem tradiderunt in manus meas, ut de pœna à me tibi irrroganda queri non possis. Hæc ubi exprobrauit homini, filijs in conspectum eius adductis, qui quatuor erant, coēgit patrem, illorum genitalia recidere: quod cum coactus feciſſet, filij eius adacti sunt eius uirilia abscindere. Ita supplicium ab Hermotimo in Panionium redijt. Xerxes filiorum Ephesum deducendorum negocio Artemisiæ demandato, accitum Mardonium iussit è copijs quas liberet eligere, ut consentanea uerbis facta exequi experiretur. Hactenus eo die est actum. Noctu autem, regis iussu præfecti classis è Phalero profecti, retro Hellespontum uersus abierunt, pro se quisque accelerantes ad custodiendas rates, quibus rex pertransiret. Qui cum ad Zosterem aduentarent, minuta quædam continentis procurrentia promontoria, Barbari suspicati nauigia esse, perdiu illinc aufugerunt. Tempore deinde edocti non nauigia esse, sed promontoria, in agmen sese receperūt. Vt dies illuxit, Græci cernentes ibidē pedestres copias

Deorum uindicta.

hostium perstare, rati classem quoq; circa Phaleru esse, ac pugnam nauale commitendam, se ad resistendum apparabant. Sed cognito illam uela fecisse, cō festim insequendam sibi censebant: iraq; eam insecuti Andro tenus, cernere cum nequissent, ad Andrum

Græcorū de insequē do Persa cōsultatio

profecti consultabant. Quibus Themistocles suadebat, ut insulas uersus profecti, classem hostiū insequentes, rectà ad Hellespontum nauigarent, soluturi pontes. Huic cōtrariam Euribiades opponebat sententiā, quòd diceret fore, ut si dissoluerent rates, maxima ob id calamitate afficerent Græciam. Persam enim si deprehensus in Græcia manere cogeretur, non quietum, quòd sibi ocium quidem agenti nec ulla res posset procedere, nec ulli retro ostenderentur receptus, & exercitus eius fame conficeretur procedenti, At rebus gerendis operam danti, omnia possent per Europam succedere, tum in urbibus, cum in nationibus, quæ uel caperentur, uel ante sese dederent: quinetiam rem frumentariam habiturum ex annuis semper fructib. Græcorum: nunc autem uideri illum, utpote uictum nauali prælio, non perstiturum in Europa: ideoq; permittendum fugere, dum in terram suam fugiendo perueniat, de qua terra deinde certamen iam fieri iubebat. Huic sententiæ aliorū Peloponēsiū duces assensere. Themistocles postquā animaduertit se non posse pleriscq; persuadere, ut ad Hellespontū nauigarent, adijt Atheniēses, qui præcipuè indignabātur hostē effugere: animariq; erant ad nauigandum in Hellespontū, etiam per seipsos, si cæteri recusassent. Eosq; ita est allocutus: Et ipse multis iam huiusmodi casibus interfui, & de multo pluribus audiui talia contigisse, uiros ad necessitatem redactos prælium instaurare, & superiorem quam accepissent calamitatem emendasse. Itaque nos, quoniam inuenimus quo pacto & nosipsos

&

& Græciam tueremur, repulsa tanta hominum audeꝫ non insequamur eos fugiẽtes. Neꝙ enim nos hoc efficimus: sed dij pariter ad heroes, qui inuiderunt unum esse uirum & Asiæ regem & Europæ, qui sit impijssimus atque scelestus: qui sacra perinde atꝙ prophana habens, urbes incendit, deorumꝙ simulacra subuertit: qui & mare cecidit flagellis, & cõpedes in illud dedit. Sed bene nobiscum in præsens tempus agitur. Ideoꝙ nunc quidem, ut & nostri ipsorum, & nostrorum domesticorum curam geramus, & ut spacium quis ad reficiendas ædes, faciendamꝙ sementem habeat, in Græcia maneamus, Barbaro prorsus ecto. Cum autem uer appetet, tunc in Hellespontũ & Ioniam nauigemus. Hæc dicebat Themistocles, animo sibi apud Persam subsidium comparandi: ut si quid apud Athenienses accideret aduersi, sibi haberet quò se conuerteret, prout & contigit. Hæc dicenti Themistocli Athenienses, cum tamen ab eo deciperentur, assensi sunt. Nam cum antea prudens habitus fuisset, postea uerò prudens ac bona consulens compertus esset, prorsus ad ei assentiendum prompti fuere. Ille, ubi Athenienses ipsius sententiam probauere, misit euestigio uiros quosdam cum nauigio, ad exponenda regi mandata, iussos tacere, etsi in omne tormentum deuenirent: quorum unus erat Sicinus eius contubernalis. Hi posteaquam ad Atticam peruenere, cæteris apud nauigium remanentibus, ipse ad regem ascendit, atꝙ ita cum allocutus est: Themistocles Neoclis filius, dux quidem Atheniensium, sed inter omnes socios uir optimus ac sapientissimus, misit me tibi denunciatum, gratia tibi inseruiendi, se retinuisse Græcos, classem tuam insequendi cupidos, pontesꝙ qui fuint in Hellesponto soluendi. Itaꝙ nunc magno cũ silentio re illuc recipias. Hæc renũciata, illi abiere Græci

Themistoclis uafricies.

posteaquam decreuerunt neq; persequendam sibi ulterius Barbarorum classem, neque nauigandũ in Hellespontum ad soluendum traiectum, Andrũm obsederunt, animo illam delendi. Nam primi ex insulanis Andrij pecunias poscenti Themistocli denegauerãt, etiq; allegãti Athenienses illuc ire duobus magnis numinibus fretos, Suadela & Necessitate, & ira sibi dandas utriq; esse pecunias, respondérant Athenas proportione magnas esse atque felices, & dijs propicijs bene processisse. Nam se ad maximam soli tenuitatem redactos, Andriorumq; insulam totidem propicia numina nunquam derelinquere, sed semper incolere Inopiam & Impossibilitatem: quibus dijs obnoxios Andrios pecuniam nõ daturos. Nunquam enim Andriorum impossibilitate ualidiorem fore Athenienſium potentiãm. Hæc illi cum respondissent, nec pecuniam dedissent, obsidebantur. Themistocles uerò (neque enim unquam acquirendo cessabat) ad cæteras insulas minacia uerba mittens, pecuniam flagitabat, eisdem nũcijs, eisdemq; uerbis utens, quibus apud Andrios fuerat usus: nisi pecuniam darent quam poscerentur, exercitum se Græcorum illuc adducturum, & eam insulam obsessam deleturum. Hæc dicendo ingentem pecuniæ uim coegit à Carystijs atque à Parijs: qui audito tum Andrum obsideriq, uòd cũ Medis sensissent, tum Themistoclem maximo in honore inter duces esse, hoc metu pecuniam misere. Aliarum autem insularum aliqua pecuniam dederit, nec ne, affirmare nequeo. Reor tamen alias quoque dedisse, non has solum. Quanquam Carystijs ne hac quidem re contigit effugere cladem ut Parijs, qui Themistocle pecunia delinito, hostem deuitarunt. Ita Themistocles ex Andro profectus, clam cæteris ducibus exegit pecunias ab insulanis. At copiæ Xerxis illic aliquot

post

post pugnam dies immoratæ, mouerunt in Bœotios, eadem qua uenerant uia. Quippe Mardonio uisum est simul regem præmittere: intempestiuum enim propter anni tempus belligerari, simul in Thessalia serius esse hybernare, & deinde ineunte uere tentare Peloponnesum. Is ubi in Thessaliam peruenit, ibi ante omnia decem millia Persarum (qui immortales uocantur) elegit, excepto eorum duce Hydarne, qui negauit se regem esse relicturum. Item de alijs Persis toracatos, & mille equites: ad hæc Medorum, Sacarum, Indorum pedestrium equitatumque. Has nationes sibi totas desumpsit: ex alijs autem socijs paucos, quorum duntaxat aut speciem animaduertebat, aut aliquod egregium facinus cognouerat: sed plurimos ex una gente Persarum delegit torquatos & armillatos. Secundo loco Medos, qui non numero Persis inferiores erant, sed robore: ita, ut uniuersi, trecenta millia unà cum equitibus essent. Hoc interim tempore, quo Mardonius habet delectum copiarum, & Xerxes circa Thessaliam agit, oraculum è Delphis ad Lacedæmonios uenit, ut Xerxem pœnas necis Leonidæ reposcerent, & quod daretur, ex eo reciperent. Mittunt igitur quàm citissimè Spartiatæ caduceatorem. Is adhuc in Thessalia uastus exercitum, ubi in conspectũ Xerxis uenit, in ita uerba fecit: Rex Medorum, Lacedæmonii te & Heraclidæ (qui è Sparta sunt) pœnas cædis reposcunt, quorum regem ipsorum interemisti, dum Græciam protegit. Ad ea Xerxes cachinnos tollit, ac diu responso non reddito: Hic, inquit, monstrato Mardonio, ut ei assistebat Mardonius, pœnas tales dabit, quales illos decet. Caduceator hoc responsó accepto, discessit. Xerxes Mardonio in Thessalia relicto, ipse ad Hellespontum ire maturabat: intraq; quinque & quadraginta dies ad

Leonidæ cædis ultio dicta.

traiectum peruenit, nullam propemodum partem copiarum ducens: quæ quocunq; ueniebant, & ad quoscunque homines, eorum direptis fructibus uescebantur. Vbi nihil fructuum reperiebant, ipsa herba ut è solo germinabat, nonnulli delibratis corticibus, & strictis frondibus arborum, tam agrestium quàm mansuefactarum, nihil omnino relinquẽtes, hoc præ fame facere coacti. Quos deinde pestilentia excipiens ac dysenteria, id est, tormina, inter uiam extinguebant. Eorum non multos Xerxes ægrotos reliquit, iniũgens ciuitatibus, ut in quamq; ueniebat, uti illos curarent & pascerent; quosdam etiam in Thessalia, & aliquot in Siri Pœoniæ, & in Macedonia: ubi sacrum Iouis currum, quem in Græciam tendens reliquerat, reuersus non offendit. Eum Pœones Thracibus cum dedissent, tamen reposcenti Xerxi dixere, unà cum equis inter pascendum fuisse abactum à Thracibus, qui superiora Strymonis circa fontes incolerent. Quo in loco rex Bisaltecorum ac terræ Crestonicæ Thrax faciuus eximium fecit. Hic & se uolentem uegauit Xerxi seruiturum: eoq; in edita montis Rhodopæ abijt: & filius uetuit, ne aduersus Græciam militarent. Illi patre contemptui habito, siue alioqui belli libidine inspiciundi, militauere cum Xerxe. Qui postquam incolumes reuerterunt, omnibus pater (erant autem sex) ob eam causam oculos effodit. Et illi quidem hanc mercedem acceperunt. Persæ autem, ubi citato itinere ad traiectum peruenere, Hellespontum nauibus traiecere ad Abydum. Non enim intentas iam rates inuenere, sed tempestate dissolutas. Ibi copiosiorem quàm in itinere commeatum adepti, nulla modestia sese reficientes, ac mutatis aquis, permulti interibant ex ijs, qui de exercitu superfuerant. Cæteri cum Xerxe Sardis peruenere. Narratur autem & aliter hæc res:

Pestilentia Xerxis copias excipit.

tes: Xerxem, posteaquam Athenis profectus est ad ora De Xerxis
super Strymonem, illic non amplius iter fecisse: sed reditu va
exercitu Hydarni permisso, quem ad Hellespontum rie narra-
deduceret, ipsum nauem Phœnissam conscendisse, tur.
ut in Asiam se reciperet: & dum cursum tenet à Strymonia, ingenti uento fuisse exceptum: & eo uehemẽtius tempestate uexatum, quòd nauis referta uectoribus erat, adeò quidem, ut super contabulationes essent frequentes Persæ, qui cum Xerxe uehebantur. Ibi metu perculsum regem cum clamore interrogasse gubernatorem, num qua salus eis esset? Et cum ille respõdisset: Here, nulla admodum est, nisi horum tot nauigantium fiat aliqua exoneratio tunc Xerxem eo audito ita locutum, Viri Persæ, nunc aliquis uestrum declaret se curam habere regis. In uobis enim uidetur sita esse salus mea. Hæc ubi dixit Xerxes, illos eo adorato desiliisse in mare, atque ita leuata naui, Xerxem in columem in Asiam peruenisse. Et ubi primum in terram egressus est, hoc egisse; gubernatorem, quòd regis quidem animã seruasset, aurea corona donasse: quòd autem multos Persarum perdidisset, decollasse. Hic alter modus qui narratur reuersionis Xerxis, haudquaquam fidem apud me habet, cum propter alia, tum propter obitum Persarum. Nam si id rege à gubernatore dictum est, tamen ex infinitis rationibus, uel ob hanc unam, cui repugnari non potest, negarim hoc regẽ fuisse facturũ, quin potius Persas iussurum è rabularis in uentrem nauis descendere, utiq; primores Persarum: & remiges Phœnices, nequaquam Persis numero pares, in mare deiecturum. Sed eum (ut dictum est superius) itinere pedestri cum reliquo exercitu in Asiam reuertisse. Cuius rei id quoq; magno est testimonio, quod constat Xerxẽ cum rursus in Asiã reciperet se, Abdera peruenisse, adhibuisseque conuiuio Ab-

deritas, & acinace aureo eos, ac tiara auro intertexta donasse: & ut ipsi oppidani aiunt, illum postquam ex Athenis retro fugit (quod apud me fide caret) illic primum zonam resoluisse: adeò fuerat terrore correptus. Sunt autem sita Abdera ad Hellespontum, uel potius ad Strymonem, atque ad littus, ex quo nauim illeconscendisse fertur. Græci posteaquam Andrum expugnare nequeunt, conuerti in Carystum, uastato illorum agro rediere Salaminem. Ibi ante omnia dijs primitias selegerunt cum aliarum rerum, tum Phœnissarum triremium tres: quarum una reponeretur apud isthmum, quæ ad meam usque memoriam extabat, altera apud Sunium, tertia Aiaci illic apud Salaminem. Secũdo loco prædam inter se dispertiere, ex qua primitias Delphos misere. Vnde statua effecta est longitudine cubitorum decem, truncam nauis partem manu sustinens: eodem in loco stans, ubi Alexander Macedo aureus. Missis Delphos primitijs, Græci publicè deum percontati sunt, nunquid perfectas & acceptas primitias accepissent? Quibus ille respondit, habere se quidem à Græcis alijs, uerùm non ab Aeginetis: sed reposcere donum optimè nauatæ ad Salaminẽ operæ in pugna nauali. Id cum audissent Aeginetæ, aureas stellas tres dedicauerunt: quæ super malum nauis æreum stant apud angulum, proxime Cræsi craterem. Post dispertitam prædam, Græci ad isthmum nauigauerunt, daturi præcipuum præmium Græcorum meritissimo, qui in hoc bello præclarissimè rẽ gessisset Eò ubi peruentum est, duces Græci in aram Neptuni suam quisque sententiam scriptam detulere, quem nam ex omnibus primum, & quem secundum iudicarent. In ea autem suum quisque nomen inscripsit, se illum qui præstantissimus extitisset, existimans: sed in secundis partibus Themistocli adiudicãdis, plerique congruc-

congruerunt. Ita cum singuli in primo loco singulos calculos haberent, in secundo Themistocles multo superior extitit. Et licet hanc rem Græci liuore quodã supersederint indicare, in suam quisque patriam reuecti, tamen Themistocles & habitus est & celebratus per uniuersam Græciam omnium Græcorum longè prudentissimus. Ipse, quia non fuisset honore affectus ab ijs, qui ad Salaminem dimicassent, ut honore afficeretur, Lacedæmonem se contulit. Eum Lacedæmonij & splendidè exceperunt, & magnificè honorauerunt. Et primas quidem partes rei bene gestæ Eurybiadæ, solertiæ verò ac dexteritatis Themistocli dederunt, & utriq; oleaginam coronam donarunt. Præterea hunc biga (quę apud Spartam erat) præstantissima: laudatumq; uerbis amplissimis, trecenti ex primoribus Spartiatarum, qui equites uocantur, discedẽtem ad Tegeaticos usque fines comitati sunt. Hunc solum ex omnibus, quos nouimus, hominibus Spartiatæ abeuntẽ deduxerunt. Eidem, postq̃ ex Lacedæmone Athenas uenit, ibi Timodemus, unus ex inimicis eius, alioqui nõ è claris uiris, liuore insaniens, crimini dabat itionẽ in Spartã: dicens illũ Athenarũ respectu, non sui, ab Lacedæmonijs honores assecutũ. Et cũ non faceret finem talia dicendi, inquit ei Themistocles: O homo, ita res habet, neq; ego, si Belbinitanus forẽ, sic à Spartanis honoratus fuissem: neq; tu, etsi Atheniensis. Atq; hæc hactenus. Artabazus Pharnacis, uir inter Persas cum antea illustris, tum ex rebus Platæensibus factus illustrior, regẽ deducebat ijs sexaginta millibus, quæ Mardonius delegerat: quem ubi traiectu tenus comitatus est, & iã esse in Asia scinit, regressus circa Pallenen agebat, utpote Mardonio per Thessaliam Macedoniamq; hybernante, nec alias copias obire curante. Nec è sua dignitate æstimabat non

diripere rebelles Potidæatas, in quos casu incidisset. Erenim Potidæatæ, postq̄ rex præterijt, & classis Persica à Salamine fugiens abijt è conspectu, à Barbaris defecerant: mox alij quoq;, ijs qui Pallenen incolebant rebellantibus. Tunc uerò Artabazus Potidęam obsedit: suspicatus etiam Olynthios ab rege defecturos, & ipsos obsedit. Eam autem urbem tenebant Bottiæi, quæ è finu Thermæo fuerant à Macedonibus ejecti. Hos Artabazus postquam obsidione cepit, in paludē deductos trucidauit, urbemq; administrandam Critobulo Toronæo tradidit à genere Chalcidensū. Ita Chalcidenses Olynthū obtinuere. Expugnata Olyntho Artabazus Potidææ obsidendæ impensius incumbebat. Hoc faciens cum Timoxeno Scionæorum duce de faciendæ proditione transegit, incertum mihi quonam modo ab initio. Neque enim traditur. Ad extremum ita actum est: Quoties exaratum libellum aut Timoxenus ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum mittere uolebat, eum sagittæ extremo inuolucbat; adaptatisq; desuper pennis ad locum de quo conuenerat, sagittam emittebat. Sed Timoxenus qui Potidæam prodebat, proditionis compertus est. Nam Artabazus ad conuentum locum sagittam dirigens, frustrante iactu humerum cuiusdam Potidæatæ percussit. Ad quem saucium turba (ut assolet in bello fieri) cum concurrisset, subitò reuulsa sagitta, animaduertens libellum deculit ad magistratus. Aderat autem & cæterorum Pallenensium commilitium. Perlecto libello magistratus & cognito proditionis autore, non tamen censuerunt Timoxenum esse plectendum, Scionææ ciuitatis gratia: ne in posterum semper Scionæi pro proditoribus haberentur. Atq; hunc quidem in modum Timoxenus proditionis manifestus fuit: Artabazum uerò tres iam menses obsidentem ingens æstus maris excepit, &

Literarum per sagittã præsmissio

Artabazi mors.

pit, & is diutius. Itaque Barbari uidentes locum factũ lacunosum, in Pallenen concesserunt. Quorum cum duæ partes permeassent illuuiem, tres aliæ supererãt: quas ubi pertransissent, oportebat intrare Pallenen. Sed eas tanta maris æstuario inuasit, quanta nunquã extiterat ut indigenæ aiunt, cum ea frequenter illic accidat. Eorum qui nandi erant ignari, interiere. Qui erant gnari, eos Potidæatæ nauigijs adorti, trucidauere. Huius æstus ac restagnationis & cladis Persarum ferunt Potidæatæ hinc causam extitisse: quòd illi è Persis qui sunt à mari oppressi, in templum Neptuni & eius simulacrum, quod situm est in suburbijs, impiè gesserant. Hanc fuisse causam illi uidentur uerè dicere. Eos qui superauere Artabazus in Thessaliam ad Mardonium duxit. Et cum ijs quidem qui regem reduxerunt, ita est actum. Classiarios autem Xerxis exercitus qui superfuerat, ubi à Salamine fugiens attigit Asiam, rege cum alijs copijs è Chersonneso Abydum traducto, hyemauit apud Cumam. Idem primo statim uere Samum conuenit, ubi nonnullæ naues hyemauerant. Eius classis plerique nauigatores erant ex Persis & Medis, duces & supernenerant Mardontes Bagei, & Artayntes Arthachari filius: cuius patruelis Amitres ab eodem ascitus erat illorum collega. Hi utpote magnopere percussi, non audebant occasum uersus procedere, ne unus quidem: sed apud Samum subsidentes Ioniam à rebellando prohibebant, trecentas naues cum Iadibus habentes, neque expectantes fore ut Græci in Ioniam irent: sed ut sua tutari contenti essent, ducta ex hoc coniectura, quod ipsos è Salamine fugientes, non fuissent insecuti, sed libenter abscessissent. Atque ut se uictos mari, ita longe superiorem terra Mardonium futurum arbitrabantur. Qui dum apud Samũ erãt, simul cõsultabãt, si quid mali posset facere

Neptuni templũ apud Potidæatas.

facere hostibus, simul subausultabant quonam res Mardonij caderent. At Græcos excitabat tum ueris adventus, tum Mardonius in Thessalia agens. Et eorum quidē exercitus pedestris nondū cogebatur: naues aūt in Aeginā abierāt numero centū ac decē, præfecto atq; nauarcho Leutychide, qui fuit Menaris, qui fuit Gesilei, qui fuit Hippocratidæ, qui fuit Leutychidæ, qui fuit Anaxilei, qui fuit Archidemi, qui fuit Anaxandridæ, qui fuit Theopompi, qui fuit Nicandri, qui fuit Charili, qui fuit Eunomi, qui fuit Polydectis, qui fuit Prytanis, qui fuit Euryphontis, qui fuit Proclis, qui fuit Aristodemi, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hylli, qui fuit Herculis filius, ex altera ab regia familia. Horum omnes qui prius commemorati sunt, præter duos post Leutychidem, reges Spartæ fuerunt. Atheniensium autem duce Xantippo Ariphronis filio, hac omni classe Aeginā profecta, aduenium est eò nuncij Ionum iidem, qui nuper ierant adorandos Lacedæmonios ut Ioniam liberarent, quorum onus fuit Herodotus Basilidis filius, septem ab initio, qui coniuratione inter se facta de occidendo Stratte Chiorum tyranno: postea conspiratione patefacta per unum eorum qui rem detulerat, cæteri, qui fuerant, è Chio se subduxerunt, Spartamq; contulerunt, & tunc Aeginam, oraturi Græcos ut in Ioniam nauigarent: egreq; exoratos Delon usque perduxere. Nam ulteriora omnia Græcis formidolosa erant, tum locorum ignaris, tum plena hostium esse credentibus, & tantundem abesse Samum, quantum Herculis columnas. Contigitq; id rei ut neque Barbari supra Samum Hesperum uersus nauigare auderent, metu perterriti: neque Græci Chiorum rogatu auxiliorum uersus ultra Delon. Ita timor medium eorum tuebatur. Dum Græci nauigarent in

Leutychidis genealogia.

Stratres Chius.

in Delum, Mardonius qui in hybernis ad Theſſaliam erat, inde mouens miſit ad oraculum quendam genere Europeum, nomine Murem, iubens ut quantumcunque ſibi liceret, peruaderet ad oraculum conſultandum: edocuitq; quid uellet ab oraculis ſcire. Quod autem fuerit, haud compertum habeo, non enim memoratur. Opinor nihil aliud, quàm de rebus præſentibus fuiſſe. Conſtat hunc Murem in Lebadiam uenisse: & mercede corrupto quodam indigena ad Trophonium deſcendiſſe, & ad Abas Phocenſium, & illinc ad oraculũ, quinctiam prius Thebas adiſſe. Ibiq; tum Apollinem Iſmenium conſuluiſſe, quemadmodum in Olympia, fas eſt in templis ſciſcitari oracula: tum quodam non Thebano, ſed hoſpite pecunia corrupto in delubro Amphiarai obdormiſſe. Ideo autem nemini Thebano licet eo in loco uaticinatum eſſe, quod cum Amphiaraus optionem eis dediſſet, utrum mallent uate uti ſe, an auxiliatore, Thebani ſibi auxiliatorem eum maluerunt. Ea propter nefas eſt ulli Thebano illic obdormiſcere. Tunc autem maximum extitiſſe miraculum, ut à Thebanis mihi narratur: Murem Europeum peruestigatis omnib. oraculis, iſſe etiam ad fanum Apollinis Ptoi. Vocatur autem id fanum ita: ſed ipſorum Thebanorum eſt, ſitũ ſupra paludem Copaidem, ante montem, proxime urbem Acræphiam. Ad hoc templum poſtquam peruenit is qui Mus appellaretur, ſecutos eũ tris uiros publicè delectos ad deſcribenda ea, quæ homini reſponderentur. Et ſtatim antiſtitem Barbara lingua uſum: & qui eos ſubſequebantur ſtupuiſſe, audiẽtes Barbaram linguam pro Græca. Cumq; neſcirent quid in præſenti negocio agerent, Murẽ Europeum pugillares ab eis quos ferebant abſtuliſſe, & in illis ea, quæ dicerentur à propheta, exaraſſe, idq; ut dicebant, lingua Cariæ

Amphiaraus oraculum.

Acræphia oppidum.

& ubi

& ubi illa scripsisset, digressum in Thessaliam abijsse. Ea Mardonius intelligens quid dicerent, nuncium de hinc Athenas mittit Alexandrum Macedonem Amyntæ filium: tum quia in eum propensi erãt Persæ, (quippe cuius sororem Gygæam Amyntæ filiam in matrimonio habebat Bubares Persa, ex qua genuit Amyntam in Asia, aui materni ferentem nomen, cui ab rege Phrygiæ data est incolenda urbs Alabanda) tum quia Alexandrum Mardonius audiebat ipsorum esse hospitem, ac de ipsis bene meritum, mittendum duxit, hac præcipuè ratione arbitratus se conciliaturum sibi Atheniẽses, populum & multum & strenuum esse audiens, & qui cladis Persicæ in mari acceptæ præcipuus autor extitisset. Quibus sibi conciliatis spem cõcipiebat facilè potiundi maris, prout etiam contigisset. Nam terrestribus copijs longè sibi superior esse uidebatur. Ira colligebat suas res fore superiores rebus Græcorũ. Cui fortassis oracula illa reddita suadebãt, ut Atheniensem sibi socium asciscceret. His obtemperans, Alexandrum hunc mittebat septimum à Perdicca, qui Perdiccas Macedonũ tyrãnidem obtinuit hũc in modum: Tres fratres à Temeno oriundi, Gauanes, Acropus, Perdiccas ex Argo in Illyrios profugerunt: & ex Illyris transgressi superiorem Macedoniam, peruenerunt ad urbem Lebæam. Ibi se ad mercenariam operam regi locauerunt, unus quidem equis, alter uerò bobus, minimus autem natu minutis pecoribus pascendis. Erant autem priscorum hominum tyrannides in re nummaria exiles, non solum populares facultates, adeò ipsi regi sua uxor coquebat cibaria. Hæc cũ animaduertisset panem pueri Perdiccæ mercenarij dũ coqueretur, effici duplom quàm erat, idq; semper contingere, indicauit marito. Ille re audita ilico ingressus est, ut ostentum cerneret, quonam modo quid maius excresce-

Perdiccæ tyrãnidis origo.

excresceret. Moxq; accitis mercenarijs, ut à sua domo discederent, imperauit. Et cum illi dicerentur, ita demũ se abscedere iustum esse, ubi mercedem accepissent, tunc rex mercedem nominari audiens: hunc, inquit, solem ostendens, in deum contumeliosus, dignam nobis mercedem reddo. Immeabat autem in ædes per fornarium sol. Hoc audientes maiores natu Gauanes & Aëropus, steterc attoniti. At adolescens, accipimus rex quæ das, præloc utus, gladioq; (nam gladium gere- Sol pro
bat) circunscripsit in pauimento domus solem: cir- mercede.
cunscriptumq; cum ter in sinum suum hausisset, ab
ist cum cæteris. Quale autem esset, id quod faciebat pu
er, & quòd data cũ illorum assensu accipiebat mini-
mus natu, renunciauit quidam assessorum regi. Hoc
audito rex ira percitus equites ad eos interimendos
mittit. Est autem in ea regione amnis, cui tanquam
liberatori immolant posteri illorum, qui ab Argo e-
rant. Hic amnis posteaquam eum Temenidæ tran-
sierant, ita uehemens effectus est, ut ab equitibus tran
siri nequierit. Temenidæ in aliam Macedoniæ pla-
gam transgressi, habitarunt prope hortos qui ferebã
tur esse Midæ Gordio geniti. Quibus in hortis sua spõ
te nascuntur rosæ sexagenũm foliorum fragrantiori Rosæ sexa
odore quàm cæteræ: & in quibus (ut fertur à Maced genum fo
nibus) Silenus fuit exceptus. Super eos situs est mõs liorum.
nomine Bermius, per hyemem inaccessus. Hinc
egressi, postquam eam plagam obtinuerunt Temeni-
dæ, cæteram Macedoniam subegerunt. Ab hoc Per-
dicca hunc in modũ Alexander oriundus est: Amyn-
tæ filius fuit Alexander, Amyntas Alcetę: pater Al-
cetæ fuit Aëropus, Aëropi Philippus, Philippi Ar-
gæus, huius Perdiccas, qui parauit imperium. Ita A-
myntæ fuit Alexander filius: qui ubi Athenas uenit, à
Mardonio missus, ita uerba fecit: Viri Athenienses, Mar
donius

Mardonij postulata

donius, hæc inquit: Nuncius mihi ab rege uenit in hæc uerba: Athenienſibus iniurias, quas mihi intulerunt, omnes remitto. Nunc autem Mardoni ita facito: Suam eis regionem reddito: præterea aliam pro ſuo arbitratu eligant, ſuaq; libertate potiatur. Quinetiam eorum templa, ſi mecum fœdus inire uolent, omnia quæ ego incendi, reſtituito. Hic nuncius cum mihi allatus ſit, neceſſe habeo hæc exequi, niſi per uos ſteterit. Ego uerò hæc uobis duco dicenda: quid inſanitis bellum regi inferentes, quem nec unquam ſuperare, nec ſemper reſiſtere poteritis? Noſtis enim Xerxis & copias & facta: auditis quoq; nunc de exercitu qui mecū eſt, quem ſi ſuperaueritis atq; uiceritis (cuius quidem nulla uobis ſi ſapitis, ſpes eſt) alius multo maior aderit. Nolite igitur æquiparando uos regi, priuari ſolo ueſtro, & pro uobiſipſis aſſiduè diſcurrere: imò potius his moleſtijs uos explicate, cum adſit uobis pulcherrima explicandi facultas, quod ab rege prouocati ut ſocietatem belli uobiſcum ineatis, citra dolum & fraudem liberati eritis. Hæc me iuſſit Athenienſes apud uos Mardonius dicere. Ego uerò de mea in uos beneuolentia nihil cõmemorabo. Neq; enim nunc primũ eam cognouiſtis. Obſecro tamẽ ut Mardonio morẽ geratis, quos animaduerto non ſemper ualidos fore ad gerendum cum Xerxe bellum: quales ſi animaduerterem eſſe, ne quaquam huc cum his mandatis ueniſſem. Quippe regis uires ſupra hominẽ ſunt, & manus prælonga. Qđ niſi properè aſſentiamini magna pollicentibus, quippe ex æquo fœdus facere uolentibus, timeo ueſtrã uicẽ, qui ex omnibus ſocijs & maximè in uia habitatis, & ſoli ſemper præcipuam cladem accipitis, poſſidentes terram inter diuerſas acies poſitam. Itaq; inducite in hoc animum quod magnopere eſt è ueſtra dignitate, cum rex magnus uobis Græcorum ſolis iniurias remittens,

Alexandri adhortatio

Longæ regum manus.

mittens, cupiat effici amicus. Hæc Alexander. Quem Athenas euntem ad inducendos in Barbari societatẽ Athenienſes, cum audiſſent Lacedæmonij, id ne fieret uehementer extimuerunt, reminiſcẽtes oraculorum; fatale eſſe ut ipſi cum cæteris Dorienſibus è Peloponneſo eijcerentur à Medis pariter & Athenienſibus. Ideoq; ſine mora mittendos illuc cenſuere legatos. Et ſanè contigit, ut concioni adeſſent Lacedæmonij. Extraxerunt enim Athenienſes tempus, probè ſcientes fore ut Lacedæmonij audirent uenientem à Barbaro nuncium ad ſocietatem contrahendam. Quare de induſtria id fecere ad declarandam Lacedæmonijs ſententiam ſuam. Vbi dicendi finem fecit Alexander; excipientes nuncij Spartanorum ita locuti ſunt: Nos uerò miſere Lacedæmonij oratum uos, ne quid noui in Græciam agatis: neque uerba quæ afferuntur à Barbaro admittatis, quod neque iuſtum ſit ullo modo, neque decorum cum alijs Græcis, tum præcipuè uobis, idq; multis de cauſis. Vos enim hoc bellum excitaſtis etiam nobis inuitis, & propter imperium ueſtrum eſt decertatum, quod certamen nunc in uniuerſam Græciam emanauit: cuius totius uos præcipui auctores fuiſtis, & Græcis cauſa ſeruitutis, res nullo pacto toleranda: cum præſertim conſtet, Athenienſes ſemper & iam inde à priſcis temporibus uindicaſſe permultos homines in libertatem: & triſtem quidem conditionem ueſtram dolemus, quod iam bis prouentu frugum fraudati eſtis, & iam domibus quæ dirutæ ſunt caretis. Quo nomine Lacedæmonij uobis ac cæteri ſocij ſpondent ſe uxores ueſtras, & omnia ad bellum inutilia proxime domeſticos ſuos, quoad bellum hoc ſtabit, alituros. Neque uerò uos Alexander Macedo ſeducat, commendans Mardonij orationem. Facit quod ei faciendum eſt, quippe qui tyrannus ty-

ranno operam præstat. Sed non idem uestra facere in terest, si rectè sapitis, qui scitis nihil Barbaris esse neq; fidum neq; uerum. Hæc cum nuncij dixissent, Athenienses Alexandro ita responderunt: Et ipsi cognitũ habemus hoc, uires Medorum etiam atq; etiam maiores esse quàm nostras, ut id nihil interssit exprobrare nobis. Attamen in tutanda libertate carentes resistemus, quatenus ualebimus. Vt autem societatem cum Barbaro cõtrahamus, neq; tu persuadere tentes, neq; nos: si tu tentaueris, persuadebimur. Tu uerò renũcia Mardonio Athenienses dicere, quoad sol eodẽ itinere meabit, quo nunc meat, eousq; se nunquam cum Xerxe societatem inituros, sed se protegendo propulsaturos eum, fretos ope deorum atq; heroum, quorum ille nihil pensi habens, & templa & simulacra incendit. Tu quoq; posthac cum istiusmodi oratione ne committas ut Athenis uidearis, neue per speciem emolumentorum infanda nos facere suadeas. Nolumus enim te ingratum quippiã ab Atheniẽsibus pati, quibus & hospes & amicus es. Hæc Alexandro responderunt: nuncijs autem Spartiatarum illa, Lacedæmonios ueteri ne fœdus ineamus cum Barbaro, sanè humanum est, neq; hoc ueremur eos turpe est uenisse, quibus mens Athenienssium inexplorata esset: quoniam neq; tantũ auri usquam gentium est, neq; regio ulla specie & bonitate ita præstans, ut nos uelimus eius adipiscẽdæ gratia, cum Medis sentiendo Græciam in seruitutem redigere. Quod ne faciamus, etsi uelimus, multa & magna nos adhortantur. Primum atq; idem maximum, quod deorum ædes effigiesq; incẽsæ pariter & obrutæ sunt, quas nos in primis ultum ire necesse est potius, quàm cũ ijs fœderari qui ista fecerunt. Deinde quod sumus Græci eiusdem & sanguinis & linguæ, quorum & fana & sacrificia cõmunia sunt, & mores assimiles, quo

Athenienssium respõsum.

rum

rum proditores fieri Athenienſes, non bene haberet. Itaq; ſi antea neſciebatis, nunc ita accipiatis, dum uel unus Athenienſium ſupererit, nunquam nos conuenturos eſſe cum Xerxe. Veſtram tamen erga nos prouidentiam, quod conſulitis nobis domo carentibus, ita ut domeſticos noſtros alere uelitis, gratam habemus: & ueſtrum quidem beneficium cumulatum eſt: nos tamen ita tolerabimus, ut nihil uobis moleſtiæ afferamus. Quod cum ita ſit, copias primo quoq; tempore emittendas curate. Nam ut nos coniectamus, non diu differet Barbarus ingredi regionem noſtram: ſed ſimulatq; acceperit nuncium, nos nihil eorum eſſe facturos quæ orauit, aderit. Qui antequã ad ſit in Attica, tẽpus eſt nos in Bœotiã auxilio ire.

HERODO-
TI HALICARNAS-
SEI HISTORIA-
rum Liber IX.
Qui inscribitur
CALLIOPE.

Mardonius Athenas proficiscitur.

HOC ab Athenienſibus reddito reſpõſo, Lacedęmonij Spartam reuerterũt. Mardonius poſteaquã regreſſus ad eũ Alexander Athenienſium reſponſa indicauit, profectus è Theſſalia citato agmine Athenas ire contendit, quacunque iter faciebat, illinc uiros ad bellum ſumens, Theſſalis ducibus: quos adeò non pœnitebat eorum, quæ hactenus egerant, ut etiam multo ſtudioſius Perſam inducerent. Equibus Thorax Lariſſæus & Xerxẽ effugientem deduxerat, & tunc Mardonium propalàm deducebat in Græciam. Mardonium, ubi cum exercitu Thebas peruenit, Thebani cum offendiſſent, ſuadendo non ſinebant progredi longius, quòd negarent ullum locum ponendis caſtris opportuniorem eſſe, quàm illum, ubi ſubſidens conſequeretur ut omnem Græciam ſine prælio ſubigeret. Arduum enim eſſe etiam uniuerſis hominibus, uti ſubigere Græcos inter ſe conuenientes: quod & antea cognouiſſent. Si uerò feceris (dicebant) quod nos ſuademus, occupabis nullo negocio ualidiſſima quæque illorum conſi-

lia.

lia. Mitte pecuniam ad eos qui præpotentes sunt in ciuitatibus. Missa pecunia Græciam ad factionem redi-
ges. Hinc eos qui tecum non sentient, admotis copijs facilè expugnabis. Hæc Thebani suadebant, quibus il
le obtemperandum non putauit, partim animi fastu, partim acri quadam libidine Athenas iterum occupã
di, præsertim speraus incensis per insulas ignibus de-
claraturum se regi Sardib. agenti, Athenas ab ipso te-
neri. Igitur in Atticam profectus, cum illic Athenien
ses ne tunc quidem inueniisset, sed plerosq; eorum in
classe ad Salaminem esse audiret, urbem cepit deserta
decimo mense quàm fuerat iterum ab rege capta. Eò *Murichi-*
postquam uenit, mittit ad Salaminem Murichidem *des.*
quendam Hellespontium, cum eisdem mandatis quæ
Alexander Macedo pertulisset. Mittebat autem eadẽ
mandata, quarus ille quidẽ non beneuolo erga ipsum
animo esse Athenienses: sed sperans contumaciam de-
posituros, tanquam subacta omni Attica regione, &
sub ipsius imperio posita. Hac de causa Murichidem
misit in Salaminem. Is ubi in senatum uenit, Mardo
nij mandata exposuit. E senatoribus Lycidas senten-
tiam dixit, satius uideri sibi esse, ut ea quæ Murichi-
des apud senatum diceret, ipsi accepta ad populum re
ferrent. Hæc ille dicebat, siue quod pecuniam à Mar-
donio accepisset, siue quod id ei probaretur. Quod si
mulatq; audiere Athenienses, tam ij qui ex concilio, q̃
qui extra concilium erant indigne ferentes, Lycidam *Lycidas lo*
circunstetерunt, lapidibusq; interemerunt: Hellespon *pidatur.*
tium uerò Murichidem dimiserunt illæsum. Excitato
de Lycida apud Salaminem rumore, & cognito quod
gestum erat, Atheniensium uxores alia aliam exhor-
tantes, atque prehendentes ultro domum Lycidæ adie
re, hominisque uxorem ac liberos lapidauerunt. Hunc
in modum Athenienses in Salaminem transie-

runt. Quàm diu ipſi copias è Peloponneſo uenturas ſibi auxilio expectabant, tamdiu hoſtes in Attica habuere ſtativa. At ubi & ſocij tardius ſegniusq; agunt, & Mardonius aduentans iam eſſe in Bœotia audiebatur, ita ſupportatis omnibus rebus, & ipſi in Salaminem traiecerunt, nunciosq; in Lacedæmonem miſerunt conqueſtum de Lacedæmonijs, qui neglectui haberent Barbarum eſſe Atticam ingreſſum, neque cum ipſis ei in Bœotiam occurriſſent: tum admonitum eorum quę ſibi, ſi ad eum deficere uellent, Mardonius ſpopondiſſet: tum prædictum, niſi præſidio ipſis eſſent, ſe aliquod per ſemet remedium inuenturos. Agebant autem per id tempus Lacedæmonij ſolennia quæ uocantur Hyacinthia, quæ feſta dei celebrare plurimi faciebant. Ad hæc, murum ſibi in iſthmo extruebant, qui iam pinnas acceperat. Ad hos poſteaquam nuncij Athenienſium Lacedæmonem uenerũt, ducentes ſecum Megarenſium ac Platæenſium legatos, Ephoris aditis, ita locuti ſunt: Athenienſes ad hæc nos referenda miſerunt: Regem Medorum tũ noſtram nobis regionem reddere uelle, tum ſocietatem nobiſcum æquis conditionibus inire citra fraudem & dolum, tum aliam regionem noſtræ addere, quam ipſi noſtro arbitrio optauerimus. Nos tamen pudore Græci nominis, & pro magno flagitio ducẽtes prodere Græciam, annuere nolle, ſed recuſare, quamnis iniuria affectos à Græcis, ac proditos. Qui, etſi non ignoremus cõducibilius eſſe nobis ſocietatem inire cum Perſa, quã bellum gerere: tamen ſponte noſtra ſocietatem non ſuibimus. Et hæc quidem noſtra ſunt (quæ in Græcos præſtamus) officia. At uos qui nunc in omnem metũ deueneratis, ne paciſceremur cum Perſa, poſteaquam compertam habuiſtis ſententiam noſtram, nequaquã prodendi Græciam, & murum quem in iſthmo inædificabatis

Athenien ſũ legatio ad Lacedæmonios.

ficabatis absoluistis, nullam habetis Atheniensium ra
tionem. Et cum conueneritis nobiscum de occurren
do Persæ ad Bœotiam, desertores extitistis, pro nihilo
ducentes Barbarum Atticam esse ingressum. Itaq; uo-
bis Athenienses in præsens usq; succensent, quod non
estis officio functi. Quod superest, ut primo quoq; tẽ
pore nobiscum copias mittatis, iubent: quo Barbarũ
in Attica, quoniam in Bœotia defecimus, excipiamus
nostra in terra: ubi campus Thriasius appositissimus
erit ad dimicandum. Hæc ubi accepere Ephori, respõ-
sum in diem posterum distulerunt. Postero die in al-
terum, idq; in decem dies fecerunt, diem de die extra-
hentes: intra quod tempus uniuersi Peloponnenses
magno studio incumbentes, isthmum muro intercli
sere, ad finemq; perduxere: nec possum dicere causam,
cur illi tantopere soliciti fuerint, cum Alexander Ma-
cedo Athenas pergebat, ne Athenienses Medorum par
tes sequerentur: nunc autem nihil aliud curarint, quã
ut sibi isthmus inædificaretur, putantes se non ampli
us quicquam Atheniensibus indigere. At sub aduentũ
Alexandri in in Atticam muro (quem extruebant) nõ
dum perfecto, Persas uehementer extimescebant. Tan
dem & responsum & exitus fuit huiusmodi: Pridie
quàm iam ultimum concilium fieret, quidam Tege
ta nomine Chileus, apud Lacedæmonios maximæ in
ter hospites potentiæ, cum audisset ab Ephoris omnia
quę Athenienses dixissent, his uerbis eos allocutus est:
Ita se habet uiri Ephori, si Athenienses non sentiunt
nobiscum, sed cum Barbaro, quamuis ualido mu-
ro sit isthmus inædificatus, tamen magnæ fores pate-
factæ sunt Barbaro in Peloponnesum. Quare prius
eos addiatis, quàm aliquid decernant quod cladem
Græciæ adferat. Hoc Chileus consilium dedit. Quod
in animum admittentes Ephori, confestim ni-

hil collocuti cum nuncijs, qui à ciuitatibus uenerãt, quinque millia Spartiatarum cum ad huc nox esset, dimiserunt, præposito eis Pausania Embroti filio. Quæ præfectura erat quidem Plistarchi Leonida geniti. Sed cum is puer esset, Pausanias præfectus est: qui eius patruelis erat, & idem tutor. Nam Cleombrotus Anaxandridæ filius, pater Pausaniæ, iam non supererat, non diu post, quàm copias quæ murum extruebant in isthmo reduxerat, uita functus. Reduxerat autem ab isthmo copias Cleõbrotus ob eam causam, quòd ipsi inter sacrificandum aduersus Persam, sol in cœlo obscuratus esset. Elegit autem Pausanias sibi collegam Euryanactem Doris filium, suum gentilem. His copijs à Sparta cum Pausania profectis nuncij de illarum profectione ignari, ubi dies illuxit, Ephoros adeunt, habentes in animo abire in suam quique urbem. Vbi adierunt, ita uerba fecere: Vos quidem Lacedæmonij desidentes hic Hyacinthia agitis, ac luditis socijs proditis. Athenienses uerò ut à uobis læsi ob penuriam sociorum, ita ut poterunt cum Persa transigent. Soluta autem societate uobiscum, palam est nos, si regis fuerimus socij, militiæ comites futuros, in quamcunque regionem nos illi educent. Inde uos discetis quidnam uobis ex ea re sit euenturum. Hæc locutis nuncijs, Ephori iureiurando interposito, dixere suas se copias putare in Orestio esse, tendẽtes aduersum peregrinos. Peregrinos enim Barbaros appellabant. Hoc illi non intelligentes, quid diceretur, sciscitabantur. Sciscitati & rem omnem edocti atque stupefacti, quàm celerrimè abire ad illos insequendos, & cum ijs quinque millia finitimorum Lacedæmoniorum delecta. His isthmum uersus ire maturantibus, Argiui, ubi primum audiere copias è Sparta cum Pausania profectas, præconem quem optimum è diurnis cursoribus inuenerunt,

Sol obscuratus.

Euryanactes.

ſnuenerunt, in Atticam mittunt ad Mardonium: qui uidelicet antea receperant ſe futuros impedimento, quo minus Spartiata egrederetur. Præco ubi Athenas peruenit, Mardoni, inquit, miſerunt me Argiui nunciatum tibi iuuentutem è Lacedæmone eſſe progreſſam, ſeq; ne illa progrederetur præſtare nequiſſe. Ad hæc tu bonum conſilium adhibe .. Hoc ille locutus, retro abſceſſit. Quo audito, Mardonius iam non fidebat amplius perſtare in Attica: ubi ideo hactenus immoratus fuerat, quod audire cuperet ac ſcire, ab Athenienſibus quid ageretur, neque populans neque lædēs Atticum agrum, aſſiduè ſperans fore ut ſecum illi paciſcerentur. Quod ubi deſperauit re comperta, priuſquam Pauſanias cum copijs iſthmum egrederetur, ſubduxit exercitum incenſis Athenis, ſi quid aut murorum aut ædium priuatarum ſacrarumq; exeabat, eo omni diruto, atque obruto. Ideo autem excedendum ſibi putauit, quod neque adequitabilis eſſet Attica regio: neque, ſi ipſe malè pugnaſſet, euadi poterat niſi per angoſtias, ubi à paucis tranſitu prohiberi poſſet. Statuit igitur recedere illinc Thebas tum urbem amicam, tum regionem equitibus opportunam. Profecto illinc Mardonio, & iam iter facienti, perfertur nuncius properans, alium exercitum mille Lacedæmoniorum Megara iter habere. Eo audito, conſultabat ſi quo pacto hos primum poſſet excipere. Itaque conuerſum exercitum ducebat Megara, præmiſſo equitatu, qui omnem oram Megaridem incurſaret. Hucuſque Europæ ad ſolem occidentem uerſus longiſſimè proceſſit hæc Perſica expeditio. Poſt hæc nuncius ad Mardonium uenit, Græcos in iſthmo coactos eſſe, ita retroceſſit per Deceleam. Magiſtratus enim Thebani accolas Aſopiorum acceiſierant, qui Mardonium in Sphendaleas, & illinc in Tanagram duces itineris deduxerunt.

Athenarū incendiū.

duxerunt. In Tanagra noctem moratus Mardonius, postero die in agri Thebani Scolon transuersis tramitibus peruenit. Ibi Thebanorum rura tametsi Medicas partes fouentium uastauit: non illorum odio, sed ingenti necessitate adactus, quod uellet cum castra communire, tùm si sibi in acie non cederet, ex sententia effugium comparare. Exporrexit autem castra sua ab Erythræis secundum Hysias Plataeenses agro, iuxta flumen Asopum muro communita: sed non pro magnitudine castrorum, uerùm per singulas frontes dena stadia habenti. Hoc in opere Barbaris occupatis, Attaginus Phrynonis filius Thebanus, conuiuio magnificè apparato, Mardonium ipsum & Persarum honoratissimos quinquaginta inuitauit. Fiebat autem cœna Thebis. Inuitati illi hominem suos secuti. Cætera quæ referam, ex Thersandro accepi, homine quidem Orchomenio, sed Orchomeni inter primos honesto: qui sequoque adibat ad hanc cœnam ab Attagino inuitatum cum quinquaginta Thebanis: nec utrosque seorsum discubuisse, sed in singulis lectis alternos, Persam & Thebanum. Secundum cœnam cum potioni daretur opera, Persam qui eodem toro recumbebat, græcè ipsũ interrogasse cuias esset: se uerò respondisse Orchomenium esse: tum illum dixisse, Quoniam tu mihi mẽ sę consors & libaminum effectus es, uolo tibi relinquere sententię meę monumentum, ut ipse quoque prescius huius rei, queas tibi consulere. Cernis hos Persas in conuiuium acceptos, & copias quę ad flumen in castris relictę sunt, Horum omnium paruo pòst tempore pauculos cernes superstites. Et inter dicendum multas lachrymas Persam effudisse: admiratumque se oratione, ad illum dixisse: Nonne hæc Mardonio expedit dicere, & iis Persis qui secundum

dum eum in honore sunt? Et illum subiecisse, Hospes, quicquid ex Deo fieri oportet, id homini inevitabile est. Nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisquam vult. Hoc permulti Persarum cum sciamus, tamen Mardonium sequimur illigati necessitate. Est enim hoc in hominibus acerbissimum, cũ qui multum sapit, minimè potentem esse. Hæc ego ex Orchomenio Thersandro audiebam, & ideo ipsum hæc statim aliis enarrasse prius, quàm prælium ad Plataeas factum est. Mardonio in Bœotio statiua habenti, adduxerunt copias cæteri circà Græci, qui cũ Medis sentiebant, & ad Athenas congregati sunt, præter Phocenses. Nam & illi uehementer partibus Medorum studebant, non tamen voluntarij, sed coacti. Iidem non multis pòst diebus quàm Thebas itum est, & ipsi aduenere mille armati, duce Harmocyde inter populares spectatissimo. Eos Mardonius ubi Thebas peruenere, missis equitibus iussit seorsum in cãpo subsidere: quod cum fecissent, protinus affuit uniuersus equitatus. Vnde postea rumor exercitui Græcorũ, qui cum Medis erant, persuasit Phocenses ab equitatu iaculis cõfodi: quinetiã per ipsos Phocenses idẽ diuulgatum est, quos tunc dux suus Harmocydes his uerbis adhortabatur: O Phocenses, palàm est hos homines certè nos neci destinasse, accusatos (ut opinor) à Thessalis. Quare unum quenque uestrũm oportet egregium uirum esse, potius q̃ dedentes nos fœdissima morte trucidari. Ipsi quoq; intelligãt se Barbaros esse inter Græcos, quibus mortem intulerunt. His suos Harmocydes hortabatur. Quos ubi conclusere equites, inuehebantur tanquam ad eos occidendos, telis intentis ueluti emissuri: nonnullisq; emiserunt. Phocenses ex aduerso stantes facto orbe quoquò uersus cũ sese opponerent, ibi equites digressi retro abiere, incertum

Sapientes nõ esse potẽtes, acerbum est.

certam an ad hos interficiendos rogatu Thessalorum ierint equites: & posteaquam animaduerterunt eos ad defendendum se conuertere, ueriti ne ipsi uulnerarentur, ita retro abscesserunt, tanquam à Mardonio iussi, experiri uoluerint num quid illi præstantiæ haberent. Post abscessum equitatus misso ad eos præcone, Mardonius ita inquit: Bono estote Phocenses animo: uiros enim uos esse dedistis specimen, non tales quales egò audieram. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. Non enim aut me beneficijs, aut regem uincetis. Hactenus quæ circa Phocenses sunt gesta. Lacedæmonij ubi ad isthmum uenere, illic castra communiere. Quod audientes cæteri Peloponnenses utique ij, quibus meliora cordi erant, cernentesque Spartiatas egredi uolentes, indignum se putauerunt à Lacedæmonijs se in exeundo superari. Itaque cum pulchre litatum esset, cuncti ex isthmo profecti sunt, & in Eleusinem peruenerunt. Vbi cum pulchra etiam fuissent exta, ire perrexerunt. Quibus Atheniensses è Salamine profecti, in Eleusine admixti sunt. Illi postquam ad Erythras Bœotię uenere, cognito Barbaros ad Asopum castra habere: inito de hac re concilio, è regione tetenderunt sub Cithæronis radicibus. In quos Mardonius, quod in campũ non descenderent, omnem immittit equitatum, cui præerat Masistius, à Græcis Macistus dictus, uir apud Persas inclytus, Nysæo equo insidens, aureo freno & alijs insignibus eximiè ornato. Equites ubi promouere ad Græcos, per turmas egressi, multum detrimenti inferebant, fœminas eos compellando. Erant fortè Megarenses ea parte collocati, qua parte nulla alia magis oppugnari, nullaq; magis ab equis adiri poterat. Hac impressione equitum Megarenses quia premebantur, mittunt ad duces Græcorum

eorum præconem, qui ita cum uenit, uerba fecit: Megarenſes aiunt, uiri ſocij, nos ſoli excipiendis hoſtibus impares ſumus: qui tenemus eandem in qua collocati ſumus à principio ſtationem. Ibi hactenus tamet ſi ægrè, tamen ſtrenuè fortiterq; reſiſtimus. Nunc niſi alios nobis ſubſtituatis, ſcitote nos ab acie diſceſſuros. Hæc ubi præco renunciauit, Pauſanias expediri fecit Græcos, ſi qui alij ultro ad locum irent, ut Megarenſibus ſuccederent. Recuſantibus cæteris, Athenienſes ſuſcepere hoc munus, uidelicet eorum trecenti delecti: quibus præerat Olympiodorus Lamponis filius. Hi facere qui præ omnibus Græcis ad Erythras caſtra habentibus inſtructi ſucceſſere, ſagittarijs ſibi aſſumptis. Qui cum aliquandiu pugnaſſent, hic fuit pugnæ exitus: impreſſionem faciente per turmas equitatu, equus, Maſiſtij ut erat præalijs eminens, ſagitta per latus ictus eſt: quo dolore in pedes erectus, Maſiſtium excuſſit. Collapſum confeſtim Athenienſes circunſiſtunt, equo prehenſo, hominemq; ſeſe defenſantem interimunt, cum aliquã diu non potuiſſent. Ita enim fuerat armatus, quod ſcilicet intus gerebat thoracem aureis ſquamis conſertum, deſuper phœniceum paludamentum. Eius thoracem cum ferirent, non prius aliquid profecerũt, quàm quidam re animaduerſa illum percuſſit in oculo. Ita Maſiſtius collapſus interijt, quæ res latebat alios equites. Non enim cum aut ab equo cadentem uiderant, aut occumbentem. At ne tum quidem cum ſe recipiebant, quod actum erat cognouere: ſed poſtquam conſtitere, quia nemo ipſis imperabat, ſtatim deſiderauerunt ducem: cognitoq; (quod geſtum erat) mutuo ſe adhortati, omnes in hoſtem equos admiſere, ut mortuum eriperent. Eos conſpicati non iam turmatim, ſed uniuerſos pariter irruere,

Maſiſtij mors.

runt, cæterum exercitum inclamauerunt. Dum omnis peditatus auxilio ueniebat, interea cietur acre prælium de cadauere. At ubi præsidio uenere copiæ, non amplius perstitere equites: ita nec mortuum eripere potuerunt, & alios super illum è suis amisere. Digressi illinc duo circiter stadia, consultantes quid facto opus esset, decreuere sibi carentibus præfecto eundum ad Mordonium. Vbi in castra rediere, ingens luctus cùm omnem exercitum, tum uerò Mardonium cepit extincti Masistij uiri secundum Mardonium honoratissimi tam apud Persas, quàm apud regem: ita ut ciulatus eorum omnem Bœotiam peruaserit, & seipsos & equos & iumenta totonderint. Et Barbari quidem suo more Masistium defunctum honorabant. Græci autem postquam equitatum inuadentium excepere, & exceptum repulere, multo sunt audaciores effecti, & ante omnia cadauer plaustro impositum per stationes circumtulerunt. Erat autem spectaculo digna proceritatis ac formæ gratia. Quod ideo faciebant, quia cuncti relictis stationibus ad intuendum Masistium pergebant. Dehinc censuerunt ad Platæas descendendum, quod sibi Platæensis ager multo esset opportunior habendis castris quàm Erythræus, cum propter alia, tum propter aquandi commoditatem. Vbi uisum est in eum locum, & ad fontem Gargaphium, qui ibidem est, satius abire, & dispositis stationibus illic habere castra, sumptis armis abierunt per radices Citheronis secundũ Hysias in agrum Platæensem. Eò cum peruenere, stationes nationatim cõmunierunt, proxime fontem Gargaphium, & fanum Androcratis herois, per non edicos tumulos & locum planum. Ibi in distinguendis nationibus magna sanè altercatio exitit inter Tegeatas & Athenienses, utrosque se dignos qui alterum cornu tenerent arbitrantes;

Androcratis fanum.

bitrantes: & ſua facinora præclara tum recentia tum priſca referentes. Dicebant his uerbis Tegeatæ: Hoc nos ſemper digni honore à ſocijs omnibus habiti ſumus, quotieſcunque à Peloponnenſibus communiter in externas peregrinationes itum eſt, & proximè, & quondam iam inde, ex quo Heraclidæ poſt mortem Euryſthei ſunt conati in Peloponneſum redire: quo tempore hanc dignitatem aſſecuti ſumus, ob hãc rem geſtam: Poſteaquam cum Achæis & Ionibus, qui tunc Peloponneſum incolebant, nos auxiliarij in iſthmum profecti conſedimus aduerſus eos, qui redire conabantur, tunc Hyllus orationem habuit, non expedire ut uterque exercitus confligendo periclitaretur: ſed ut alijs quieſcentibus, ſecum ſingulari certamine dimicaret is, quem Peloponnenſes iudicarent è ſuo exercitu præſtantiſſimum. Accepta cõditione Peloponnenſes fœdus in hæc uerba percuſſerunt: Si uincet Hyllus Peloponnenſium ducem, ut Heraclidæ in paterna reuertantur: ſin uictus fuerit, retro Heraclidæ cedant, & exercitum abducant, neſe per annos centum de redeundo in Peloponneſum agitent. Omnibus ſocijs ad eam rem uoluntarijs, electus eſt dux atque idem rex noſter Echenus Eropi filius, Phegeos nepos, qui ſingulari congreſſus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto nos cum alia decora inter Peloponnenſes aſſecuti ſumus, quæ adhuc obtinemus: tum hoc ut alteri cornu præſſemus, quoties communiter itur in expeditionem. Et uobis quidem Lacedæmonij non aduerſamur, ſed optionem cedimus utri cornu præeſſe maluis. Alteri uerò cornu ut præſimus nobis uendicamus, quem admodum fecimus, ad hoc tempus etiam citra hoc factum, quod narrauimus, Athenienſibus digniores, qui hanc dignitatem obtineamus: quippe qui proſperè

Athe. & Tegeatarũ de loci dignitate altercatio.

prosperè & multa uobiscum, uiri Spartiatæ, certamina decertauimus, & multa cum alijs. Quo fit ut æquius sit nos alterũ cornu tenere, q̃ Athenienses, à quibus non tales gestæ res sunt, quales à nobis neq; recẽtes neq; ue tustæ. Hæc Tegeatæ. Ad quæ hunc in modũ respondere Athenienses: Etsi scimus has copias pugnandi cũ Barbaro, non altercandi gratia esse contractas, tamen quoniam Tegeata referre constituit præclara facinora tum uetusta, tum noua, quæ per omne tempus utriq; fecerunt: necesse habemus & nos exponere apud uos, unde nobis patriũ sit, qui semper egregij fuimus, esse primos potius, quàm Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem Istl apud isthmũ se prædicant interfecisse, nos soli excepimus, ejectos prius ab omnibus Græcis, quos illi Mycenæorum seruitutem fugientes adibant: & Eurysthei iniuriam unà cum eisdem pugnando propulsauimus, uictoriaq; potiti sumus de ijs, qui tum Peloponnesum tenebant. Præterea Argiuos, qui aduersus Thebas cum Polynice militauerant, uita defunctos & insepultos, ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos fuisse dicimus, & in nostra terra apud Eleusinẽ humatos. Iam uerò nostrum præclarum facinus extat in Amazonidas: quæ à flumine Thermodonte aliquã do in uostram terram excurrere. Ac ne in heroum quidem laboribus, qui ad Troiam bellauerunt, fuimus in postremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionem. Etenim siue qui tunc egregij fuere, nunc instrenui sunt, siue tunc instrenui, nunc egregij sunt, satis sit de rebus priscis hæc dixisse. Vt nullæ res aliæ à nobis gestæ sint, quæ multæ & præclarissimæ sunt, si ab ullis alijs Græcis, certè ob rem in Marathone à nobis gestam digni sumus, qui hoc decus & alia insuper obtineamus: qui soli Græcorum per uos cum Persa dimicauimus, & rem tantam aggressi uictores euasimus;

Athen. in Marathone uictoria.

uasimus, sex & quadraginta nationib. superatis. Quo solo nomine digni sumus ut hunc loci honorem cõ sequamur. Verùm non decet hac rerum conditione de loci dignitate contendere: ubicunq; & iuxta quoscunq; uobis Lacedæmonij uidebitur, apposititissimum nos stare, illuc euntes obtemperabimus. Vbicunq; loci nos collocati fuerimus, conabimur strenui existere: itaq; educite nos tanquam obtemperaturos. Hæc cum pro sua parte dixissent Athenienses, cunctus Lacedæmoniorum exercitus succlamauit digniores qui cornu tenerent Athenienses, quàm Arcades. Ita Athenienses Tegeatis superiores habuere cornu, mox hunc in modum instructi sunt & qui supetuenere Grecorum, & qui à principio uenerant. Dextrum cornu tenebãt Lacedæmoniorum decem millia, quorum quinq; millia erant Spartiatarum, quos custodiebant leuiter armata triginta quinq; millia seruorum, septenis seruis circa singulos Spartiatas collocatis. Applicauerant sibi Spartiatæ, & honoris & uirtutis ergõ, Tegeatas numero mille & quingentos armatos. Secundum hos stabant Corinthiorum quinq; millia, præter hos inueni ebantur apud Pausaniam stantes trecenti Potidæatæ eorum, qui erant ex Pallene. Iuxta hos stabant Arcadũ Orchomenioru sexcenti: iuxta hos Sicyonum tria millia. Hos sequebantur Epidauriorum octingenti, super hos locati erant Trœzenij mille. Iuxta Trœzenios totidem Lepræatæ. Post hos Mycenæorum, & Tyrinthiorum quagringenti. Secundum hos mille Phliasij: dehinc Hermioneuses trecenti. Iuxta Hermionenses Eretrienſium & Styreorum sexcẽti. Iuxta hos Chalcidenſium quadringenti. Post hos Ampraciatarum quingenti. Post eos Leucadiorum & Anactoriorum octingenti. Hos sequebantur Palleneſium, qui sunt

ex Cephallenia, ducenti. Post hos instructi Aeginetarũ quingenti. Iuxta hos Megarensium tria millia, quos sequebantur Platæensium sexcenti. Vltimi & ijdem primi stabant Athenienses, læuum tenentes cornu, octo millia, duce Aristide Lysimachi filio. Hi omnes, præter eos qui septem circa singulos Spartanos stabãt, fuerunt numero triginta octo millia & septingenti, omnes grauis armaturę aduersus Barbarum contracti: Leuiter uerò armati, triginta quinq; millia, septem circa singulos Spartiatas collocati, unusquisque ad pugnandum instructus. Circa cæteros Lacedæmonios ac Græcus singuli fermè leuiter armati numero triginta quatuor millia quingenti. Summa totius leuis armaturæ, quæ pugnare posset, sexaginta millia quingenti. Totus autem Græcus exercitus qui ad Platæas conuenit pugnæ aptus, tam leuis quàm grauis armaturæ, fuit centũ, octo millia ducenti. Sed numerũ centum decem expleuere Thespienses, qui aderant ad mille & octingentos, qui nec ipsi arma habebant. Et hi quidem Græci ad flumen Asopum castra distributi communierant. Barbari uerò qui cum Mardonio erant, postquam Masistium luxerunt, cognito Græcos apud Platæas esse, & ipsi ad Asopum qui illac fluit, è regione sunt à Mardonio collocati, aduersus Lacedæmonios Persæ, qui numero antecedebant, eorũ acies quæ multæ erant usq; ad Tegeatas opponebantur: ita ut quod robustissimum in exercitu erat, id omne contra Lacedæmonios: quod infirmius, id contra Tegeatas esset. Hæc faciebat Mardonius Thebanorum indicio atque admonitu. Iuxta Persas idem collocauit Medos, ut ex aduerso essent Corinthijs & Potidæatis, & Orchomenijs, & Sicyonijs. Post Medos collocauit Bactrios ex aduerso Epidauriorum & Trœzeniorum & Le-

Græcorũ ad Platæas exercitus summa.

Persæ ad Platæam copiarum ordo.

præatarum

præcaram ac Tyrinthiorum, Mycenæorumq́, & Phliasiorum. Secundum Bactrios collocauit Indos ex aduerso Hermionensium & Erectricorum Styreorumq́ue & Chalcidensium. Post Indos statuit Sacas oppositos Ampraciatis, & Anactorijs, & Leucadijs, & Pallenensibus & Aginetis. Post Sacas posuit, ex aduerso Atheniensium Platæensiumq́ ac Megarensium, Bœotios, & Locros, & Melienses, & Thessalos, & mille Phocensiũ. Non enim Phocenses omnes à partibus Medorum stabant, sed eorum nonnulli cum Græcis sentiebant apud Parnasum deprehensi, & illinc uexabant uastabantq́ Mardonij copias pariter & Græcorum qui cũ illo erant. Contra Athenienses item posuit Macedonas, Thessaliæq́ accolas. Hæ nationes à Mardonio in aciem instructæ erant maximè celebres, maximeq́ insignes, & præcipuè mentione dignæ, nec non cæterarũ quoq́ gentium uiri memoratu digni cum aliarum, tũ Phrygum, Mysorum, Thracum, Pæonum. Quinetiam Aethiopum & Aegyptiorum qui Hermorybies & Calasiries nominantur gladio cincti: qui soli sunt ex Aegyptijs pugnaces, à Mardonio, cum adhuc esset in Phaleto, è nauibus in quibus hi nauigantes erant, in terram traslati. Non enim cum pedestribus copijs, quæ cum Xerxe Athenas ierant, Aegyptij cõsti fuerant. Barbarorum, ut etiam superius ostensum est trecenta millia fuere. Græcorũ uerò Mardonij auxiliatorũ nemo numerũ, (neq́ enim numerari fuerũt unquã) Vt aũt cõiectura colligi licet, ad quinquaginta millia fuisse coniecto. Tot fuere ex aduerso instructi pedites. Equitatus uerò seorsum erat collocatus: ita dispositi nationatim, manipularimq́, utriq́ postero die sacrificauerũt. Apud Græcos haruspex erat Tisamenus, Antiochi filius. Is enim hunc exercitum uates comitabatur, He-

leus quidem & ex genere Iamidarum Clytiades, sed à Lacedæmonijs ciuitate donatus. Nam consulenti uaticinium apud Delphos de prole, respondit Pythia quinq; ipsum maximas palmas è certaminibus reportaturum. Oraculo non intellecto, Tisamenus gymnasijs operam dabat, tanquã gymnicas victorias adeptus. Cumq; se exerceret ad quinque certamina, in unum dum currit Olympia, uenit in contentionem victoriæ cum Hieronymo Andrio. Lacedæmonij interpretantes non ad gymnica certamina spectare Tisameni oraculum, sed ad bellica, conabantur eum mercede conducere, ut unà cum Heraclidis bellorum duces regibus foret. Hic animaduertẽs Spartiatas plurimi facere ipsius amicitiam, abnuebat: quòd negaret se alio precio id facturum, quàm si Spartiatam se ciuem facerent, omnia iura ciuitatis impertientes. Id Spartiatæ cum audissent ab initio ferentes indignè, oraculum missũ omnino fecerunt. Tandem imminente hoc ingenti Persici exercitus metu annuebant, impertireq; homini uolebant. Eos ille immutatos intelligens, negare iã se eo solo esse contentum: sed oportere fratrem suum Hegiam etiam fieri Spartiatam, eadem cõditione, qua & ipse fieret. Hoc dicens inicabatur, ut coniectare licet, Melampodem, regnum pariter & ciuitatem deposcens. Etenim Melampus cum ab Argiuis mercede conductus esset à Pylo, ad compescendum morbum furoris mulierum Argiuarum, deposcebat pro mercede dimidium regni. Recusantibus id Argiuis atq; digressis, cum plures è mulieribus insanirent, ita obtemperantes quod Melampus poposcerat daturi, reuertuntur. Ibi ille cernens hos esse immutatos, plura optauit, negans se indulturum quæ uellent: nisi & fratri suo Bianti tertiam partem regni donassent. Argiui in arctũ redacti,

red,acti,hoc quoq; annuerũt. Ita Spartiatæ Tisameno, quo maiorem in modum egebant, protsus assensorũt: & concessu istorum Tisamenus Heleus, Spartiata esse ctus, quinq; maxima certamina ex oraculo illis obtinuit. Hi duo ex omnibus hominibus soli sunt à Spartiatis ciuitate donati. Quinq; autem certamina hæc fuere. Vnum & id primum hoc, quod pugnatum est ad Platæas. Alterum, quod in Tegea cum Tegeatis atq; Argijs. Tertium, quod in Dipæensibus cum uniuersis Arcadibus, præter Mantineos. Quartum, quod cum Messenijs ad isthmum. Vltimum, quod in Tanagra cũ Athenieasibus & Argiuis. Hoc ultimum consummauit quinq; certamina. Tisamenus igitur Spartiatarum tunc ductor, uaticinatus est Græcis in agro Platæensi. Et apud Græcos quidem pulchrè litatum est, si se defenderent, non si Asopum traugressi pugnam incipe- rent. Mardonio autem incipiendæ pugnæ auido non exitere pulchra exta, nisi & ipse sese defenderet. Nam is quoque Græcis sacrificijs utebatur, haruspicem habens Hegesistratum Heleum, & Telliadeorum præstantissimum. Hunc ante ea tempora Spartiatæ cum cepissent, in uincula coniecerant morte affecturi, ut à quo multa intoleranda perpessi fuissent. Hegesistratus in calamitate positus, ut pro anima solicitus, & qui ante mortem multa ac tristia foret passurus, rem perpetrauit fide maiorem. Nam ut erat ligneis atq; ferratis soleis uinctus, ferramento quodam potitus, confestim excogitauit opus omnium (quæ nos nouimus) animosissimum. Commensus qua ratione reliquum pedis educeretur, præcidit sibi calcem. Hoc acto cum ab excubitoribus obseruaretur, subruto muro profugit Tegeam uersus, noctu iter faciens, interdiu syluis se abdens atque immorans, ut triduo tio Te-

Tisameni certamina

geam peruenerit, Lacedæmonijs eum passim perseru tantibus, admirantibusque magnopere hominis audaciam. cuius dimidiatum pedem iacentem cernebant, ipsum non inuenire possent. Ita Hegesistratus Lacedæmonijs elapsus, in Tegeam, quæ per id tempus non erat pacata Lacedæmonijs, transfugit. Sanato uulnere, & ligneo pede affecto, ex professo Lacedæmonijs, hostis extitit. Sed non ad postremum ei protractum in Lacedæmonios odium profuit. Nam in Zacyntho cum auspicaretur, ab his captus atque interemptus est. Verùm hic Hegesistrati interitus posteriorib⁹ rebus Platæensibus fuit. Tunc autem is à Mardonio non exigua summa conductus, cupide sacrificabat tũ in Lacedæmonios odio, tum lucri gratia. Cum igitur exta non essent pulchra ad pugnam committendam, neque ipsis Persis neque Græcis, qui cum illis erant (habebant enim & Græci suum haruspicem quendam Leucadium Hippomachum) cumq; dilaberentur multi Græci, suasit Mardonio Timogenides Herpyi filius, Thebanus, ut exitus Cithæronis custodiendos curaret, quod diceret assiduè Græcos ad hostem quotidie transire, seq; complures deprehendisse. Iam dies octo abierant positis è regione castris, cum ille Mardonio hoc consilium dedit. Mardonius admoneri se probè intelligens, primis tenebris equitatũ mittit ad ingressus Cithæronis, qui Platæas ferunt: quæ Bœotij tria capita, Athenienses capita quercus appellant. Equites missi non frustra peruenere. Nacti enim ingredientia campum quingenta iumenta, quæ commeatum è Peloponneso ad exercitum subuehebant, diripiunt: & eos qui iumenta sequebantur immisericorditer trucidant, neque iumentis neq; hominibus parcentes. In quibus occidẽdis postquam satis suos grassati,

Hegesistratus interficus

Tria capita.

Capita quercus.

graſſati, cum cæteris quæ eripuerant, ad Mardonium sunt & ad exercitum reuersi. Post hanc rem gestã biduum assumptum est, neutris pugnam lacessere uolẽtibus. Nam etsi Asopo tenus Barbari processerant irritandi Græcos gratia, neutri tamen sibi transeundum statuebant. Equitatus modo Mardonij progrediebatur, & Græcos molestia afficiebat: quia Thebani inamorem Medorum uehementer propensi, ferebant alacriter bellum, & assiduè prouchebantur usq; ad prælium. Deinde excipientes Persæ pariter ac Medi, præcipuè præclara facinora edebant. His amplius ad decem usque dies nihil est actum. Vbi undecimus dies illuxit cum & Græci multo plures efficerentur ad Platæas castris è regione positis, & Mardonius stationem grauaretur, ibi uenere in colloquium Mardonius Gobryis & Artabazus Pharnacis filius, uir apud Xerxem inter pauços Persarum uirtutis expertæ. Quorum consultantum hæ fuere sententiæ: Artabazi quidem expedions esse contractis quamprimum copijs ire ad mœnia Thebana, quò multum rei frumentariæ ipsis, multumq; pabuli iumentis comparatent, atque ibi consident per ocium rem conficerent, uidelicet cum multum auri tum signati, tum non signati haberent, multum etiam argenti ac poculorum, ne parcerent illis, sed ea ad Græcos mitterent, eos præcipuè qui ciuitatibus præsiderent. Fore enim ut illi suam tradere nt libertatem, ucq; oportere pugnandi adhuc discrimen. Eadem Thebanorum quæ illis sententia erat, ne quam aliquid ultra hoc prospicientis. Mardonij autẽ sententia ferocior pertinaciorq;, & nullo modo cedens: quippe opinantis meliorem suum esse, quàm Græcorum exercitum: satius primo quoque tempore confligere, quàm committere ut plures, quàm

Artabazi & Mardonij de inesto prælio sententiæ.

coacti erãt Græci, cogerẽtur. Hegesistrati verò auspicia palere sinere, nec eis uim afferre: sed Persarũ more seruato debere confligere. Mardonio ita opus facto esse cẽsenti nemo contradicebat. Qui ubi sententia superuicit, accitis cohortium præfectis, & qui secum erant ducibus Græcorum (penes eum nanq; erat summa imperij, non penes Artabazum) percontabatur, num quod oraculum scirent de Persis tanquã perituris in Græcia. Silentibus euocatis, partim quòd ignorarent oracula, partim quod haud tutum putarent proferre quod scirent, inquit ipse Mardonius: Quoniam uos aut nihil nostis, aut promere non auderis, ego rem proferam, ut bene cognitam habens: Est oraculum Persis fatale esse, ut in Græciam profecti diripiant templum, quod Delphis est, utque direpto templo omnes intereant. Quocirca cum hoc sciamus, neque diripere conabimur, neque adibimus templum, itaq; interitum deuitabimus. Quo nomine quicunq; uestrũm bene Persis uolunt, uoluptatem capiant, tanquam Persis Græcos superaturis. Hæc locutus secundo loco signum dedit ut omnia appararent, & corpora curarent, uelut sublucis exortum prælio futuro. Oraculũ autem quod ad Persas aiebat spectare Mardonius, id ego scio non Persis redditũ esse, sed Illyrijs & Encheleorum copijs. Quod autem de hoc prælio redditum est à Bacide, id uerò hoc fuit:

Gramineis ripis Asopi ac Thermodontis,
Barbaricę Graijs acies clamore coibunt.
Hic multi occumbent defuncti munere uitæ,
Quando sagittifcris aderit lux ultima Medis.

Hæc ego atq; alia his similia è Musæo noui ad Persas spectauisse. Fluuius autem Thermodon Tanagran ac Glisantem interfluit. In sequenti noste, quàm Mardonius

pius de oraculis interrogauit, exhortatusq; suos est, ex cubitores dispositi fuere. Eius noctis cum multum processisset, conticiniumq; in exercitu esset, & tempus concubium, tunc Alexander Amyntæ filius, dux & idem rex Macedonum, ad excubias Athenienſium adequitauit, petiitque ut cum ducibus colloqueretur. Id audientes excubitores pleriq; remanserunt; nonnulli ad duces concurrerunt: quibus aditis, inquiunt quendam equo aduectum esse è castris Medorum: qui nihil aliud proloqueretur, nisi nominatim appellans Athenienſium duces uelle se in colloquium illorum uenire. Duces hoc audito, confestim ad locum excubiarum secuti sunt. Quos Alexander ubi uenere, his uerbis allocutus est: Viri Athenienses, hæc ego uobis uerba depositio trado, ne cui efferatis nisi Pausaniæ: ne ob id me peremptum cæsis. Quod haudquaquam dicerem, nisi cum uniuersa Græcia solicitus essem: quippe qui uetusta origine Græcus sum, nec uellem uidere Græciam pro libera seruientem. Itaq; uos certiores facio, Mardonium atq; exercitum litare non posse, alioqui olim iam confligturum. Is nunc sacrificia ualere fingere constituit: & ubi primum illuxerit uobiscum confligere, extimescens admodum (quantum ego conijcio) ne plures ad copias uestras accedant. Ad hæc parati estote. Quod si differet Mardonius, nec committet certamen, uos perseuerate hic manere: paucos enim dies eis suppeditat commeatus. Sin hoc bellum uobis ex sententia finietur, debebit aliquis uestrûm reminiſci mei meæq; libertatis: qui Græcorum causa, rem adeò temerariam, libenter tamen feci, ut ad uos consilium Mardonij deferrem: ne Barbari eum improuiso uos adorirentur. Ego autem sum Alexander Macedo. Hæc locutus Alexander, ad exercitum

Alexãder ad Athenienses.

se recepit, ad suamque stationem. Duces Athenienſiũ ad cornu dextrum profecti, quæ ab Alexandro audierant, Pausaniæ retulere. Hac ratione Pausanias in metum Persarum adductus: Quoniam, inquit, sub auroram prælium fiet, expedit uos Athenienses stare in acie aduersus Persas uobis cognitos, ut qui cum Medis in Marathone pugnastis: nos uerò qui eorum sumus inexperti atque ignari (nemo enim Spartiata Medorum periculum fecit) contra uobis oppositos Bœotios & Thessalos: quorum sumus experti, horum Græcorum gratia. Itaque opus est sumptis armis uos in hoc dextrum, nos in sinistrum cornu transire. Ad hæc ita respondere Athenienses: Nobis quoque olim iam inde ab initio posteaquam aspeximus Persas aduersus nos esse instructos, fuit in animo istud dicere, quod uos dicere occupastis: sed uerebamur ne non grata esset uobis oratio. Nunc quandoquidem ipsi fecistis huius rei mentionem & nobis iucunda oratio est, parati sumus istud exequi. Vbi hoc utrisque complacitum est, & loca permutauerunt, sub auroram rem aduertentes Bœotij ad Mardonium detulerunt. Ea audita Mardonius extemplò & ipse conatus est Persas contra Lacedæmonios transferre. Pausanias hoc fieri intelligens, nec latêre factum suum, rursus in dextrum cornu Spartiatas reducit. At ubi Mardonius & ipse suos in sinistrum duxit: & acies pristino in loco stetere, misso caduceatore ad Spartiatas, Mardonius, ita inquit: Lacedæmonij, uos uerò fama ferit omnium (qui istic sunt) esse præstantissimos: qui neque è bello fugiatis, neque ordines deseratis: perstantes aut interficiatis hostes, aut ipsi occumbatis. Horum nihil admodum ueri est. Quippe antequam manus conserantur, uos cernimus fugientes,

Pausaniæ exercitus ordo.

Mardonij in Laced. obiurgatio.

gientes, aciemque deserentes: & relegato Atheniensibus periculo, consistentem ex aduerso nostrorum seruorum: quod neutiquam est factum præstantium uirorum. Ex quo plurimum de nobis nos fefellit opinio quos expectabamus ex nominis gloria missuros uestra sponte caduceatorem nos prouocatum, quòd cum solis Persis, tanquam huic rei sufficientes pugnare uelletis. At nihil tale inuenimus quale ferebatur: sed potius esse uos metu perterritos. Nunc igitur quoniam ipsi non occupastis hoc dicere, occupamus. Vt quando quidem uos inter Græcos præstantissimi esse existimamini, & nos inter Barbaros, dimicemus totidem utrique numero. Etsi uideatur ut cæteri quoque itidem, & illi postmodum pugnent. Sin hoc non uideatur, sed satis esse nos solos decernere, nos soli decernamus, & utri è nobis uicerint, ij totum exercitum uicisse censeantur. Hæc fatus caduceator, cũ aliquandiu expectassent, nemine quippiam respondente, retro abijt, & rem Mardonio retulit. Ille maiorem in modum lætatus & frigida uictoria elatus, equitatum in Græcos immisit. Equites in Græcos inuecti omnem illorum exercitum perturbabant, iaculis sagittisque incessentes. Qui cum essent equites sagittarij, cominus pugnare insueri, fontem Gargaphium, unde cunctus Græcorum aquabatur exercitus, cõ foderunt obstruxerunt que. Eum iuxta fontem soli Lacedæmonij stationẽ habebant: cæteri Græci utquique stationes habebant, procul illinc aberant. Erat quidem Asopus in propinquo: sed aquari ex eo ab equitib. missilibusq; prohibiti, ita ad fontem itabant. Hunc in modum aqua exercitus exutus cum esset, & ab equitatu perturbaretur, duces Græcorum tum his, cum alijs de causis frequentes ad Pausaniã in dextrũ cornu

Gargaphium fons.

cornu ueniunt. Qui etsi tales essent rerum status, tamen ob id præcipuè angebantur, quòd iam re frumentaria deficiebantur, cum ipsorum serui in Peloponnesum missi frumentatum, intercluderẽtur ab equitatu, quo minus ad castra reuerterentur. De hoc deliberantibus ducibus uisum est, si Persæ eo die supersederent committere prælium, esse eundum in insulam, quæ ab Asopo & à fonte Gargaphio, ubi castra habebant, decem stadijs abest, ante oppidum Platæense sita in continente, huncin modum: Fluuius superne è Cithærone delabens in campum diuortia facit: rursusque intercapedine trium fermè stadiorum sua fluenta commiscet. Huic insulæ nomen est Oeroe: quam Asopi filiam esse indigenæ aiunt. In hunc locũ Græci transire decreuerant, ut & affatim aquæ ad usum haberent, neque ab equitatu sicuti cum ex aduerso erant, infestarentur. Et decreuerunt transire nocte secunda uigilia, ne ipsos proficiscentes conspicatis Persis, insequente equitatu, in tumultum uenirent. Quin etiam cum ad eum locum uentum esset, ubi Asopi filia Oeroe diuortio aquarum è Cithærone cingitur, mitterent sub noctem dimidium copiarum in Cithæronem ad recipienda seruitia, quæ frumentatum conceſſerant. Erant enim illa in Cithærone intercluſa. Hæc ubi statuerunt, totum illum diem incessente equitatu immensum laborem pertulerunt. Sub extrum diei digressis equitibus ea noctis hora, qua de abeundo conuenerat, plerique sumptis uasculis abscesserunt, non habentes in animo, quem ad locum ut irent, conuenerant. Nonnulli ut moueri cœptum est, iter Platæensem ad urbem intendunt, cupidi equitatum effugere, in templumq; Iunonis fugiendo perueniunt, quod situm est ante urbem, à fonte Gargaphio

Oeroe Insula.

Iunonis templum.

Gargaphio virginthi ſtadijs diſtans. Quò vbi peruenere, poſitis pro templo armis, circa templum ipſum caſtra poſuere. Hos Pauſanias cernens ab exercitu digreſſos, præcipit & ipſe Lacedæmonijs, vt ſumptis armis irent quà cæteri præcederent, ratus illos tendere ad locum conſtitutum. Ibi ad obtemperandum Pauſaniæ cæteri præfecti parati cum eſſent, Amompharetus Poliadæ tribunus cohortis Pitanetarum negare ſe fugitu rum peregrinos, nec vltro dedecoraturum eſſe Spartã: quinetiam mirari id quod fieri cerneret, quippe qui colloquio ſuperiori interfuiſſet. Pauſanias autem & Euryanax cum indignè ferentes non parere ſibi illum, tum indignios cohortem Pitanetam relictum iri tribuno repugnante, quod erat futurum ſi ipſi eos miſſos facerent, gratia exequendi ea, quæ cum alijs Græcis conſtituiſſent: hoc reputantes ſubſtiterunt cum Laconicis copijs, conabanturq; perſuadere homini non id facto opus eſſe: & alij quidem hortabantur ſolum Amompharetum à Lacedæmonijs ac Tegeatis relinqui. Athenienſes autem hoc ſibi faciẽdum putarunt, vt vbi collocati erant, ibi perſiſterent, intelligentes Lacedæmoniorum ingenia aliud ſentientium, aliud dicentium. Itaque vbi exercitus mouere cœpit, equitem à ſuis miſerunt ſpeculatum, nunquid Spartiatæ tenta rent abire, & abire prorſus in animo haberent, ſciſcitumq; à Pauſania quidnam facere oporteret. Præco vbi peruenit ad Lacedæmonios, cernit in loco inſtructos, corumq; primores tendere ad rixas. Horrantibus enim Amompharetum Euryanacte & Pauſania, ne Lacedæmonios qui ſoli remanebant, in periculum traheret: nec dum perſuadentibus, donec ventum eſt ad iurgia, interuenit præco Athenienſis, Amompharcto inter altercandum ſumente ambabus manibus ſaxũ, &

& illud ante pedes Pausaniæ ponente ac dicente, se illo calculo sententiæ suę calculum dare, non fugiẽdos esse peregrinos, appellans Barbaros. Eum Pausanias in fanum nec potentẽ mentis uocans, ad præconem Atheniensium, quæ iussus erat percontantem rẽspondit, ut illis referret præsentem rerum suarum statum, obsecrans eos ad sese uenirent, & de discessu eadem quæ ipsi agerent. Præcone ad Athenienses reuerso, hos inter se altercantes aurora deprehendit. Ad id tempus Pausanias moratus, dato signo cæteros omnes Lacedæmonios Tegeatis sequentibus per edita abduxit, ratus Amompharetum non desiturum alios, prout & contigit. Horum itinere rursus instructa acie Athenienses iere: & quia Lacedæmonij prærupta occupauerant, & Cithæronis radices, metu equitatus ipsi deorsum ad campum deflexere. Amompharetus non credens ausurum ipsos relinquere Pausaniam, circuire eos qui manebant, ne desererent ordinem. At ubi ij qui cum Pausania erant iam abibant, tunc ratus è disciplina militari se deseri, sumptis armis cohortem suam lento gradu ducere ad agmen, quod decem circiter stadia progressum ad amnem Melnẽtem, in loco qui dicitur Argiopius, ubi situm est templum Cereris Eleusinę, substiterat: opperiens Amompharetı cohortem, eo consilio ut si Amompharetus cũ sua cohorte nõ discederet loco, in quo instructa erat, sed in eo persisteret, retro ad hominem suppetias iret. Itaque & Amompharetus cum suis ad cæteros peruenit, & omnis Barbarorum equitatus ingruebat, agens pro sua consuetudine. Nam cum inspexissent locum, ubi superioribus diebus habuerant Græci castra, uacuum, admissis equis assiduè insequi pergens, illos assequutus urgebat. Mardonius quoque cognito hostium nocturno

abitu,

abitu, inſpectoq; loco deſerto, accitis Thorace Lariſſæo & fratribus eius Eurypylo & Thraſydio, inquit: Filij Aleuei, quidnam dicetis adhuc, cum hęc deſerta cernatis à Lacedæmonijs, quos negabatis uos finitimi ex acie fugere, ſed uiros ſummos eſſe in re bellica, qui & primi, ut omnes uidimus, locum in acie immutauerunt, & nunc proxima nocte ſe fuga proripuerunt? Proripuerũt aũt, quia neceſſe eis erat cũ his prælio decernere, qui nõ falsò ſunt hominũ præſtantiſſimi: quo facto nullius eſſe ſe precij inter Græcos & ipſos nullius precij uiros, oſtenderunt. Cæterũ uobis Perſarum inexpertis, sanè quàm ignoſcebam laudantibus iſtos uobis experros. Artabazum autem uehementius admirabar formidare Lacedæmonios, & præ formidine ſententiam dicere ignauiſſimam, expedire ex his caſtris nos in urbem Thebanorum concedere obſidendos. Quam ſententiam rex antea aliunde quàm ex me audiet. Sed de hoc aliàs dicetur. Nunc autem iſtis ita facientibus non eſt remittendum, ſed inſtandum, donec intercepti nobis dent pœnas eorum, quæ in Perſas perpetrarunt. Hæc locutus, Perſas Aſopo tranſmiſſo curſim ducit contra Græcorum agmen tanquam fugam capeſſentium, Lacedęmoniosque ſolos ac Tegeatas animaduertebat. Nam Athenienſes tranſuerſis tramitibus ſubter prærupta in planum digreſſos non cernebat. Cęteri Barbarorum agminum præfecti Perſas mouentes ad Græcos inſequendos conſpicati, & ipſi ſignis cuncti inſequuntur, pro ſe quiſque maturantes incompoſitè & nullo ordine uiam ingreſſi. Et illi quidem uociferatione ac tumultu inſiliabant Græcis, tanquam excepturi. Pauſanias autem, ubi equitatu premi cœpit, equitem ad Athenienſes mittit, qui hęc diceret: Viri Athenienſes,

Thorax Lariſſæus.

Barbarorũ uociferatio.

nienſes, propoſita dimicatione maxima, ut aut libera Græcia ſit, aut ſeruituti obnoxia, proditi ſumus à ſocijs noctu elapſis, & nos Lacedæmonij & nos Athenienſes. Quod reliquum eſt, ita nobis uidetur eſſe faciẽdum, ut quàm ſtrenuiſſimè poſſumus noſmetipſos defenſantes, mutuo ſimus auxilio. Si in uos priores impetum dediſſet equitatus, è noſtra dignitate erat & Tegeatarum qui nobiſcum Græciam non prodiderũt, ſubſidio uobis uenire. Nunc, quòniam totus in nos equitatus contẽdit, debetis uos ad partem maximè laborantem ſuppetias ferre. Quod ſi uobis aliquo diſcrimine occupatis, fas non eſt ſubſidio uenire, ſaltem hoc gratificamini nobis, ut ſagittarios mittatis, qui uos agnoſcimus longè omniũ (qui in hoc bellò ſunt) prõptiſſimos eſſe ad nos exaudiẽdos. Hæc ubi audiere Athenienſes, cum mouerẽt ad ferendam ſtrenuè opẽ, & iam aduentarent, ibi in eos ij Græci qui partes regias ſequebantur, ex aduerſo inſtructi inuadunt. Quo factum eſt, ut Athenienſes ijs urgentibus auxilium ferre non poſſent, ægrè admodum id ferentes. Ita deſtituti Lacedæmonij, numero cum leui armatura quinquaginta millia, & Tegeatæ numero tria millia (hi enim nuſquam ab Lacedæmonijs dirimebantur) ſacrificáuerunt tanquam conflicturi cum Mardonio præſentibuſq; copijs: & cum litare non potuiſſent, multi eorum interea cadebant, multo plures uulnerabantur.

Gerris Perſica. Confertis enim gerris Perſæ ingentem uim ſagittarũ emiſerunt, adeò inſtanter, ut laborantibus Spartiatis, & quia litare non poterant, reſpiciens ad templum Iunonis Platæenſium Pauſanias, imploraueritq; deam, obſecraueritq; ne ſpes ſua ipſos omnino fruſtraretur. Adhuc eo deam his uerbis inuocante, Tegeatæ prius exurgentes in Barbaros tenduntſtatimq; poſt Pauſa-

nias

hiæ preces sacrificantibus Lacedęmonijs exta pulchra extitere, qui aliquanto pòst & ipsi in Persas cũt. Persę omissis arcubus ex aduerso stetere. Ad quorũ gerra, primum pugna atrox commissa est iuxta ipsum Cereris templum, eaq; pertinax, donec ad propulsionem uentum est. Siquidem Barbari prehensantes lanceas confringebant, nec audacia nec robore inferiores: sed inermes erant & imperiti, nec hostibus prudẽtia pares: qui etsi deni pluresúe aut pauciores in singulos irruebant, tamen quia confusi incidebant, à Spartiatis conficiebantur. Mardonius qua parte ipse ex equo albo ciebat pugnam, mille delectis Persarum præstãtissimis stipatus, ea maximè parte hostem urgebat, qui quandiu superfuit, tamdiu Persæ resistentes seseq; defensantes, strauere multos Lacedæmoniorum. Postea uerò quàm Mardonius & agmen, quod circa illum robustissimum erat, occubuit, tum demũ alij quoq; terga uertentes cessere Lacedęmonijs. plurimũ enim eis officiebat uestis, armis uacans. Inermes enim cum armatis prœlium faciebant. Ibi & ultio necis Leonidę de Mardonio peracta est, secundum oraculum Spartiatis reddituum: & uictoria omnium (quas unquam nouimus) speciosissima potitus est Pausanias, Cleombroti filius, Anaxandridę nepos. Horum superiora maiorum nomina in Leonida recensui, qui & Pausaniæ maiores fuere. Oppetijt autem Mardonius ab Aimnesto, uiro inter Spartiatas eximio: qui aliquandiu post bellum Medicum trecentos uiros secũ habens, apud Stenyclerum cum omnibus Messenijs quibus cum erat bellum, conflixit, ubi ipse & trecẽti occubuere. Ad Platęas autem Persę postquam à Lacedęmonijs in fugam uersi sunt, nullo odine ad

Pausaniæ uictoria. Mardonij cædes.

castra sua contenderant, & ad murum ligneum, quę fecerant in parte quadam agri Thebani. Tenet me admiratio cum iuxta lucum Cereris dimicaretur, ne unum quidem Persarum uisum esse intrasse fanum, neque circa templum occubuisse, sed plerosq; in profano: opinor (si quid de rebus diuinis opinari oportet) deam ipsam eos non recepisse, quia templum quod est in Eleusine, Anactorium conflagrauerant. Hactenus pugna hæc gesta est. Artabazus Pharnacis filius, cui iam inde ab initio displicuerat Mardonium relinqui ab rege in Græcia, quiq; multis uerbis pugnam dissuadens nihil profecerat, hoc sibi agendum putauit: Is quod sibi non placerent, quæ à Mardonio fiebant, eos quibus præerat (præerat autem non paruis copijs) ad quadraginta millia hominum ducebat instructos, dum prælium fiebat, quid futurũ è prælio esset probè intelligens, iusserat q; omnes ire coactos quacunq; ipse duceret, & qua uiderent ipsum festinantẽ. Sic iussas tanq̃ ad pugnam copias ducens, cernit Persas fugientes. Ita nõ seruato amplius eodem ducendi ordine, sed repentè effuso cursu fugæ se dedit, non ligneum murum uersus, aut Thebana mœnia, sed ad Phocenses, animo celerrimè perueniendi ad Hellespontum. Et ij quidem horsum iter intenderunt. Cæteris autem Græcis qui stabant à regis partibus, ignauiter de industria agentibus, Bœotii tamen perdiu cum Atheniensibus decertauerunt. Nam ex Thebanis (qui cum Medis sentiebant) hi non parum strenuos se præstiterunt, qui nolentes ultro ignauiter agere iam dimicarunt, ut trecenti primores eorum ac fortissimus quisque illic sub Atheniensibus occubuerint. Vbi & illi terga dederunt, non quòd Persę & alia multitudo,

Murus ligneus Persarum.

Atheniẽsiũ uictoria.

titudo, quæ aut cum nemine pugnauerat, aut non expectauerat, sed Thebas uersus fugerunt. Omnem rem pependisse à Persis, quanquam & ipsorum quidam antè quàm cum hoste congrederentur, fugæ se mandauerunt, apud me fidem facit, quod ad Persas intuebantur: atq; ita cuncti illis uictis fugam capesserunt, præter equitatum tum alium, tum Bœotiorum: qui hactenus profuit fugientibus, ut assiduè adhæreus hosti, arceret eum ab amicis quos Græci insequebantur. Insequebantur enim Græci uictores, urgendo Xerxianos atque interficiendo. Inter hunc tumultum nunciatur Græcis, qui circa templum Iunonis instructi à prælio aberant, geri prælium & Pausanianos uincere. Ea re audita, Corinthij, Megarēses, & Phliasij nullo ordine eunt. Corinthij rectà per colles, qua itur ad Cereris templum: alij per campum, quæ planissima uiarum est. Quos iam hosti propinquos nullo ordine irruere conspicati Thebani equites, quorum præfectus erat Asopodorus Timandri, equos in illos incitauerunt, cosq; adorti sexcentos straucrunt. Cæteros ad Citharonem usque persecuti, terga ceciderunt. Et si quidē Megarenses atque Phliasii nulla cum laude pericerunt. At Persæ cæteraq; multitudo postquam ad ligneum murum effugerunt, turres antequam Lacedæmonii aduenirent, ascendere occupant. Illis conscensis, quàm commodissimè possunt murum præstruunt. Ex quo subeuntibus mox Lacedæmoniis, acrior extitit muri oppugnatio. Nam quoad Athenienses abfuere, non modò sese Barbari defensabāt, sed etiam Lacedæmoniis antecellebant, utpote ignaris murorum oppugnandorum. Vt uerò Athenienses supernenere, tū atrox muri oppugnatio oppugna

Muri Persarum expugnatio.

tioq; extitit: eaq; permagno temporis ſpacio, tandē uirtute & pertinacia Athenienſes murum tranſcenderunt, ſubruerunteq;, atque ea parte ſe Græci infuderunt, quorum Tegeatæ introiere principes: ijdem tentorium Mardonij diripuerunt, & ex eo cùm alia, tum uerò equorum præſepe Mardonij ex ære totum ſpectatu dignum, quod præſepe Mardonij, Tegeatæ in templo Aleæ Mineruæ repoſuerunt. Nam cætera quæ cepere, in unum cum cæterorum Græcorum præda contulerunt. Proruto muro, Barbari non amplius cateruam cogere, nemo ſtrenuitatis memor eſſe, uidelicet oppreſſi intra exiguum tempus, & tot hominum millibus interceptis exterriti. Quos tanto ſtudio Græci trucidabant, ut ex trecentis millibus, exceptis quadraginta millibus, cū quibus Artabazus aufugit, ne tria quidem millia hominum cædi ſuperfuerint. E Lacedæmonijs qui Spartani eſſent, unus & triginta ſunt omnino deſiderati. Tegeatarum ſedecim, Athenienſium duo & quinquaginta. Inter Barbaros ſtrenuiſſimi extiterūt è peditibus quidem Perſæ, ex equitibus autem Sacæ, è uiris uerò Mardonius. Inter Græcos cùm Tegeatæ Athenienſesq; multum eminuerunt, tum multo plus Lacedæmonii. Quod nulla alia re poſſum oſtendere, niſi quod omnes ij, eos qui ſibi oblati ſunt uicerunt. Lacedæmonij uerò (quod robuſtiſſimum fuit) hoſtiles exercitus ſuperauerunt. Quorum longè præſtantiſſimus extitit mea ſententia Ariſtodemus, is qui ſolus trecentorum ex Thermopylis quod euaſiſſet, dedecus ignominiamq; acceperat. Secundum hunc nauauere operam Poſidonius, & Philocyon, & Amompharetus Spartiata. Quanquam cum ſermo haberetur, quiſnam præſtantiſſimus extitiſſet,

In tradenda hac Barbarorū cæde, diſſentiunt non nihil auctores.

extitiſſet, ij Spartiatę qui adfuere, cenſuerunt Ariſto demum, cui præclara facinora edidiſſet, tamen ad eluendam eam quam contraxerat inuidiam, ordinẽ deſeruiſſe, & propalam mori noluiſſe: Poſidonium uerò qui perire noluiſſet, ob id extitiſſe tanto præſta biliorem uirum. Verùm id fortaſſe liuore dixerunt. Qui hac in pugna mortem oppetiere, omnes honore affecti ſunt, præter Ariſtodemum: qui ideo caruit honore, quod ob cauſam prędictam ſibi occumbendum putauit. Hi ſunt qui ad Platęas nobiliſſimi extitere. Nam Callicrates extra prælium occubuit: quo nemo tunc in caſtra Græcorum pręſtantior uenerat, non modò Lacedęmoniorum, ſed etiam aliorum Gręcorum. Hic, cum Pauſanias ſacrificaſſet, ſedens in ordine, ſagitta per latera ictus eſt: & cum alijs pugnantibus ipſe exportaretur, ſeſe morientem miſerabatur, ad Aimneſtum uirum Platęenſem inquiens, non ſibi dolere quod pro Gręcia periret, ſed quod nihil manu uſus eſſet, nullamque operam nauaſſet dignam ſe & ſua cupiditate pugnandi. Ex Athenienſibus eminuiſſe fertur Sophanes Eutychidis filius, è tribu Decelenſi. Decelenſes autem tem aliquando geſſerunt, ut ipſi Athenienſes aiunt, in omne ęuum fructuoſam. Siquidem cum olim ad inueſtigandam Helenam Tyndaridę cum magnis copijs oram Atticam inuaſiſſent, & populos è ſedibus ſuis ejecerent, ignari quonam loci ſubdola Helena eſſet, tunc Decelenſes feruntur, & ut quidam uolunt, ipſe Decelus tum dolore contumeliæ, quæ Theſeo fieret, tum more totius Athenienſium ſoli, ne uaſtaretur, expoſuiſſe illis omnem rem geſtam: eoq; deduxiſſe ad Aphidnas, quas Tiracus indigena Tyndaridis proderet. Quo exfacto Decelẽ-

sibus permansit ad hanc usq; memoriam in Sparta immunitas uectigalium, & dignitas præsidẽdi: adeò quidem, ut bello quod multis postea annis inter Athenienses atque Peloponnenses gestum est, Lacedæmonij cum cæteram Atticam popularentur, à Decelia temperauerint. Ex hoc populo ortus Sophanes, & præclarissimè inter Athenienses nauata opera, ancipiti sermone celebratur. Vno fertur gestasse ferreã ancoram è balteo thoracis catena alligatam: quam quoties aduentantibus hostibus propinquus erat, obijciebat: ne illi irruentes ipsum ex ordine summouere possent. Rursus eisdem in fugam reuertentibus, resumpta ancora ita fugientes insequebatur. Altero sermone à superiori differente fertur gestasse ancoram non ferream ex balteo alligatam, sed insignitam in scuto, quod nunquam acquiescens assiduè rotabatur. Extat & alterum Sophanis præclarum facinus, quod obsidentibus Aeginam Athenicensibus, Eurybiadem uirum Argiuum quinque certaminum uictorem ex prouocatione interemit. Sed aliquanto post hoc bellum, in quo uir egregius extitit, dum Athenienſium unà cum Legro Glauconis dux esset, & de metallis aureis decertaret, contigit ut ab Hedonibus apud Daton occumbuerit. Post Barbarorum stragem ad Platæas editam, transfugit illuc ad Græcos mulier quædam, quæ erat pallaca Pharandatis filij Theaspis Persæ. Hæc cũ accepisset Persas fusos esse, Græcos uictores, tum multo auro ornata inter ancillas & ipsas ornatas cum ueste speciosissima carpento aduenit: ex eoq; descendens, pergit ad Lacedæmonios adhuc in cæde occupatos: & intuita Pausaniam illa omnia administrantem, agnouit hominem: cuius & nomen iampri-

Sophanis fortitudo.

iampridem & patriam didicerat. Eius genua amplectens, Spartæ rex, inquit, libera me supplicem captiuitatis: seruitute, quam etiam hoc facto demeritus es, quod istos extinxisti, neque dæmonum neque deorum respectum habentes. Equidem genere sum Coa, Hagetoridæ Antagoræ filia: ui raptã ex Co Persa quidam habuit. Huic respondens Pausanias: Bono, inquit, animo esto, tum quia supplex, tum quia loqueris uera. Nam filiæs Hagetoridæ Coi, mihi inter omnes (qui illa circa loca incolunt) hospitis summi. Hæc locutus, eam in præsentia Ephoris qui aderant, commendauit. Postmodum in Aeginam, quò illa uoluit, ducendam curauit. Post huius mulieris digressum continuo Mantinei superuenerunt re iam confecta, qui se animaduertentes uenisse sero ad pugnam, magnæ iacturæ loco id sibi esse putauerunt, sed idoneos se esse ad sumendas de se pœnas dixere. Itaque cogito Medos qui cum Artabazo erant, fugæ se mandasse, eos in Thessaliam usque persecuti sunt, etsi uetantibus Lacedæmonijs insequi fugientes. Iidem postea domum reuersi, duces suos exilio mulctauerunt. Post Mantineos aduenere Helei, qui itidem ut Mantinei magno id sibi detrimento existimantes, domum regressi sunt, suosq; & ipsi duces exilio mulctauerunt. Hactenus de Mantineis & Heleis. Erat ad Platæas in exercitu Aeginetarum è primoribus Lampon Pythei filius: qui Pausaniam aggressus, infandissima usus est oratione, inquiens: Fili Cleombroti, rem tu mirificam & magnitudine & fulgore gessisti, cui dij tribuerunt, ut liberata Græcia omnes quos nouimus, Græcos gloria superaueris. Quod superest in hac re agas ita, ut & tu maiore

Lampons eõsilium.

fama celebreris, & aliquis Barbarorum posthac ea-
dem nefanda facinora perpetrare in Græcos. Etenim
Leonidæ apud Thermopylas interempti reciso capi-
te, Mardonius ac Xerxes truncum in crucem sustu-
lerunt. Quibus si uicem reddes, laudem nanciscere
primum ab omnibus Spartiatis, secundo loco ab u-
niuersis Græcis. Siquidem suffixo Mardonio, Leo-
nidam patruum tuum fueris ultus. Hæc Lampon
gratiâ se initurum ratus apud Pausaniam dicebat.
Cui respondens Pausanias: Tuam, inquit, hospes
Aegineta benevolentiam atque providentiam am-
plector, tamen ab æquitate iudicandi deerras. Nam
& me & patriam quos in altum extulisti, ob hæc ge-
sta ad nihilum redigis, cum suades mihi sæuire in
mortuum, aisq; me auditurum melius, si istud fece-
ro, quod Barbaros decet potius facere quàm Græ-
cos, quodq; illis exprobramus. Quare ego neque Ae
gineta, neque ijs quibus ista probantur assentior:
contentusq; sum Spartiatis placere ut piè agam, pie
que dicam. Leonidæ verò, cui me iubes parentare,
affirmo & ipsi & cæteris qui apud Thermopylas oc-
cubuerunt, magnificè esse parentatum innumera-
bilibus horum muneribus. Tu verò posthac ad istud
consulendum ne me adieris, quod tibi impunè esse,
loco beneficij ponas. Hoc cũ ille audisset, abijt. Pau
sanias edicto proposito, ne quis de præda quid tange
ret, iussit seruos omnem comportare pecuniam. Il-
li per castra dispersi inueniunt tentoria auro & ar-
gento referta, lectosq; auro & argento constratos: cra
teras etiã aureos, phialasq;, & alia uasa potoria, necnõ
saccos super plaustra interlucentib. intus inclusis ex
auro & argento lebetibus. Quinetiam è cæsorum ca
daueribus exuebant armillas, & torques & acinaces
aureos,

Pausaniæ responsum ad Lampo nem.

Prædа Græcorũ è Persarum clade.

pureos. Nam uarij generis ueſtimenta nullius momenti habebantur. Earum rerum multũ furto ſubtrahentes ſerui Aeginetis uenundabant, multũ q̃ occultare non poterant, repreſentabant. Vnde principium extitit ingentium diuitiarũ Aeginetis, utpote aurum à ſeruis pro ære mercantibus: ac collata pecunia decimam ſelegerunt, ex qua tum deo qui Delphis eſt, tripes aureus ibi repoſitus eſt, inſiſtẽs ſuper tricipiti ex ære colubro, proxime aram, tum deo qui eſt in Olympia Iupiter æreus decem cubitorum, tũ deo qui eſt apud iſthmum Neptunus æreus ſeptem cubitorum. Hac parte ſelecta, cæteras inter ſe diſtribuerunt, pro ſuo quiſq; merito accipientes. Item ꝑ pallacas Perſarum, & aurum, & argentum, & reliquã pecuniam cum iumentis. Quæ aũt peculiariter data ſunt, qui optimam operam nauauerunt ad Platæas, refertur à nemine, data tamen fuiſſe arbitror. Certè Pauſaniæ ſunt ex omnibus dena & ea delecta dono data, ex mulieribus, equis, talentis, camelis, & item ex cæteris rebus. Feruntur autem hæc quoq; acta eſſe, & Xerxem dum è Græcia fugit, omnem apparatum ſuum ex auro argentoq; & peripetaſmatis Mardonio reliquiſſe, & Pauſaniam dum eum apparatum uidit, iuſſiſſe piſtores & coquos cœnam ſibi quaſi Mardonio inſtruere. Quod cum illi feciſſent, tum Pauſaniã lectos intuentem aureos, argenteoſq; probè inſtratos, menſas etiam aureas ac argenteas, magnificumq; cœnæ apparatum, propoſitis bonis ſtupefactum, imperaſſe per iocum ſuis miniſtris ut Laconicam inſtruerent cœnam. Id cum illi feciſſent, & nullum intereſſet, ibi eundem cachinnãtem accerſiſſe Græcorum duces, eiſq; ibi conuenerunt, inter ſtendendum utriuſq; cœnæ apparatum dixiſſe: Viri

Perſarum luxus.

Lacedæmoniorũ frugalitas

Græci, hac ego uos de causa conuocaui, quòd uolebam uobis amentiam Medorum ducis ostendere: qui cum talem uitam duceret, ad nos subigendos uenit, qui tam miserè uictitamus. Hæc Pausanias apud Græcorum duces dixisse fertur. Interiecto deinde tempore complures Platæensium repererunt loculos auri, argentiq́, & aliarũ pecuniarũ. Hoc quoque rei apparuit postmodum in his mortuis carne nudatis, ut cum eorum ossa comportarent unum in locum Platæenses, inuentum sit caput nullã suturam habens, sed ex uno osse solidum. Item maxilla cum eo quod super maxillã est, habens dentes etsi distinctos, tamen ex uno osse universos tam molares quàm cæteros. Quinetiam ossa uiri quinq́ cubitorum. Postero die Mardonij cadauer non extitit, incertum à quibus hominibus subtractum. Audiui tamen tam diuersos illum sepelisse: & ob id permultos scio ingentia dona ab Artonte Mardonij filio accepisse. Quis curam susceperit cadaueris Mardonij humandi, pro comperto non potui audire: habet tamen huius rei nonnihil famæ Dionysiophanes Ephesius. Mardonius quidem hoc modo tumulatus est. Græci uerò postea quã prædam dispertierunt, cæsos separatim quisq́ suos tumularunt. Lacedæmonij tribus sepulchris effectis, in eorum uno sacerdotes è quibus fuere Posidonius & Amompharetus & Philocyon & Callicrates: in altero reliquos Spartiatas, in tertio seruos humauerunt. Hunc in modũ Lacedæmonij sepulti sunt. Tegeatæ uerò & Athenienses suos utriq́ promiscuè condiderunt: necnon Megarenses atq́ Phliasij suos ab equitatu interemptos. Horum omnium sepulchra fuerunt plena. Nam aliorum sepulchra quæ ad Platæas ostenduntur, ea sunt

Caput sine sutura. Ossa quinque cubitorum.

sunt (quantum ego accipio) ab ijs excitata, qui erubescebant se à pugna abfuisse, cum sero superuenissent. Quippe tumulus illic uisitur, qui dicitur Aeginetarum: quem ego audio decem post hanc pugnã annos rogaru Aeginetarũ ab Cleade Autodici filio Platęensi illorum hospite, excitatum fuisse. Græcis statim à cæsorum humatione in agro Platæensi inito consilio uisum est bellum Thebis inferendum, petendumq; eos qui cum Medis sensissent: & in primis Timegenidem & Attaginum, qui principes factionis extitissent: & in eos dedidissent, nõ prius ab urbe discendendum, quàm eam euertissent. Hoc ubi decreuere, undecimo à pugna die mouentes, obsedere Thebanos, iussos dedere quos diximus uiros. Abnuentibus dedere Thebanis, agrum eorum populabantur, murumq; adoriebantur. Quibus ab agro uastando non discedẽtibus, uicesimo die Timegenides ad populares ita inquit: Viri Thebani, quandoquidem Græcis ita cõstitutum est, non prius abscedere ab oppugnatione Thebarum, quã aut eas expugnauerint, aut nos dediderint is absit ut nostra causa Thebanus ager amplius uexetur. Sed siue per causam deposcẽdi nos, pecunias cupiunt, pecunias eis de publico demus. Nam & publicè cum Medis sensimus: non autem nos soli. Siue re uera deposcentes nos urbẽ obsidẽt, nosipsi nos in disceptationẽ exhibemus. Eũ Thebani sanè probè & opportunè locutũ arbitrãtes, cuestigiò caduceatorẽ ad Pausaniã misere, uelle se uiros dedere. Ea re inter eos cõuenta, Attaginus ex urbe profugit, cuius liberos ad se Pausanias adductos culpa absoluit, negans pueros factionis Medicæ esse principes. Cæteri, quos Thebani dedidere, ipsi quidem putabant, se crimen

Græcorũ sepulchra

crimen refutaturos, ac pecunia elapsuros. Pausanias autem hoc ipsum suspicans, fortè ubi illos accepit, dimissis omnibus sociorum copijs, Corinthum deductos supplicio affecit. Hæc hactenus, quæ ad Plataeas & ad Thebas gesta sunt. Artabazum Pharnacis filius, ut è Plataeis fugiens porrò se propipuerat, Thessali, cum ad ipsos uenisset, hospitio inuitatum interrogabant de reliquo exercitu, ignari prorsus rei ad Plataeas gestæ. Ille intelligens si omnem ueritatem pugnæ referret, aditurum se uitæ discrimẽ cum suo exercitu (fore enim, ut omnes cognita re ipsum adorirentur, ideoq; ne apud Phocenses quidem retulerat quippiam) ad Thessalos ita locutus est: Equidem uiri Thessali maturo (ut cernitis) quàm celerrimè peruenire in Thraciam, missus cum hac exercitus parte ad quoddam negocium transigendum. Mardonius ipse cum suo exercitu aderit, nostris uestigijs insistens, cui hospitium & officium præstate. Hæc enim uos interim præstitisse non pœnitebit. Hæc fatus, copias festinabundus per Thessaliam Macedoniamq; agebat, rectà Thraciam uersus, tanquam uere properans ac regionem mediterraneam præcidens, peruenit Byzantium, permultis sociorum in itinere relictis, qui à Thracibus obtruncati sunt, quod fame atque labore erant enecti. Ex Byzantio nauigijs transmisit in Asiam. Hunc in modum ille rediit. Quo autem die ad Plataeas pugnatum est à Persis, eo die contigit hoc apud Mycalem Ioniæ geri. Cum apud Delon Græci considerent, ij qui unà cum Leutychida Lacedæmonio nauibus uenerant, eò appulsi sunt è Samo legati, Lamponax Thrasyclei, & Athenagoras Archestratidæ, & Hegesistratus Aristagoræ filius, missi à Samijs clam Persis ac

Artabazi fuga.

Thrasicleus.

Athenagoras.

Hegesistratus.

ſis ac tyranno Theomneſtore Androdamantis filio, quem Perſę tyrannum Sami conſtituerant. Hi cum adierunt duces, uerba fecit Hegeſiſtratus multa & uaria: Fore enim, ut ſi tantummodo hos uidenta lones, à Perſis deficerent, nec Barbari expectarent: etiam ut expectarent, tamen non aliam prædā talem illi reperirent. Præterea deos inuocans obſecrabat, ut Græcos Græci liberarent, ulciſcerenturq; Barbarum: quę facilia dicebat factu eſſe, quia naues illorum ſegnes eſſent ad curſum, nec pares Græcis ad prælium. Si quid uerò apud hos ſuſpicionis ſubeſſet, ne dolo deducerētur, dicere paratos eſſe ſe, ut in horum nauibus pro obſidibus agerentur. In his obſecrandis cum multus eſſet hoſpes Samius, ſciſcitabatur eum Leutychides, ſiue hominis gratia, uolens audire nomen, ſiue caſu, id deo agente: Samie hoſpes, quod eſt tibi nomen? Ille reſpondet. Hegeſiſtrato. Leutychides interpellata reliquā eius oratione, ſi quam inſtituerat: Accipio, inquit, pro augurio Hegeſiſtratum. Hoſpes Samie, effice tu nobis, ut & tu & tui iſti comites nobiſcum nauigetis data fide, Samios promptos eſſe ad ineundam nobiſcum ſocietatem. Hęc locutus, & rem pariter exqui aggreſſus eſt. Nam cum Samij extemplò fidem, interpoſito etiam iureiurando, dediſſent, de ſua ſocietate cum Græcis, Leutychides dimiſſis domum cęteris legatis, iuſſit eum cuius nomen pro augurio acceperat, ſecum nauigare. Græci eum ilic diem commorati, poſtridie pulchrè litauere, haruſpice Deiphono Euenij filio Apolloniata, ex Apollonia quæ eſt in ſinu Ionico. Huius patri Euenio res huiuſmodi cōtigit: Sunt in hac Apollonia ſacrę Solis oues, quę interdiu ſecundum flumen paſcuntur, quod

quod è monte Lacmone per Apolloniatem agrum fluit in mare iuxta Oricum portum. Eas noctu stabulantes in antro, non procul ab urbe, custodiunt delecti uiri, diuitijs & genere inter populares suos splendidissimi, singulis annis singuli, quod ex oraculo quodam Apolloniatæ eas oues permagni faciant. Ibi Euenius hic, cum aliquando delectus ad custodiendas oues non excubaret uigilãs, sed obdormisset, ingressi antrũ lupi, circiter sexaginta oues trucidarunt. Id ubi ille animaduertit, rem suppressit, neminiq; aperuit, habens in animo toridem mercari, quas substitueret. At Apolloniatæ ubi id acceperunt (neq; enim eos quod gestũ erat latuit) adductum in iudicium Euenium condemnauerunt, ut quia uigiliam edormisset, uisu priuaretur. Quem posteaquam excæcauerunt, mox eis neq; pecora sœtificare, neque humus pro consuetudine fructũ ferre. Erant autem illis pecora & in Dodona & in Delphis. Interrogati prophetæ causam mali præsentis, responderunt causam esse, quia custodem sacrarũ ouiũ Euenitũ iniquè luminib. orbassent (se enim immisisse lupos) nec prius ab illius ulcione cessaturos, quàm ei satis fecissent ex ijs, quæ in eum perpetrassent, ut ipse sibi suo arbitrio satisfactum putaret. His perfectis, daturos se Euenio tale donum, quod habentem plerique hominum putarent beatum. Hæc Apolloniatis sunt reddita oracula. Quæ Apolloniatæ silentio supprimentes, quibusdam è ciuibus exequenda delegauerunt. Illi hunc in modum putarunt exequenda: Euenium in statione sedentem adeunt, eiq; assidentes alijs de rebus uerba faciunt, donec deueniunt ad miserandam hominis calamitatem. Ita introducta eius rei mentione, per-

Euenius excæcatur

contantur quam multam optaret, si eam uellent pendere Apolloniatæ. Hic qui oraculum non audisset, se optare dixit duo prædia ciuium, quos nominabat, quorum patrimonia omnium Apolloniatarum parabat esse pulcherrima, & præterea domicilium, quod in urbe sciebat esse optimum. Horum si compos effectus esset, non iratum se posthac fore dicebat, sed hac satisfactione contentum. Hoc cum respondisset Eucnius, tum ij qui ei assidebant excipientes: Euen, inquiunt, hanc tibi satisfactionem Apolloniatæ pro ereptis oculis tibi rependunt, ex oraculo eis reddito. Eucnius, ubi omnem rem audiuit, indigno animo tulit sese fuisse deceptum. Ciues ea prædia à dominis mercati, huic, qui illa optasset, dedere, qui mox deinde insitam diuinationē obtinuit, unde celebratissimus euasit. Huius Eucnij filius fuit Deiphonus, qui ductus à Corinthijs exercitui uaticinabatur. Quanquam illud quoque audiui, Deiphono negocium in Græcia fuisse exhibitū: quòd se filium Eucnij, cuius non esset, nuncuparet. Postquam litauere Græci, classem è Delo Samum uersus soluerunt: quam cum Samum applicuissent, ad templum Iunonis eam locauere, sese ad prælium nauale apparantes. Eorum cursum ad se esse Persæ audientes, & ipsi ceteras naues ad continentem reducunt, præter Phœnissas, quas abire permiserant. Non enim censebant pugnam nauale sibi esse ea pessendam, cum pares hosti non esse sibi uiderentur. In continentem autem ideo nauigabant, ut essent sub suo peditatu, qui apud Mycalem agebat, præcepto Xerxis ab alijs cepijs relictus ad Ioniam cum trecentis numero sexaginta millia, duce Tigrane, omnium Persarum & specie & statura eminentissimo.

Euenius uates.

Deiphonus uates.

Ad

Ad hunc exercitum cõstituerant refugere duces Persicæ classis, subductisq; nauibus, munimenta ualli circundare, in illarum suumq; præsidium. Hoc inito consilio, profecti sunt ad Potniẽsium templum Mycales, præterueĉti ad Gæsonem & Scolopoẽtem, ubi Cereris Eleusinæ cernitur templũ, quod Philistus Paseclis filius condidit, sectans Neleum Codri filium in colonia Mileti locanda. Ibi subductas naues munimento circundederunt: & è saxis stipitibusq; feliciũ arborum, quas ipsi exciderunt: & circum munitiones depactis sudibus se instruxerunt, tanquam & obsidendi & uictoria potituri. In utrunq; enim casum ratione intra sese apparabant. Hos abijsse in continentem postquam accepere Græci, tanquam eos Barbari effugissent, ægrè ferebant, incerti quid agerent, retrone se reciperent, an renderent in Hellespõtum. Tandem neutrum horum uisum est esse faciẽdum, sed porrò eundum in continentem. Præparatis igitur ad pugnam nauali tabulatis, alijsq;, quibuscũq; opus erat, ad Mycalem nauigant: & cum proximè castra hostium uenere, neminem ex aduerso obuiã ferri uident, sed naues intra murum subductas, & magnam uim peditatus pro littore dispositam. Ibi primum Leutychides nauem littori applicans, quã maximè appropinquare poterat, Iones per præconẽ compellabat, inquiens: Viri Iones, quicunq; è uobis me exauditis, intelligite quæ dico. Nihil enim horum quæ uobis mando, intelligunt Persæ: ubi pugnam conseruerimus, debetis ante omnia reminisci libertatis. Deinde tesseræ Hebes. Hoc qui è uobis non audijt, ab eo qui audijt discat. Huius facti eadem mens fuit, quæ Themistoclis ad Artemisiũ: q̃ uidelicet hæc uerba si lateret Barbaros, inductura ad obsequen-

Neleus Codri.

Leutychidis stratagema.

obsequendum Ionas essent: sin delata ad Barbaros essent, redderent eis Græcos suspectos. His per Leutychidem admonitis, secundo loco Græci naues littori admouent, & ex illis in littus egressi, sese ad pugnandum instruebant. Quod facientes cum cernerent Persæ, & scirent Samios fuisse adhortatos, arma Samijs adimunt, suspicati illos sentire cum Græcis. Quippe Samij exceptos circa Atticam Atheniensis à Xerxe, & illuc classe Barbarorum deuectos, redemerant omnes, Athenasq; cum uiatico remiserant. Quo nomine non in minimam suspicionem uenerant, quod quingenta hominum capita hostium Xerxis liberassent. Præterea Milesijs, tanquam maximè locorum gnaris, Persæ imperant, ut cõpita quæ ad cacúmina Mycales ferunt custodiant: eo consilio facientes id, ut Milesij ab exercitu abessent, Hunc in modum ab ijs Ionibus, qui aliquid rerum nouarũ moliturí uidebantur, si facultatem nacti essent, Persæ sibi præcauerunt. Iidẽ facta ex gerris testudine, se se constipauerunt. Græci ubi instructi fuere, ire in Barbaros tendunt: quibus euntibus, aduolauit in uniuersum exercitum rumor, caduceumque supra fluctus positum apparuit. Rumor autem huiusmodi ad eos ferebatur: Græcos acie in Bœotijs superasse Mardonij copias. Multis autem signis res quæ diuinitus fiunt, declarantur, etsi tunc eodem die contigit utraq; clades, ea quæ ad Platæas accepta, & quæ ad Mycalem accipienda erat. Fama quæ huc ad Græcos uenit, reddidit eos multo ferociores, & ad subeundum ultro periculum alacriores. Alterum etiam quiddam concurrere contigit, ut ad uterque pugnam essent Cereris Eleusinæ templa. Nam apud ipsum Cereris fanum (ut à me superius

Res diuinitus futuræ signis declarantur.

demõstratũ est)in agro Platæensi pugna cõmissa est, & item in Mycale, iuxta Cereris delubrum pugna erat committenda: ut non ab re uenerit ad istos fama uictoriæ Pausaniæ atq; Græcorum. Nã pugna ad Platæas diluculo dici gesta est, apud Mycalem uespe ri. Quarum utranq; eodem eiusdem mensis die gestam esse, non diu pòst ab his rem repetentibus, declaratum est. Ante rumoris aduentum subibat istos timor, non tam de seipsis, quã de Græcia, ne Mardonio subijceretur. At ubi fama hæc ad eos aduolauit, impensius atque properantius ad congrediendum processerunt: tanto animo Græcis ac Barbaris in pugnam tendentibus, tanquam insulæ eis & Hellespontus proposita præmio essent. Athenienses, & qui iuxta erant, instructi penè ad dimidium copiarum, iter tenebant per littus atq; planiciem. Lacedæmonij autem, & deinceps collocati, per confragosa & montes. Quæ dum Lacedæmonij circuibant, interim Athenienses in altero cornu præliabãtur: Per sæ, quoad eis gerra mansere recta, sese defensauere, nihilo inferiores hostibus. Postea uerò quã Athenienses, & eorum qui cum Athenienses erant, copiæ adnixæ sunt, uehementius se mutuo adhortãtes, ut laus operis ipsorum esset, non Lacedæmoniorum, tum commutari iam res, & delectis gerris Græci conferti impressionem facere in Persas: illi accepto impetu perdiu restitere. Ad postremum in munitiones refugere, cum quibus pariter irruperũt Athenienses, & Corinthij, & Sicyonij, & Trœzenij: ita enim erant in acie collocati. Vbi uerò & murus captus est, ibi Barbari non roboris memores esse, sed fugæ, præterquã Persæ. Hi soli ad paucos redacti pugnabant, Græcis assiduè in murũ irruentibus. Quo

Platæarũ pugna. Mycales pugna.

rum

tum duo duces, Artayntes, & Ithramitres, classiarij exercitus duces effugerunt: totidem pugnantes occubuerunt, Mardontes, & pedestrium copiarũ dux Tigranes. Adhuc dimicantibus Persis, superuenere Lacedæmonij ac socij, qui eos qui supererant trucidauerunt. Ipsorum quoq; Græcorum complures illic ceciderc, & cùm alij ex Sicyonijs, tum eorum dux Perilaus Quinctiam Satnii, qui in exercitu Medorum militabant, quibus adempta arma fuerant, ubi uiderunt statim ab initio pugnam pertinaciorem, quoad poterant Græcis suppetias ire. Quos in choasse cernentes alij Iones, ita & ipsi à Persis deficientes adorti sunt Barbaros. Milesijs præceptum erat, ut exitus uiarum custodirent, Persarum salutis gratia, ut si qui casus (quemadmodum accidit) eos deprehendissent, Milesijs ducibus salutem sibi ad Mycales cacumina compararent. Huius quidẽ rei causa Milesij illic collocati fuerant, nehe si pugnæ adessent, aliquid innouarent. At illi è contrario prorsus quàm iussi fuerant fecere: aliisq; quæ ad hostem ferebant uiis, in Barbaros ingruere, & ad extremum in eis mactandis omnium extitere hostilissimi. Hũc in modum Ionia iterum defecit à Persis. In hoc prælio præclarissimam inter Græcos operam nauauerũt Athenienses, & ex Athenicnsibus Hermolycus Euthœni filius, uir in Pancratio celeber: cui postea cõtigit, ut bello inter Athenienses & Carystios in pugna apud Cynum agri Carystii facta, cæsus in Geræsto iacuerit. Secundum Athenienses egregii extitere Corinthij Trœzeniique, ac Sicyonij. Græci perquàm multis Barbarorum aliis in pugna, aliis in fuga interfectis, eorum naues incenderunt, totumque murum, egesta illinc in littus præda, &

Ionia rursus Græciæ restituta.

quibusdam pecuniarum thesauris repertis. Vbi castra atq; naues crematuere, uela fecerunt. Et cum Samium appulsi essent, consultabant de gente Ionica transferenda, & ubinã in Græcia illam locari oporterer, cuius ipsi imperium obtinerent. Neq; enim uidebatur eis fieri posse, ut per omne tempus Ionibus tutandis præsentiaut si non præsent, sperandum esse, ut Iones à Persis rebellasse gauderent. Ad hæc magistratus Lacedæmoniorũ censebant emporia nationum Græcarũ, quæ cũ Medis sensissent, excitis incolis, danda cum territorio Ionibus habitãda. Athenienses è contrario, non esse principatũ Ioniæ summouendum, nec Lacedæmonijs de ipsorum colonijs consultandum. Et cũ hoc contenderunt Athenienses, libenter eis cessere Peloponnenses. atq; ita Samios, & Chios, & Lesbios, ac cæteros insulanos, qui secum militabãt, ad societatis fœdus adegerũt: data acceptaq; fide cum iureiurando, se permansuros in societate, nec ab ea descituros. Hoc iureiurando accepto, ad pontes soluendos nauigauerunt, ratti adhuc illos inteoros se esse inuenturos. Et illi quidẽ in Hellespontum nauigabant. Ii uerò Barbari qui profugerant, non ita multi, cùm ad cacumina Mycales peruenissent, se Sardis recipiebant. Qui dum iter faciunt, Masistes Darij filius, qui pugnæ male gestæ affuerat, conuiciari Artayntæ cum alijs multis probris, tum uerò dicere, illum muliere fuisse ignauiorem, ita illam præfecturam administrasse, dignũq; omni malo esse, qui de regia domo male meritus esset. Apud Persas summo opprobrio datur, audire se muliere esse ignauiorem. Artayntes ubi multa audijt, indignè ferens, acinacem in Masistẽ stringit, interficiendi auidus: quem irruentem cernens Xenagoras

Ioniæ trãslatio.

Muliere ignauior.

Xenagoras Praxilai filius, Halicarnasseus, ut stabat à tergo, hominem medium arripit, sublatũ humi allidit, intereaip satellites Masistes assuere. Eo facto Xenagoras & ipsius Masistis gratiam iniit, & Xerxis, cuius fratrem seruasset. Quippe ab eo ob hanc rem totius Ciliciæ præfectura donatus est. Nihil hoc amplius inter uiam Barbari egerunt, Saidisq; peruenerunt, ubi rex erat, ex eo tẽpore quo prælio nauali male gesto Athenis, illuc profugerat. Sardibus aũt tunc agẽs, adamabat uxorẽ Masistis, quæ & ipsa illic erat. Ea cum potiri non posset, neq; donis missitãdis, neque ui, quã afferre nolebat fratris Masistis respectu: quæ res & mulierẽ retinebat, probe gnaram, non se coactum iri ui: ubi Xerxes cætera prohibitus huc euasit, ut filio suo Dario in matrimonium daret filiam huius mulieris, ac Masistis: existimãs si hoc teciisset, commodius se illa potiturum. Contracto matrimonio, alijsq; ex consuetudine celebratis, Susa profectus est. Eò postquam peruenit, & uxorem Dario domum duxit, ita demum ab uxoris Masistis amore cessauit, adamata ex familiaritate nurus Masistis filia, cui nomẽ erat Artayntæ. Qua cũ potiretur, processu temporis res patefacta est, hunc in modũ: Amestris uxor Xerxis, amiculum quod ipsa texuerat, grãde atque distinctum, & spectatu dignum, uiro donauit. Quo ille delectatus atque amictus, ad Artayntam se confert, atq; ubi se oblectauit cum ea, inquit à se petere mulierem quæ optaret sibi fieri in remunerationem obsequij. Omnia enim quę peteret, impetraturam. Ad hoc illa respondens (debebatur enim toti familiæ infortunium) Dabisne, inquit, mihi quicquid à te petiero? Xerxes omnia alia potius eam petituram ratus, cum iureiurando promisit.

Xenagoras Praxilai.

Xerxis amores.

Qui postquam iurauit, mulier intrepidè amictum popoſcit. Xerxes enimuero recuſare non ob aliud, quàm quod uereretur Ameſtrin: ne ſic illa rem, quę agebatur, iampridem ſuſpicata deprehenderet: offerre & urbes, & immenſam uim auri, & copias militum, quibus nemo præter illam eſſet præfecturus.

Exercitu donari apud Perſas eximium.

Eximium autem donum eſt apud Perſas, exercitu donari. Verùm cum non poſſet perſuadere mulieri, amiculum dedit. Quo dono illa ſupra modum lęta, eo geſtando geſtiebat. Ameſtris ubi mulierem habere amiculum ſciuit, & rem geſtam, non in puellam concepit odium, ſed in illius matrem, penes quam culpam, & quam huius rei autorem eſſe credebat, exitium machinatur. Obſeruato itaque tempore, quo uir ſuus Xerxes regalem inſtrueret cœnam quæ cœna ſemel quotannis eo die, quo rex creatus

Tyćta cœna.

eſt, inſtruebatur. Cœnę nomen Perſicè Tyćta, græce τέλεον, id eſt, perfecta: in qua rex ſolum caput ornatur, Perſasq; ſtrenis donat. Hoc die obſeruato, Ame-

Telion cœna.

ſtris à Xerxe petiit, ut ſe Maſiſtis uxore donaret. Xerxis id indignum facto nefariumq; arbitrati, uxorem germani dono dari: eamq; inſontem negocii illius, cuius cauſa uxor ſua eam flagitaret. Tandem huius precibus cuićtus & inſtituto, quo nefas eſt, regia cœna propoſita orantem non exorare, inuitus admodum annuit, tradensq; uxori, ac iubens facere, quod liberet, germano ad ſe accerſito, ità inquit: Maſiſta, tu Darii filius es, idemq; mihi frater, præterea uir eximius, tamen cum iſta mulie

Xerxes Maſiſti iubet ut uxorem repudiet.

re, cum qua contubernium habes, noli habere: in cuius locum dabo tibi filiam meam, cum qua contubernium habeas. Iſtam autem, quam in matrimonio habes (non enim mihi uidetur habenda) miſſam facias.

facias. His uerbis ſtupefactus Maſiſtes: Domine, inquit, quã tu mecum orationem habes importunã, qui uxorem, ex qua liberi mihi ſunt adoleſcentes & filiæ, quarum unam tu filio tuo duxiſti uxorem, iubes me relinquere, quæ mihi eſt ex animi mei ſententia, ut filiam tuam in matrimonio ducam? Equidem rex, etſi magnifacio me dignari coniugio filiæ tuæ, tamen neutrum iſtorum faciam: Tu uerò, qui nequaquam neceſſe habes, noli me cogere: alius nõ inferior me exiſtet maritus filiæ tuæ. ſine me meæ uxoris conſuetudine frui. Hæc ille cum reſpondiſſet, percitus ira Xerxes: Atqui, inquit, ita tecum Maſiſta agetur, ut neq; iam tibi filiam meam nuptum dem, neq; tu conſuetudine tuæ diutius fruaris, ut diſcas accipere oblata. Maſiſtes his auditis, extra abijt, hactenus locutus, dominc nondum interemiſti. Hoc interim tempore dum Xerxes cũ fratre colloquitur, Ameſtris accitis ſatellitibus Xerxis, uxorem Maſiſtæ excarnificat, mamillas præcidit, easq; canibus abijcit: præcidit nares, aures, labra, linguam, atque ita excarnificatam remittit domum. Harum rerum cũ nihil audiſſet Maſiſtes, metuens tamen aliquid ſibi eſſe mali, curſu ſe domum propipiebat. Vbi verò mutilatam uxorem uidit, confeſtim inito cum liberis cõſilio, abijt Bactra cum illis & alijs quibuſdam, tanquam prouinciam Bactriam ad defectionẽ inducturus, & plurimum mali regi facturus: quod & contigiſſet (ut mihi uidetur) ſi occupaſſet ad Baſtros & ad Sacas aſcendere. Erenim præſes erat Bactriorum, à prouincialibusq; diligebatur. Sed hęc eũ perpetraturũ Xerxes audiens, miſſis aduerſus hominẽ copiis, & ipſum & liberos & copias in itinere trucidauit. De amore Xerxis & nece Maſiſtæ hæc hactenus.

Ameſtris crudelitas in Maſiſtæ uxorem.

nus. Græci à Mycale profecti Hellespontum uersus, primum circa Lecton stationem habuerunt, à uentis intercepti. Inde soluẽtes, Abydon tenuerũt, pontesq; quorum præcipuè causa illuc ferant, credentes se adhuc eos intentos esse inuenturos, cum reperissent solutos, deliberabant. Leutychidi & qui cum eo erant Lacedæmonijs, uidebatur in Græciã redeundum: Atheniensibus autem & eorum duci Xanthippo, illic manendum, ut Chersonesum tenSestus obsidetur. tarent. Itaque Peloponnenses quidem abiere: Athenienses uerò ab Abydo in Chersonesum trajciunt, ac Sestũ obsident. Huc, postquam auditum est Græcos in Hellesponto adesse, tanquam ad omniũ eius tractus urbium ualidissimo muro præditam, conuenere cùm alij ex alijs circa oppidis, tum ex Cardia Oebazus, Persa, qui arma è pontibus illuc comportauerat. Tenebant autem id oppidum indigenæ Aeoles, iunctis Persis pariter, & magna sociorum frequentia. Tyrannidem illius prouinciæ obtinebat Xerxis prætor Artayctes, ille quidem Persa, sed dirus tamen & facinorosus, qui Xerxem Athenas redentem ex Eleunte circumuenit, petitis Protesilai Iphiclo geniti pecunijs. Etenim est in Eleunte Chersonesi Protesilai sepulchrum, & ei fanum circumiectum, ubi inerat ingens uis pecuniæ, necnon phialæ aureæ, argenteæque, & æs, & uestis, aliaque donaria, quæ Artayctes rege donante compilauit, cum his uerbis eum circumueniisset: Here, est hoc in loco domus uiri Græci: qui cum militum copijs terram tuam adortus, meritas morte pœnas dedit, eius mihi domum dato, ut discant alij non militare aduersus regionem tuam. Hæc dicendo facile erat persuadere Xerxi, ut largiretur sibi domum

eius

eius uiri, de quo nihil suspicabatur illum ea sentire. Enimuero sentiebat Artayctes Protesilaum in prouinciam regis militasse, quod uidelicet Persæ omnem Asiam suam esse arbitrabantur, & eius semper qui potitur regno. Hic postquam pecuniis ab rege donatus est, eas ab Eleunte ad Seston exportauit, fanumq; conseuit & coluit: & quoties Eleuntem ibat, in penetrali cum mulieribus concumbebat. Tunc autem ab Atheniensibus obsidebatur nullis rebus præparatis, quæ pertinerẽt ad toleraudam obsidionem, quã non expectauerat, ex improuiso à Græcis inuasus. Illi, postcaquam sibi obsidentibus aduenerat autumnus, grauari peregrinam à patria expeditionem, quoniam murum expugnare nõ possent. Itaq; orare duces suos, ut se illinc reducerent. Duces negare se prius id facturos, quàm aut murum expugnassent, aut ipsos respublica Atheniensium accersisset. Adeò res illa eis cordi erat. At ij qui cũ Artaycte intra muros erãt, in omnẽ adducti sunt calamitatẽ, adeò, ut funibus lectorum elixis uescerentur: ubi iã ne hęc quidem habebant, ita sub noctem capessertũt fugam cùm alij Persæ, tum Artayctes & Oebasus, delapsi à posteriori murorum parte, quæ præcipuè destituta ab hostibus erat. Postquam illuxit, Chersonitani è turribus rem indicauere Atheniensibus, portasq; patefecere. Atheniensium plerisque fugientes Persas persequentibus, alij urbem tenuere. Oebazum in Thraciam fuga elapsum, Thraces Absinthij exceptum, Plestoro indigenæ deo ritu suo immolauerunt: cæterùm eius comites alij interfecerunt. Artayctes autem cum suis inita posterius fuga, cum pauci essent, super Aegos fluenta circumuenti, cum diu sese defensassent, partim occubuerunt,

Fames mira.

Plestorus Thracum deus.

buerunt, partim uiui sunt capti. Quos Græci alligatos Sestum duxerunt, interijs eos Artayctem cum filio suo. Fertur à Chersonitanis, uni eorum, qui illos seruabant, dum carnem salsam torret, tale ostentum extitisse: Offa illa salsure prius imposita resilijt, palpitauitq, quemadmodum pisces recens capti. Qua de re cum circumfusi admirarentur, Artayctes ostentum ut uidit, accito uiro, qui salsuram coquebat: Hospes, inquit, Athenienſis, non est quod hoc metuas ostentum, quod non tua causa extitit, sed mea: Protesilao qui est apud Eleuntem signum dante, qui mortuus ac sale conditus, habet à dijs potestatem, eum à quo iniuriam excepit, uexandi. Nũc igitur ei donaria restituere in animo habeo. Pro pecunijs quidem quas è templo sustuli huius dei, centum talenta pendam: pro mea uerò ipsius salute ac filij, ducenta. Hæc pollicens, Xanthippo Athenienſiũ duci non persuasit, tum sua spõte animato, tum ab Eleuntinis exorato, quo Protesilaum ulciscerentur, ut hominem interimeret. Itaque adductum hunc in littus, in quo Xerxes traiectum iunxerat, ut alij aiunt, in tumulum urbi Madyto imminentem, depacti humi asseribus suspẽderunt, filio eius ante patris oculos lapidibus obruto. His actis, Athenienſes in Græciam remeauerunt, portantes tum alias pecunias, tum uerò arma pontium, tanquam apud templa rẽposituri. Nec aliud præterea quidpiam gestum est per eum annum. Huius Artayctæ, qui suspensus est, auus paternus fuit Artembares, qui orationem quandam habuit apud Persas, quam orationem excipientes Persæ, ad Cyrum detulerunt, in hæc uerba: Quandoquidẽ Persis Iupiter principatum dedit, & ex uiris tibi, Cyre, Astyage deiecto, agedum demi

Salsure ostia resiliẽt

Artayctes suspensus.
Artẽbares

grantes

grãtes ex hac regione, quã exiguã habemus & asperã, obtinemus meliorem aliam. Multæ sunt nobis cõ fines urbes, multæ longinquæ: quarum unam incolentes, efficiemur admirabiliores apud plerosq; Decet autem hoc eos uiros facere, qui possunt. Nam quando facultas nobis præstabitur melior, quàm dũ multorum hominum imperium habemus, & uniuersæ Asiæ? Hac oratione audita, Cyrus haudquaquam admiratus, iussit eos illud facere, sed ita, ut iubendo admoneret, se post hac præpararent non ad imperandum alijs amplius, sed aliis parendum. Natura enim comparatum esse, ut è mollibus regionibus molles uiri existant, neque ex eadem terra admirandæ fruges & egregij bello uiri gignantur. Hac Cyri sententia Persæ superati, à sua destiterunt; prę-optaruntq; exile solum incolentes imperare alijs, quàm campestre colentes, alijs seruire.

Cyri sententia.

Molles ex regionibus molli bus.

HERODOTI HALICAR-
nassei historiarum libri noni & ultimi, Finis.

BASILEAE,

EX OFFICINA HIERONYMI
CVRIONIS, IMPENSIS HEN
RICI PETRI, ANNO
M. D. LIX. MEN-
SE MARTIO.

